Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

45

Universidad de Deusto
Biblioteca

BIBLIOTECA DE LOYOLA

Sala H Estante 2 Plúteo. 4

I-

I,

iò

IO

ESU. BIBLIOTHECA COLLEGII LOYOL

NNIS

Universidad de Deusto
Biblioteca

# Poetarum
# ILLVSTRIVM
# FLORES

*Per*

OCTAVIANVM MIRANDVLAM COLLECTI,
& in locos Communes digeſti: nunc verò
ab innumeris mendis repurgati,

À THEODORO PVLMANNO
CRANEBVRGIO.

**Cum Indice locorum Communium.**

SOCIETATIS JESU. ✱ BIBLIOTHECA COLLEGII LOIOLAEI

*ANTVERPIÆ*
Sumptibus viduæ & hæredum IOANNIS
BELLERI, ſub Aquila aurea,
ANNO M D C.
*Cum Priuilegio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

## ELENCHVS POETARVM, EX QVORUM Operibus Flores collecti ſunt.

Ennius.
Virgilius.
Ouidius.
Horatius.
Iuuenalis.
Perſius.
Lucanus.
Seneca.
Boëthius.
Plautus.
Terentius.
Lucretius.
Martialis.
Silius Italicus.
Statius.
C. Valerius Flaccus.
Maniſius.
Catullus.
Propertius.
Tibullus.
Claudianus.
Auſonius.

*Quibus iam dudum acceſſerunt,*

Tit. Calpurnius.
Petronius Arbiter.
Olymp. Nemeſianus.
Cornelius Gallus, vel potius Maximianus.
Paulinus.

# THEOD. PVLMANNVS CRANEBVRGIVS

*Ioanni filio ſuo*, S. D.

SI ætas, Pulmanne fili, &res familiaris ſinerent me pro eo, atque meus erga te eſt animus, de tuis ſtudiis totaq; adeò vitæ ratione tibi ꝓſpicere, næ tibi eo patrē feliciorem cōtigiſſe gauderes, quò mihi videor & ætate, & rerum vſu, quæ vera vita ſit, propiùs didiciſſe. at, quādo aliter ſummo illi vitę noſtrę principi viſum eſt, qui diuina ſua prouidentia inconſultā animi volūtatem anteuertit, vnum illud, quod proximum eſt, & in mea manu, ſedulò operam dabo, vt recta cōſilia, &monita vlla parte tibi nōdeſint. Quod autem ad ſtudiorum tuorum rationem attinet, quibus ante paucos annos prima ætatis tuæ initia me auctore conſecrare non infeliciter cœpiſti, hoc loco nihil te monendū eſſe exiſtimaui: præſertim cùm meæ diligentiæ veſtigia prçſtantiſſimis aliquot auctorib. impreſſa, progreſſu ætatis ſatis edocere poſſint, è quo ſcriptorum genere veram, ſolidamque eruditionem hauriendam eſſe ſemper iudicauerim. De moribus verò, vitaque honeſtè,

Universidad de Deusto
Biblioteca

&cum omnium laude inſtituenda, quæ tibi indies, ac pæne in horas tradere, & inculcare ſoleo, ea, vt ne tum quidẽ, cùm optatiſſimo tibi meo conſpectu carendum erit, vnquam memoria tua excidant, viſum eſt belliſſimas has ſententias, ex optimis quibuſque Latinè loquendi magiſtris, ab Octauiano Mirandula olim excerptas, quibus recta, proximaque ad honeſtatem, morumq́ue integritatem via communitur, cum tui nominis inſcriptione euulgare: tum vt ea optima quæq; bonorum hominũ exempla, quæ tibi lubens proponere conſueui, quouis loco, & tempore repræſentent: tum vt conſtet labor meus, quem amicorum ſuaſu, in mendis, quibus ſcatebant librariorum ignauia, ac editionum frequentia, accurata collatione tollendis, quantum quidem permiſit temporis anguſtia, non inuitus ſuſcepi. Vale, IV. Idus Nouemb. Antuerpiæ.

REVE-

# REVERENDO IN CHRISTO PATRI, ET D. colendiſſimo, Dn. Octauiano Arcimboldo, protonot. Apoſtolico, Octauianus Mirandula canonicus regularis Lateranenſis, felicitatem optat.

DIV, *pater ampliſſime, à pluribus rogatus, vt illuſtrium poëtarũ ſententias clariores hinc inde diſperſas, in certum ordinem collectas redigerem, opus conſultò diſtuli: vtpote quod cum magno labore non parum diſcriminis habeat, & multò plus temporis, & ſtudij exigat, quàm impoſita prædicandi ſarcina mancipato, & ſacris litteris vacanti religioſo concedi ſoleat. Præter id quod tam varia, tam multiplex eſt alma poeſis ſupellex, & tam obſcura vatum in hoc opere perficiundo ſunt pertractanda volumina, vt cuique etiam audentiſſimo terrorem incutiant. Horum enim quædam veluti in vaſtiſſimam camporum planitiẽ, omnimoda rerũ ſpecie refertam ſe tam latè aperiunt, vt nedum legendo peragrari facilè, ſed vix ingenij acumine complecti poſsint. Alia verò in tam denſam verborum ſiluam ſenſus ccludunt, vt niſi ſtudio & labore vim inferam, ſe mihi minimè ape-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

*viri videantur. Veruntamen priuatam hanc rationem vicit caritatis vigor, quæ nunquam quærit quæ ſua ſunt. Vicit diui Platonis ſententia, per quam docemur hominem non tantummodo ſibi naſci. Vicit & ſtudentium religioſorũ frequens, & iuſta poſtulatio: quibus non abſque iniuria, quod fieri liceat, negari nõ potuit. Quapropter rem pro virili parte mea aggreſſus, quæ vtilius, & ad humanæ vitæ inſtitutionem melius prolata eſſe mihi viſa ſunt, tãquam de Heſperidum hortis redolentiores fructus in vnum colligens, opuſculum hoc confeci, & integerrimæ D.V. ideo obtuli, dedicauiq́; vt qui omni fulges doctrina, & nobiliſsimis moribus inſtitutus progenitorum veſtigiis inhærens, ſacrum virtutibus domicilium præſtas, cenſor optimus hoc legitimè corrigas, approbes cæterisq́; legendum tua auctoritate præbeas. Simul vt à tua Lateranẽſi congregatione munus habeas, quod licet collatis per te erga eam beneficiis longè ſit impar, tale tamen eſt, vt in ipſo & ſummam animi gratitudinem, & tui memoriam cognoſcere poſsis. Vale.*

PHI-

## PHILIPPVS BEROALDVS *Lectori ſalutem.*

MOs eſt ſtudioſorum, & is planè laudabilis, vt celeberrimorum ſcriptorũ volumina perlegentes annotent, ſeligantq́; non parum multa, quæ memoratu digna eſſe videantur. Hoc Plinium illum multiſcium factitaſſe tradũt, qui nihil vnquam legit, quod non excerperet, qui dicere ſolebat, nullum librum eſſe tam malũ, vt non aliqua ex parte prodeſſet. Hoc ſtudiorum genere Cæſar Dictator eſt delectatus, à quo adoleſcentulo feruntur condita, ob id dicta Collectanea. Nuperrime quoq; Octauianus Mirandula diui Auguſtini canonic⁹ regularis ſacerdotali dignitate præditus, nec minus doctrina, quàm religione clarus, exemplo maiorũ ex multiiuga lectione collegit, excerpſitque, veluti ex pulcerrimo prato, floſculos hoſce odoratiſſimos, qui ſpirant ſuaueolentiam iucundiſſimam, qui tãquam amaranthi minimè marceſcunt. Sunt hæc ex ſilua poëtarũ ſcitiſſimè decerpta, quibus aut ſentẽtia naturalis moraliſve, aut laus virtutis, aut cenſoria morũ caſtigatio, aut præcepta ſaluberrima cõtinẽtur.

Universidad de Deusto Biblioteca

Opus prorſus non minus conducibile, quam laborioſum. Lector perlege, lætaberis, diceſque te non parum debere celeberrimo præconi Octauiano, qui quę ſparſim, interciſimque apud compluſculos ſcriptores interuallata cum labore reperiebantur, ea in vnum quaſi corpus redacta collegit, tradiditq; ſtudioſis, vt obuia ſint, offerantque ſeſe citra moroſam veſtigationem, citraque fatigationem, Vale.

IACOBI ANTONII BALBI
Placentini Epigramma.

*Cultor Heliconij Mirandula collis alumnus*
*Luſtraret nitidi cùm tuus arua ſoli.*
*Sicut apes legit varios ibi ſedula flores,*
*Ad nos & pleno detulit vſque ſinu.*
*Filia quot Cereris Sicula non vidit in Enna,*
*Queis odor eximius, perpetuuſq; decor.*
*Sed confuſa vagas traheret ne copia mentes,*
*Obrueretq; magis ſe male turba ſequens,*
*Ordine conſuluit pulcro, longumq; laborans*
*Quoſq; ſuis fixit, depoſuitq; locis.*
*Pectoraq; edocuit titulis ſtudioſa paratis,*
*Pulcra quibus faciant ſerta, quibusve fauor.*
*Quid moror? vnus opes tantas cõcluſit in horto*
*Aonij nemoris, deliciasq; breui.*
*Quare Pieridum iam non grauis obſtet amicis*

*Et labor, & longæ tædia multa viæ.*
*Huc alacres veniant quod erat procul, ecce propinquum:*
*Horrebat ſaxis, quæ modo, plana via eſt.*
*Reddita confuſis facies ſua gratia virtus,*
*Parnaſſum inueniet iam Lare quiſq; ſuo.*

DE LAVDE CARMINVM, ET QVOD
fama Poëtarum ſit perennis, Ouidius
Amorum lib. 1. Eleg. 15.

*Quid mihi liuor edax ignauos obiicis annos?*
*Ingeniiq; vocas carmen inertis opus?*
*Nõ me more patrum, dum ſtrenua ſuſtinet ætas,*
*Præmia militiæ pulverulenta ſequi?*
*Nec me verboſas leges ediſcere, nec me*
*Ingrato voces proſtituiſſe foro?*
*Mortale eſt, quod quæris opꝰ: mihi fama perẽnis*
*Quæritur, vt toto ſemper in orbe canar.*
*Viuet Mæonides, Tenedos dum ſtabit, & Ide,*
*Dum rapidas Simois in mare voluet aquas.*
*Viuet & Aſcræus, dum muſtis vua tumebit,*
*Dum cadet incurua falce reſecta Ceres.*
*Battiades toto ſemper cantabitur orbe,*
*Quamuis ingenio non valet, arte valet.*
*Nulla Sophocleo veniet iactura cothurno,*
*Cum Sole & Luna ſemper Aratus erit.*
*Dum fallax ſeruus, durus pater, improba lena*
*Vixerit & meretrix blanda, Menandrus erit.*

Ennius arte carens animoſiq; Accius oris,
Caſurum nullo tempore nomen habent.
Varronem, primamq; ratem quæ neſciat ætas,
Aureaq; Æſonio terga petita duci?
Carmina ſublimis tunc ſunt peritura Lucreti,
Exitio terras cùm dabit vna dies.
Tityrus, & ſegetes, Æneiaq; arma legentur,
Roma triumphati dum caput orbis erit.
Donec erunt ignes, arcusq; Cupidinis arma,
Diſcentur numeri, culte Tibulle, tui.
Gallus & Heſperiis, & Gallus notus Eois,
Et ſua cùm Gallo nota Lycoris erit.
Ergo cùm ſilices, cùm dens patientis aratri
Depereant æuo, carmina morte carent.
Cedant carminibus Reges, Regumq; triumphi,
Cedat & auriferi ripa beata Tagi.
Vilia miretur populus, mihi flauus Apollo
Pocula Caſtalia plena miniſtret aqua.
Suſtineamq; coma metuentem frigora myrtum,
Atq; ita ſollicito multus amante legar.
Paſcitur in viuis liuor, poſt fata quieſcit.
Tunc ſuus ex merito quemq; tuetur honor.
Ergo etiam, cùm me ſupremus adufſerit ignis,
Viuam, parsve mei multa ſuperſtes erit.

INDEX

# INDEX LOCORVM Communium.


A.

Abſtinentia 1
A[illegible]oleſcentia 3
Aduerſitas 4
Adulatio 10
Adulterium 11
Ætas 12
Affectus 19
Afflictio 19
Aliena 23
Ambitio 25
Ambiguitas 25
Amicitia 26
Amor 35
Anima 60
Animus 68
Animalia 72
Ars 75
Aſperitas 77
Aſtutia 77
Aſſuetudo 77
Attentio 79
Auaritia 80
Audacia 89
Auditus 90
Aula 90
Autumnus 91
Auxilium 9[illegible]

B.

Beatitudo 92
Bellum 94
Beneficentia 98
Blanditiæ 99
Bonitas 99
Bonum 102
Breuitas 105.

C.

Cantus 106
Caſtitas 107
Carmina 108
Cauſſæ 112
Cæcitas 114
Cælum 114
Cibus 117
Chriſtus 117
Clementia 122
Cognitio ſui 124
Communio rerum 126
Concordia 127
Confeſsio 127
Confortatio 130

Universidad de Deusto
Biblioteca



Conſcientia 128
Conſeruatio rerũ 428
Conſilium 131
Conſolatio 132
Conſtantia 132
Contagio 137
Conuitium 138
Correctio 138
Credulitas 139
Crudelitas 139
Culpa 143
Cupiditas 144
Cura 149
Curioſitas 151.

D.

Damnati 151
Deceptio 152
Delicia 158
Deſidia 153
Deſperatio 154
Detractores 154
Deus 156
Dies 176
Diſcipuli 177
Diſcordia 178
Diſsimulatio 179
Diuitia 180
Doctrina 189
Dolor 191
Dolus 196
Dormitatio 196
Dos 196
Duces 197.

E.

Ebrietas 201
Electi 202
Elementa 202
Eloquentia 204
Exempla 205
Experientia 208.

F.

Facilitas 209
Factum 210
Fallacia 211
Fama 211
Fames 215
Fatum 216
Fauor 218
Felicitas 219
Fides 221
Fidelitas 225
Filij 226
Finis [illegible]
Forma 23
Fornicatio 239
Fortitudo 240



INDEX.

Fortuna 241
Fratres 247
Fraudulentia 248
Frugalitas 249
Furor 252
Futura 253.

G.

Gaudium 254
Gloria 254
Gratia 255
Gratitudo 256
Gula 258.

H.

Hypocriſis 259
Homo 260
Honor 267
Hoſpitalitas 268
Humilitas 269.

I.

Ignauia 270
Ignorantia 270
Ignota 272
Imperitia 272
Imperium 272
Impoſsibile 273
Incontinentia 275
Infamia 276
Infantia 277
Infernus 277
Infirmitas 290
Ingenium 291
Ingratitudo 293
Inimicitia 294
Iniuria 295
Innocentia 295
Inuidia & Liuor 296
Ira 303
Iudicium 305
Ius 309
Iuſtitia 310
Iuuentus 314.

L.

Labor 318
Lacrimæ 319
Lætitia 328
Laus 320
Lectio 324
Leges 326
Liberalitas 329
Libertas 330
Libido 331
Licentia 331
Licita 332
Lingua 332
Liuor & Inuidia 296
Locus 334.

Loquacitas 331
Lucrum 331
Ludus 336
Luxuria 337
M.
Malitia 341
Mala 347
Matrimonium 348
Medicina 349
Mediocritas 350
Meditatio 354
Mendacium 355
Mens 358
Menſa 614
Meretrices 356
Metus 358
Militia 358
Miſeria 359
Miſericordia 344
Modicũ & Parũ 429
Modus 365
Monitio 366
Mora 367
Morbi 368
Mores 369
Mors 373
Motus 381
Mulieres 382
Mundus 395
Munera 397
Mutuum 398
N.
Natura 399
Nauigatio 401
Neceſsitas 404
Nobilitas 405
Nox 408
Nouitas 409
O.
Obedientia 410
Obliuio 411
Obſequium 412
Occaſio 412
Otium 413
Officium 414
Onus 415
Opera 416
Oratio 418
Ornatus 420
P.
Pax 422
Parentes 423
Parſimonia 423
Parũ & Modicũ 429
Paſsio 432
Patientia 432

Patria



Patria 433
Paupertas 436
Peccatum 441
Pœna 454
Pœnitentia 455
Perſidia 455
Periuria 457
Perſeuerantia 458
Petitio 458
Philautia 460
Philoſophia 460
Pietas 463
Pigritia 464
Poeſis & Poeta 465
Potentia 468
Prælatio 474
Princeps 476
Principium 477
Probitas 478
Proditio 479
Promiſsio 480
Proſperitas 481
Prouidentia 483
Prudentia 484
Pudicitia 485
Pudor 487
Pueritia 488
Pulcritudo 488
R.
Ratio 492
Rapina 492
Recreatio 492
Regnum 493
Religio 504
Rei 506
Reprehenſio 506
Reſpublica 508
Requies 509
Reſurrectio 510
Ruina 512
Rus 513
S.
Sacerdotium 514
Sacrificium 515
Sanitas 517
Sapientia 518
Scelus 522
Scientia 522
Scriptum 523
Senectus 526
Sermo 534
Seruitus 535
Similitudo 537
Simulacra 538
Simulatio 539
Sitis 51

Universidad de Deusto Biblioteca

| | | | |
|---|---|---|---|
| Sobrietas | 540 | Vetita | 570 |
| Sollertia | 540 | Vetuſtas | 611 |
| Somnꝰ & Somnia | 541 | Via | 612 |
| Spes | 544 | Vicinitas | 571 |
| Studium | 546 | Viciſsitudo rerum | 571 |
| Stultitia | 547 | Victoria | 573 |
| Subditi | 548 | Vigilia | 574 |
| Superbia | 548. | Vindemia | 574 |
| T. | | Vindicta | 576 |
| Taciturnitas | 549 | Vinum | 610 |
| Templa | 551 | Vis | 577 |
| Temporales res | 552 | Viri | 578 |
| Tempus | 553 | Virginitas | 579 |
| Terra | 558 | Virtus | 580 |
| Teſtes | 559 | Vita | 591 |
| Timor | 560 | Vitia | 595 |
| Tyrannis | 563 | Voluntas | 597 |
| Tormenta | 565 | Voluptas | 599 |
| Tribulatio | 566. | Vſus | 602 |
| V. | | Vſura | 603 |
| Varietas | 612 | Vtilitas | 604 |
| Venia | 566 | Vulgus | 605 |
| Ver | 567 | Vulnus | 606 |
| Verbum | 567 | Vultus | 607 |
| Verecundia | 569 | Vxor | 608 |
| Veritas | 569 | | |






# ILLVSTRIVM POETARVM FLORES, PER OCTAVIANVM MIRANDVLAM COLLECTI, & in locos communes digeſti.

## A

### ABSTINENTIA.

### Abſtinentiæ commendatio.

ACCIPE nunc, victus tenuis quæ, quãtaque ſecum — Hor 2. Serm. 2.
Afferat, in primis valeas bene. nam variæ res
Vt noceant homini, credas, memor illius eſcæ,
Quæ ſimplex olim tibi ſederit. at ſimul aſsis
Miſcueris elixa, ſimul conchylia turdis:
Dulcia ſe in bilem vertẽt, ſtomachoq; tumultũ
Lenta feret pituita. vides, vt pallidus omnis
Cœna deſurgat dubia? quin corpus onuſtum
Heſternis vitiis animũ quoque prægrauat vnà,
Atq; * affigit humo diuinæ particulam auræ. — * affligit.
Alter, vbi dicto citius curata ſopori
Mẽbra dedit, vegetꝰ præſcripta ad munia ſurgit.
* Heu quantũ ſcelus eſt in viſcere viſcera cõdi, — Ouid. 15. Met.
Congeſtoq; auidum pingueſcere corpore corpus,
Alteriusque animantẽ animãtis viuere letho.
* Ergo ne pietas ſit victa Cupidine ventris. — Et infra.

Universidad de Deusto Biblioteca



Parcite, vaticinor, cognatas cæde nefanda
Exturbare animas, nec ſanguine ſanguis alatur.
Iuuenalis 15. * Adſpicimus populos, quorum non ſufficit iræ
Occidiſſe aliquem: ſed pectora, brachia, vultũ
Crediderint genus eſſe cibi: quid diceret ergo,
Vel quo non fugeret ſi nunc hæc mõſtra videret,
Pythagoras: cunctis animalibus abſtinuit qui
Tanquam homine, & ventri indulſit nõ omne legumen?

Abſtinere à vini potatione ſuperflua, & Venere omnes debent.

Virg. Opuſc. Nec Veneris, nec tu Vini capiaris amore:
Vno nanque modo vina, Venúſque nocent.
Vt Venus eneruat vires: ſic copia Bacchi
Et tentat greſſus, debilitatque pedes.
Multos cæcus amor cogit ſecreta fateri:
Arcanum demens detegit ebrietas.
Bellum ſæpe parit ferus exitiale Cupido:
Sæpe manus itidẽ Bacchus ad arma vocat.
Perdidit horrendo Troiã Venus improba bello:
Et Lapithas bello perdis Iacche graui.
Denique cum mẽtes hominum furtarit vterq;
Et pudor, & probitas, & metus omnis abeſt.
Compedibus Venerem, vinclis cõſtringe Lyæũ:
Nec te muneribus lædat vterque ſuis.
Vina ſitim ſedẽt: natis Venus alma creandis
Seruiat: hos fines tranſiluiſſe nocet.

Abſtinere à placitis, non minima virtus.

Diſce



Diſce meo exemplo formoſis poſſe carere: Ouid.
Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis. 16. Epiſt.

Abſtinentia carnales refrenat motus.

Verbum Hercle hoc verum eſt: ſine Cerere, & Terent.
Libero friget Venus. Eun.

---

## ADOLESCENTIA

Adoleſcentem verecundum eſſe decet.

Adoleſcentem verecundum eſſe decet. Plaut.

Adoleſcentes in bonũ aſſuefaciendi ſunt. Aſin.

Tu quos ad ſtudiũ, atq; vſum formabis agreſtẽ Virg. 3.
Iam vitulos hortare, viamque inſiſte domandi Georg.
Dum faciles animi iuuenũ, dum mobilis ætas.
* Sed quoniã ad tãtas nõ primũ naſcimur artes, Virg.
Nunc primum teneros firmamus robore neruos.
— Et teneræ nimis
Mentes aſperioribus Hor. 3.
Formandæ ſtudiis. Carm.
* Inter cuncta leges, & percunctabere doctos 24.
Qua ratione queas traducere leniter æuum. Idem 1.
* Fingit equum tenera docilẽ ceruice magiſter Epiſt. 18.
Ire viam, qua mõſtrat eques: venaticus ex quo Idem 1.
Tempore ceruinam pellem latrauit in aula Epiſt. 2.
Militat in ſiluis catulus. nunc adhibe puro
Pectore verba puer, nunc te melioribus offer.
Quo ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorem
Teſta diu. — Iuuena-
* Gratũ eſt, quod patriæ ciuem, populoq; dediſti. lis 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Si facis, vt patriæ ſit idoneus, vtilis agris,*
*Vtilis & bellorum, & pacis rebus agendis.*
*Plurimùm enim intererit, quib. artib⁹, & quibus hunc tu*
*Moribus inſtituas: ſerpente ciconia pullos*
*Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta:*
*Illi eadem ſumtis quærunt animalia pennis.*
*Vultur iumento, & canibus, crucibusq; relictis*
*Ad fetus properat, partem cadaueris affert.*
*Hic eſt ergo cibus magni quoq; vulturis, & ſe*
*Paſcentis, propria cùm iam facit arbore nidos.*
*Sed leporẽ, aut capreã famulæ Iouis, & generoſæ*
*In ſaltu venantur aues: nunc præda cubili*
*Ponitur: inde autem cùm ſe natura leuabit*
*Progenies ſtimulante fame, feſtinat ad illam,*
*Quam primùm prædam rupto guſtauerit ouo.*

Sen. * *Regenda magis eſt feruida adoleſcentia.*

Octau. Adoleſcentum facta parentibus celata haud eſſe debent.

Terent. Adelph. — *Quæ fert adoleſcentia,*
*Ea ne me celet conſueſeci filium.*
*Nã qui mentiri, aut fallere inſueuerit patrẽ, aut*
*Audebit, tanto magis audebit ceteros.*

---

ADVERSITAS.

Aduerſa amorem virtutis haud eximere valent.

Silius 10. — *Neque enim virtutis amorem*
*Aduerſa exemiſſe valent.* —





Aduerſa æquo animo tolerare, virtus eſt maxima.

*Hæc iſta eſt virtus, quando vſus eſt qui malũ* Plautus
* — *Vnum hoc ſcio (fert fortiter.* Aſin.
*Quod fors feret, feremus æquo animo. D. placet.* Terent
*Heus iſthuc viri eſt officium.* Phorm.

Fabii Maximi conſtantia, qui nec morte, nec aduerſis frangebatur.

*Hos mulcens queſtus Fabius, deforme docebat* Silius 10.
*Cladibus iraſci, vulgumque arcebat ab ira.*
*Aduerſis etenim frangi non eſſe virorum,*
*Qui Martem inſcribant genti non poſſe dolores*
*Condere, & ex pœna ſolatia poſcere luctus.*

Aduerſa æquanimiter toleranda ſunt.

*Albus vt obſcuro deterget nubila cælo* Horat. 1.
*Sæpe Notus, nec parturit imbres* Carm.
*Perpetuos: ſic tu ſapiens finiri memento* 7.
*Triſtitiam, vitaque labores.*
* *Æquam memento rebus in arduis* 2 Carm.
*Seruare mentem: non ſecus in bonis* 3.
*Ab inſolenti temperatam* 2 Serm. 2
*Lætitiam, moriture Deli.*
* - *Quocirca viuite fortes,* 2. Pitta.
*Fortiaque aduerſis opponite pectora rebus.* per. Anſon.

Aduerſis in rebus amicos paucos proba.

*Plures amicos re ſecunda compares.*
*Paucos amicos rebus aduerſis probes.*

Aduerſa ferre leue eſt, at perferre graue.

Universidad de Deusto Biblioteca



Sen. *Leue eſt miſerias ferre, perferre eſt graue.*
Thyeſt. Aduerſa patiẽter tolerãti, nil nocere valet.
Boeth. *Quiſquis compoſito ſerenus æuo,*
1. 4. *Fatum ſub pedibus egit ſuperbum,*
*Fortunamque tuens vtramque rectus,*
*Inuictum potuit tenere vultum:*
*Non illum rabies, minæque Ponti*
*Verſum funditus excitantis æſtum,*
*Nec ruptis quoties vagus caminis*
*Torquet fumificos Veſeuus ignes,*
*Aut celſas ſoliti ferire turres*
*Ardentis via fulminis mouebit.*

Ouid. 11. Aduerſa pios, religioſósve homines reddũt.
Met. *Aſpera creſcit hiems, omnique à parte feroces*
Infra. *Bella gerunt venti, fretaq; indignantia miſcent.*
Idem 3. *— Hic votis Numen adorat.*
Faſt. **Vincitur ars vento, nec iã moderator habenis*
*Vtitur: at votis is quoque poſcit opem.*
1. Triſt. **Dii maris & cæli (quid enim niſi vota ſuper-*
2. *Soluere quaſſatæ parcite mẽbra ratis. (ſunt*
8. Triſt. **Ipſe gubernator tollens ad ſidera palmas,*
10. *Expoſcit votis immemor artis opem.*
*Quocunque adſpexi, nihil eſt niſi mortis imago,*
*Quam dubia timeo mẽte, timensque precor.*
Hor. 2. **Otium Diuos rogat in patenti*
Carm. *Prenſus Ægæo ſimul atra nubes*
16. *Condidit Lunam, neque certa fulgent*
*Sidera nautis.*

Aduer-



Aduerſa virtute inſignito dulcia atq; leuia ſunt.

*—Serpens, ſitis, ardor arenæ* Lucan.
*Dulcia virtuti. gaudet patientia duris.* 9.
*Lætius eſt quoties magno ſibi conſtat honeſtum.*

Aduerſitas amicos probat, oſtendit, atq; diſperdit.

*Dum mea puppis erat valida fundata carina,* Ouid. 4.
*Qui mecum velles currere primus eras.* Pont 3.
*Nunc quia contraxit vultum Fortuna, recedis,*
*Auxilio poſtquàm ſcis opus eſſe tuo,*
**Scilicet vt fuluum ſpectatur in ignibus aurũ,* 1 Triſt.
*Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides.* 4.
*Dum iuuat, & vultu ridet fortuna ſereno,*
*Indelibatas cuncta ſequuntur opes.*
*At ſimul intonuit, fugiunt, nec noſcitur vlli,*
*Agminibus comitum qui modò cinctus erat.*
**O mihi care quidem ſemper ſed tempore duro* 3. Triſt.
*Cognite, res poſtquàm procubuere meæ.* 4.
**Vt cecidi, cunctiq; metu fugere ruinam,* 3. Triſt.
*Verſaq; amicitiæ terga dedere meæ.*
**Fidem ſecundæ poſcunt, aduerſa exigunt.* Senec.

Aduerſitas grauior eſt, quãtò magis improuiſa euenit. Agam.

*Incertum eſt quid agam, quia præter ſpem, atq; incredibile hoc mihi obtigit.* Ter. Phor.
*Ita ſum irritatus, animum vt nequeam ad cogitandum inſtituere.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Quamobrē omnes cùm ſecūdæ res ſunt maximè*
*tum maximè*
*Meditari ſecū oportet, quo pacto aduerſam ærumnam ferant:*
*Pericla, damna, exſilia, &c.*

Aduerſitas ingenioſum hominē reddit quandoque, & è contra.

Ouid. 6. *Os mutum facti caret indice, grande doloris*
Met. *Ingenium eſt, miſeriſq; venit ſollertia rebus.*
2 Arte. **Ingeniū mala ſæpe mouēt, quis crederet vnquā*
*Aëreas homines carpere poſſe vias?*
Idem **Nunc vellē facunda forē, dolor artibus obſtat,*
Epiſt. 21. *Ingeniumque meis ſubſtitit omne malis.*
4 Pōt. 2. **Nec tamen ingenium nobis reſpondet vt antè,*
*Sed ſiccum ſterili vomere litus aro.*
*Scilicet vt limus venas excæcat in vndis,*
*Læſaque ſuppreſſo fonte reſiſtit aqua:*
*Pectora ſic mea ſunt limo vitiata malorum,*
*Et carmen vena pauperiore fluit.*
4 Triſt. **Vtque ſoporiferæ biberem ſi pocula Lethes,*
1. *Temporis aduerſi ſic mihi ſenſus abeſt.*

Aduerſitas laudabilem hominem facit, qui eam æquanimiter tolerat.

*Scilicet aduerſis probitas exercita rebus,*
5 Triſt. *Triſti materiam tempore laudis habet.*
6. *Si nihil infeſti durus vidiſſet Vlyſſes,*
*Penelope felix, ſed ſine laude, foret.*

Aduerſitas ꝓdeſt homini magis, quàm proſperitas: eò quòd in ſui ipſius cognitionē, necnon in Dei reuerentiam ſæpiſſimè inducit.



*Ad cælūq; manus, & ſplendida brachia tollēs,* Ouid. 2.
*Da Veniam Lenæe pater, peccauimus, inquit:* Met.
*Sed miſerere precor, ſpecioſoque eripe damno.*
*— Multoq; in rebus acerbis* Lucret.
*Acrius aduertunt animos ad religionem.* 3.
*Quo magis in dubiis homines ſpectare periclis*
*Conuenit, aduerſiſq; in rebus noſcere qui ſint.*
*Nam veræ voces tum demum pectore ab imo*
*Eliciuntur, & eripitur perſona, manet res.*
**Tāta adeò, cùm res trepidæ, reuerētia Diuûm* Silius 7.
*Naſcitur.*

Aduerſitatum expreſſio horribilis.

**Scire meos caſus ſi quis deſiderat omnes,* Ouid. 1.
*Plus, quàm quod fieri res ſinit, ille petit.* Triſt. 4.
*Tot mala ſū paſſus, quot in æthere ſidera lucēt:*
*Paruaque quot ſiccus corpora puluis habet.*
*Multaq; credibili tulimus maiora, ratamque,*
*Quamuis acciderint, non habitura fidem,*
*Pars etiam quædam mecum moriatur oportet.*
*Meque velim poſſint diſſimulante tegi.*
*Si vox infragilis, pectus mihi firmius eſſet,*
*Pluraque cum linguis pluribus ora forent:*
*Non tamen iccirco complecterer omnia verbis,*
*Materia vires exſuperante meas.* 4 Triſt.
**Meq; tot aduerſis cumulat, quot litus arenas* 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Quotq; fretum piſces, ouaq; piſcis habet,*
*Vere prius flores, æſtu numerabis ariſtas,*
*Poma per autumnum, frigoribusq; niues:*
*Quam mala quæ paſſor toto iactatus in orbe,*
*Dum miſer Euxini litora ſæua peto.* (ret.
3 Triſt. **Litora quot conchas, quot amœna roſaria flo-*
2. *Quótve ſoporiferum grana papauer habet:*
*Silua feras quot alit, quot piſcibus vnda nata-*
*Et tenerum pennis aera pulſat auis:* (tur,
*Tot premor aduerſis: quæ ſi comprendere coner,*
*Icariæ numerum dicere coner aquæ.*
Val. **Bis Zephyri iam vela vorant, fiducia maſtis*
Flac- *Nulla viris, ægro aſſiduè mens carpitur æſtu.*
cus 3. Aduerſis in rebus vitã paruifacere facile eſt:
at contrà, fortiſſimi pectoris eſt.
Martia- *Rebus in anguſtis facile eſt contemnere vitam.*
lis 11. *Fortiter ille facit, qui miſer eſſe poteſt.*

---

ADVLATIO.

Adulatorum effectus, ſeu proprium,
Ter. *Omnia habeo, neq; quidquã habeo: nihil cũ eſt,*
Eun. *nil deſit tamen, &c.*
*Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium*
*rerum volunt,*
*Nec ſunt: hos conſector: hiſce ego non paro me vt*
*rideant;*
*Sed his vltro arrideo, & eorum ingenia admi-*
*eor ſimul:*

Quid-



*Quiquid dicunt, laudo: id rurſum ſi negant,*
*laudo id quoq;:*
*Negat quis, nego: ait, aio: poſtremò imperaui*
*egomet mihi,* (mus.
*Omnia aſsẽtari. is quæſtus nũc eſt multó vberri-*
**Quid, quòd adulãdi gẽs prudẽtiſsima laudat* Iuuena-
*Sermonem indocti, faciem deformis amici,* lis 3.
*Et longum inualidi collum ceruicibus æquat*
*Herculis, Antæum procul à tellure tenentis?*
*Miratur vocem anguſtam, qua deterius nec*
*Ille ſonat, quo mordetur gallina marito, &c.*
*Natio comœda eſt. rides? maiore cachinno*
*Concutitur: flet, ſi lacrymas aſpexit amici,*
*Nec dolet: igniculum brumæ ſi tempore poſcas,*
*Accipit endromidem: ſi dixeris æſtuo, ſudat.*
Adulatores fugiendi, paruifaciendíve ſunt:
quia ſub adulatione haud exigua latitant
mala, moraliter.
*Impia ſub dulci melle venena latent.* Ouid. 1.
Amor.

---

ADVLTERIVM. 8.

Adulterium non eſſe committendum. Idem
*Elige de vacuis, quam non ſibi vindicet alter:* Epiſt. 1.
*Si neſcis, dominum res habet iſta ſuum.* Idem 3.
**Nupta virum timeat, rata ſit cuſtodia nuptæ:* Art.
*Hoc docet, hoc leges, iusq; pudorq; iubent.* Idem 1.
**Nil mihi cũ vitta eſt: Thais in arte mea eſt.* Hor. 1.
**Deſine matronas ſectarier: vnde laboris* Serm. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Plus haurire mali eſt, quã ex re decerpere fructꝰ.*

Adulteri malum exitum ſortiuntur.

*Ibidem.* *Hic ſe præcipitem tecto dedit: ille flagellis*
*Ad mortem caſus: fugiens hic decidit acrem*
*Prædonũ in turbã: dedit hic pro corpore nũme*
*Hunc perminxerunt calones, quin etiam illu*
*Accidit, vt quidam teſteis, caudamq; ſalacem*
*Demeteret ferro.*

---

## ÆTAS.

Ætas antiqua, quæ aurea dicebatur à cupiditate ſemota fuit: ſed pace, necnõ iuſtitia plena extitit, in qua etiam communia erant omnia.

*Virg. 1. Georg.* *Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni,*
*Nec ſignare quidem, aut partiri limite campũ*
*Fas erat: in medium quærebant, ipſaq; tellus*
*Omnia liberiùs, nullo poſcente, ferebat.*
*Ouid. 1. Metam.* ** Aurea prima ſata eſt ætas, quæ vindice nullo*
*Sponte ſua ſine lege fidem, rectumq; colebat.*
*Infra.* ** Nondum præcipites cingebant oppida foſſæ.*
*Non tuba directi, non æris cornua flexi:*
*Non galeæ, non enſis erat: ſine militis vſu*
*Mollia ſecuræ peragebant otia gentes.*
*Ipſa quoque immunis, raſtroq; intacta, nec vllis*
*Saucia vomeribus, per ſe dabat omnia tellus.*
*Idem 1. Faſt.* ** Nondum iuſtitiam facinus mortale fugarat:*
*Vltima de Superis illa reliquit humum.*

Proq;



*Proq; metu populum, ſine vi, pudor ipſe regebat:*
*Nullus erat iuſtis reddere iura labor.*
** Indum nõ fulgebat ebur, quod inhæſerat auro,* *Petr. Arbiter.*
*Nec iam in calcato radiabat marmore terra*
*Muneribus deluſa ſuis: ſed crate ſaligna*
*Impoſitum Cereris vacuæ nemus, & noua terræ*
*Pocula, quæ facili vilis rota finxerat actu.*
*Hinc mollis ſcillæ latus, & de caudice lento*
*Vimineæ lances, maculataq; teſta Lyæo.*
*Et paries circa, palea ſatiatus inani,*
*Fortuitoq; luto clauos numerabat agreſtes,*
*Et viridi iunco gracilis pendebat arundo.*
*Præterea quæ fumoſo ſuſpenſa tigillo*
*Conſeruabat opes humilis caſa, mitia ſeruo.*
*Inter odoratas pendebat * texta coronas,* ** teſta.*
*Et thymbræ veteres, & paſsis vua racemis.*
** Felix nimium prior ætas,* *Boët. 2. 5.*
*Contenta fidelibus aruis,*
*Nec inerti perdita luxu:*
*Facili quæ ſera ſolebat*
*Ieiunia ſoluere glande,*
*Nec Bacchica munera norat*
*Liquido confundere melle,*
*Nec lucida vellera Serum*
*Tyrio miſcere veneno.*
*– Somnos dabat herba ſalubres,*
*Potum quoq; lubricus amnis,*
*Vmbras altiſsima pinus,*

Universidad de Deusto Biblioteca



*Nondum maris alta ſecabat,*
*Nec mercibus vndiq; lectis*
*Noua litora viderat hoſpes.*
*Tunc claſsica ſæua tacebant,*
*Odiis neq; fuſus acerbis*
*Cruor horrida tinxerat arma.*
*Quid enim furor hoſticus vlla*
*Vellet prior arma mouere,*
*Cùm vulnera ſæua viderent,*
*Nec præmia ſanguinis vlla?*

Auream illam ętatem Saturni tempore fuiſſe poëtæ paſſim adſerunt.

Virgil. 8. Æn. *Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo*
*Arma Iouis fugiens, & regnis exſul ademtis.*
*Is genus indocile, ac diſperſum montibus altis*
*Compoſuit, legesq́; dedit, Latiumq́; vocari*
*Maluit, his quoniam latuiſſet tutus in oris.*
*Aureaq́; , vt perhibent, illo ſub rege fuere*
*Sæcula, ſic placida populos in pace regebat:*
*Deterior donec paullatim, ac decolor ætas.*
*Et belli rabies, & amor ſucceſsit habendi:*

Iuuenalis Sat. 6. * *Credo pudicitiam Saturno rege moratam*
*In terris viſamq́; diu, cùm frigida paruas*
*Præberet ſpelunca domos, ignemq́; , Laremq́; ,*
*Et pecus, & dominos cõmuni clauderet vmbra.*

3 Amor. 7. * *At cùm regna ſenex cæli Saturnus haberet,*
*Omne lucrũ tenebris alta premebat humus.*
*Æraq́; , & argentum, cumq́; auro pondera ferri*

Mœnibus



*Mœnibus admorat, nullaq́; maſſa fuit.*
*At meliora dabat curuo ſine vomere fruges,*
*Pomaq́; , & in quercu mella reperta caua.*
*Nec valido quiſquam terram ſcindebat, aratro,*
*Signabat nullo limite foſſor humum:*
*Non freta demiſſi verrebant eruta remi,*
*Vltima mortali tum via litus erat.*
*Contra te ſollers hominum natura fuiſti,*
*Et nimium dominis ingenioſa tuis.*

*— Rurſus vt ſtirpem nouam* Sen. Oct.
*Generet, renaſcens melior: vt quondam tulit*
*Iuuenis tenente regna Saturno poli.*
*Tunc illa virgo, Numinis magni Dea,*
*Iuſtitia cælo miſſa cum ſancta Fide,*
*Terras regebat mitis: humanum genus*
*Non bella norant, non tuba fremitus truces,*
*Non arma gentes, cingere aſſueuerant ſuas*
*Muris nec vrbes: peruium cunctis iter,*
*Communis vſus omnium rerum fuit,*
*Et ipſa tellus læta fecundos ſinus*
*Pandebat vltrò, tam piis felix parens,*
*Et tuta alumnis. —*

*Quàm bene Saturno viuebant rege priùs, quã* Tibullus 1. 3.
*Tellus in longas eſt patefacta vias. —*
*Nondum cæruleas pinus contemſerat vndas,*
*Effuſum ventis præbueratq́; ſinum.*
*Nec vagus ignotis repetens compendia terris*
*Preſſerat externa nauita merce ratem.*

Universidad de Deusto Biblioteca



*Illo non validus ſubijt iuga tempore taurus,*
*Non domito frenos ore momordit equus.*
*Non domus vlla fores habuit, non fixus in agri[s]*
*Qui regeret certis finibus arua lapis.*
*Ipſa mella dabant quercus, vltroq; ferebant*
*Obuia ſecuris vbera lactis oues.*
*Non acies, non ira fuit, non bella, nec enſe[m]*
*Immiti ſæuus duxerat arte faber.*

Ætas argentea poſt Saturni mortem ſucceſſit, aurea ætate minus bona, ærea tam[en] melior.

Ouid. 1. Met. ** Poſtquā Saturno tenebroſa in Tartara miſ[so]*
*Sub Ioue mundus erat, ſubijtq; argentea proles*
*Auro deterior fuluo, pretioſior ære.*

Tibullus 1.3. ** Nūc Ioue ſub domino cædes, & vulnera ſemp[er]*
*Nunc mare, nunc lethi mille repentè viæ.*

Ætas ærea creuit, quæ duabus ſupradictis p[e]ior eſt, non tamen in totum ſcelerata.

Ouid. 1. Met. *Tertia poſt illam ſucceſsit aenea proles,*
*Sæuior ingeniis, & ad horrida promtior arm[a]*
*Non ſcelerata tamen. —*

Ætas ferrea poſtremùm aduenit; in qua o[mnia] creuere facinora.

Ouid. 1. Met. *— De duro eſt vltima ferro.*
*Protinus irrupit venæ peioris in æuum*
*Omne nefas, fugere pudor, verumq; fideſq;.*
*In quorum ſubiere locum fraudeſq;, doliq;,*
*Inſidiæq;, & vis, & amor ſceleratus habēdi, &*

Ne



*Nec tantùm ſegetes, alimentaq; debita diues*
*Poſcebatur humus: ſed itum eſt in viſcera terræ:*
*Quaſq; recondiderat, Stygiiſq; admouerat vm-*
*Effodiuntur opes irritamenta malorū. (bris,*
*Iamq; nocens ferrum, ferroq; nocentius aurum*
*Prodierat; prodit bellum, quod pugnat vtroque,*
*Sanguineaq; manu crepitantia concutit arma.*
*Viuitur ex rapto, non hoſpes ab hoſpite tutus,*
*Non ſocer à genero: fratrū quoq; gratia rara eſt.*
*Imminet exitio vir coniugis, illa mariti.*
*Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ.*
*Filius ante diem patrios inquirit in annos.*
*Victa iacet pietas, & virgo cæde madentes*
*Vltima cæleſtūm terras Aſtræa reliquit.*
** Omne aliud crimen mox ferrea protulit ætas.* Iuuenalis 6.
** Ferrea non Venerē, ſed prædam ſæcula laudāt:* Tibullus 2.3.
*Præda tamen multis eſt adoperata malis.*
*Præda feras acies cinxit diſcordibus armis:*
*Hinc cruor, hinc cædes, mors propiorq; venit.*
*Præda vago iuſsit geminare pericula ponto,*
*Bellica cum dubiis roſtra dedit ratibus.*

Ætas peior ferrea nunc agitur.

*Non ætas agitur, peioraq; ſæcula ferri* Iuuenalis 13.
*Temporibus: quorum ſceleri non inuenit ipſa*
*Nomen, & à nullo poſuit natura metallo.*

Et ſic indies malum augebitur.

*Ætas parentum peior auis, tulit* Horat. Carm. 6
*Nos nequiores, mox daturos*

C

Universidad de Deusto Biblioteca



Progeniem vitioſiorem.

Iuuenalis 2. —Dedit hanc contagio labem,
Et dabit in plures: ſicut grex totus in agro
Vnius ſcabie cadit, & porrigine porci.

Ætas vltima in nos venit.

Seneca Thyeſte. In nos ætas vltima venit.
O nos dura ſorte creatos!

Ætas omnis à Deo propriũ officium habet.

Seneca Theb. —Propria deſcribit Deus
Officia & æuum per ſuos ducit gradus,
Lætitia iuuenem, frons decet triſtis ſenem.

Ætas noui aliquid aſſiduè adportat, atque ad ſcientiam maximè confert.

Ouid. 6. Met. —Non omnia grandior ætas,
Quæ fugiamus, habet: ſeris venit vſus ab annis.
Idem 5 Met. —Etenim mihi multa vetuſtas
Scire dedit.—

Plautus Trin. * Sapientia ætatis condimentum 'ſt, ſapiens ætati cibus.

Terent. Adelph. * Nunquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, vſus ſemper aliq̃d apportet noui,
Aliq̃d moneat, vt illa, q̃ te ſcire credas, neſcias,
Et, q̃ tibi putaris prima, in experiundo repudies.

Ætas vt roſa perit.

Auſon. Eydl. 14. Collige virgo roſas dũ flos nouus, & noua pubes,
Et memor eſto æuum ſic properare tuum.

AFFE-



## AFFECTVS.

Affectiones animi ſunt quatuor, quę veri cognitionem impediunt, igitur reſecandæ ſunt, & ad hoc exhortatio pulcra.

Boethius 1. 7.

Nubibus atris
Condita nullum
Fundere poſſunt
Sidera lumen.
Si mare voluens
Turbidus Auſter
Miſceat æſtum,
Vitrea dudum,
Parq; ſerenis
Vnda diebus,
Mox reſoluto
Cernere verum,
Tramite recto
Carpere callem:
Gaudia pelle,
Pelle timorem,

Sordida cœno
Vſibus obſtat.
Quiq; vagatur,
Montibus altis
Defluus amnis,
Sæpe reſiſtit
Rupe ſoluti
Obiice ſaxi.
Tu quoque ſi vis
Lumine claro
Spemq; fugato,
Nec dolor adſit.
Nubila mens eſt,
Vinctaq; frenis,
Hæc vbi regnant.

## AFFLICTIO.

Afflicto compatiendum eſt, & ſi nõ de ipſius pœna, ſaltem de pœnæ merito.

Et mala Naſonem, quoniam meruiſſe videtur, Ouid. 1.
Si non ferre doles, at meruiſſe dole. Pont. 8.

Afflictorum conſolatio illuſtris. s.

Universidad de Deusto Biblioteca



Virg. 1. O ſocij (neq; enim ignari ſumus ante malorum)
Æn. O paſſi grauiora: dabit Deus his quoq; finem.
Vos & Scyllæam rabiem, penitusq; ſonantes
Acceſtis ſcopulos, vos & Cyclopeia ſaxa
Experti, reuocate animos, mæſtumq; timorem
Mittite: forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.
Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum
Tendimus in Latium: ſedes vbi fata quietas
Oſtendunt: illic fas regna reſurgere Troiæ.
Durate, & voſmet rebus ſeruate ſecundis.
Idem 5. * Isq; his Æneam ſolatus vocibus inſit: (mur:
Æn. Nate dea, quò fata trahunt, retrahuntq; ſequa-
Idem 6 Quidq; derit, ſuperãda omnis fortuna ferẽdo eſt.
Æn. * Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito,
Ouid. 15. Quàm tua te fortuna ſinet. —
Met. — Quoties flenti Theſeius heros
Siſte modum dixit: nec enim fortuna quærenda
Sola tua eſt: ſimiles aliorum reſpice caſus.
Mitiùs iſta feres vtinamq; exempla dolentem
Non mea te poſſent releuare: ſed & mea poſſunt.
Idem 1 * Cui genitrix flenti, fortuna viriliter, inquit,
Faſt. Siſte puer lacrymas: iſta ferenda tibi eſt.
Sic erat in fatis. —
Infrà. * Nec fera tempeſtas toto tamen errat in anno:
Et tibi, crede mihi, tempora veris erunt.
4 Pont. * Nulla dies adeò eſt auſtralib. humida nimbis,
4. Non intermiſsis vt fluat imber aquis.
Nec ſterilis locus vllus ita eſt, vt non ſit in illo
Miſta



Miſta ferè duris vtilis herba rubis.
* Perfer, & obdura: dolor hic tibi proderit olim: 3 Amor.
Sæpe tulit laſsis ſuccus amarus opem. 10.
* Scilicet exiguo percuſſa es fulminis ictu, Ibidem
Fortior vt poſsis cladibus eſſe tuis. ad Liuiã
* Impoſuit te alto fortuna, locumq; tenere Ibidem.
Iuſsit honoratum, Liuia perfer onus, &c.
Alta mane, ſupraq; tuos exſurge dolores,
Infragilemq; animum, quo potes vſq; tene.
* Rebus anguſtis animoſus, atq; Hor. 2.
Fortis appare: ſapienter idem Car. 10.
Contrahes vento nimium ſecundo,
Turgida vela.
* Ponamus nimios gemitus: flagrantior æquo Iuuena-
Non debet dolor eſſe viri, nec vulnere maior. lis 13.
* Rem pateris modicã, & mediocri bile ferendã, Ibidem.
Si flectas oculos maiora ad crimina. —
* Pectora longis hebetata malis, Seneca
Iam ſollicitas ponite curas: Thyeſto.
Fugiat mœror, fugiatq; pauor,
Fugiat trepidi comes exilij
Triſtis egeſtas, rebusq; grauis
Pudor afflictis, magis vnde cadas,
Quàm quò, refert: magnum ex alto
Culmine lapſum, ſtabilem in plano
Figere greſſum: magnum ingenti
Strage malorum preſſum, fracti
Pondera regni non inflexa

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ceruice pati, neq; degenerem
Victumq; malis, rectum impoſitas
Ferre ruinas. ſed iam ſæui
Nubila fati pelle, ac miſeri
Temporis omnes dimitte notas:
Redeant vultus ad læta boni. (ægri
Lucret. 3 * Quid tibi tantopere eſt, mortalis, quod nimis
Luctibus indulges? quid mortẽ congemis, & fles?
Cur non vt plenus vitæ conuiua recedis,
Æquo animoq; capis ſecuram ſtulte quietem?
Statius * Hic finis rapto: quin tu iam vulnera ſedas,
2. Sil. 1. Et tollis merſum luctu caput? omnia functa,
Aut moritura vides. obeunt noctesq; diesque,
Aſtraq; nec ſolidis prodeſt ſua machina terris.
Nam populos mortale genus, plebisq; caducæ
Quis fleat interitus? hos bella, hos æquora poſcũt.
His amor exitio, furor his, & ſæua cupido:
Vt ſileam morbos hos ora rigentia brumæ,
Illos implacido lethalis Seirius igni.
Hos manet imbrifero pallens autumnus hiatu.
Quidquid habet ortus, finẽ timet. ibimus omnes,
Ibimus: immenſis vrnã quatit Æacus vmbris.
Idem 5. * Parce precor lacrymis, ſæuo ne concute planctu
Sil. 1. Pectora, nec crucia fugientem coniugis vmbrã:
Manili- * Quod ſi ſolerti circumſpicis omnia cura,
us 2. Fraudata inuenies amiſſis ſidera membris.
Scorpius in Libra conſumit brachia, Taurus
Succidit incuruo claudus pede, lumina cancro
De-



Deſunt, Centauro ſupereſt, & quæritur vnum:
Sic noſtros caſus ſolatur mundus in aſtris,
Exemploque docet patienter damna ſubire.

Afflictorum vita mortis vices tenet.

— Mortis habet vices, Sen.
Lentè cum trahitur vita gementibus. Her.

Afflictis dubiam reſponſionem adferens, Oet.
ipſorum ſalutem negat. Sen.

Dubiam ſalutem qui dat, afflictis negat. Her.

Afflictis tempus immobile videtur. Oet.

Vt ſumus in Ponto, ter frigore conſtitit Iſter: 5 Triſt.
Facta eſt Euxini dura ter vnda maris. 11.
At mihi tam videor patria procul eſſe tot annis,
Dardana quot Graio Troia ſub hoſte fuit.
Stare putes, adeò procedunt tempora tardè:
Et peragit lentis paſſibus annus iter.
Nec mihi ſolſtitiũ quidquam de noctibus aufert,
Efficit anguſtos nec mihi bruma dies.
Scilicet in nobis rerum natura nouata eſt,
Cumq; meis curis omnia longa facit?
An peragunt ſolitos communia tempora motus?
Suntq; magis vitæ tempora dura meæ?

---

ALIENA.

Aliena nobiliora melioráve propriis iudicantur, etiam ſi non ſint.

Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris: Ouid. 1.
Vicinumq; pecus grandius vber habet. Art.

Universidad de Deusto Biblioteca



Horat. 1 * *Qui ſit Mæcenas, vt nemo, quam ſibi ſortem*
Serm. 1. *Seu ratio dederit, ſeu fors obiecerit, illa*
*Contentus viuat: laudet diuerſa ſequentes?*
*O fortunati mercatores, grauis annis*
*Miles ait, multo iam fractus membra labore.*
*Contrà mercator, nauim iactantibus Auſtris,*
*Militia eſt potior, quid enim? concurritur: horæ*
*Momento cita mors venit, aut victoria læta.*
*Agricolam laudat iuris, legumq́; peritus,*
*Sub galli cantum conſultor vbi oſtia pulſat.*
*Ille, datis vadibꝰ, qui rure extractus in vrbẽ eſt,*
*Solos felices viuentes clamat in vrbe.*
Idem 1. * *Rure ego viuentem, tu dicis in vrbe beatum.*
Epiſt. 14 *Cui placet alterius, ſua nimirum eſt odio ſors.*
*Stultus vterq; locũ immeritũ cauſſatur inique.*
*In culpa eſt animus, qui ſe non effugit vnquam.*

Aliena potius, quã propria homines inſpiciunt, qui haud parua caſtigatione digni sũt.

Horat. 1. — *Egomet mi ignoſco Mænius inquit.*
Serm. 3. *Stulꝰ, & improbꝰ hic amor eſt, dignusq; notari.*
*Cùm tua peruideas oculis mala lippus inunctis,*
*Cur in amicorum vitiis tam cernis acutùm,*
*Quam aut aquila, aut ſerpens Epidaurius?* —
Perſius * *Vt nemo in ſeſe tentat deſcendere, nemo:*
4. *Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo?*
Plautus * *Sed curioſi ſunt hic quàm plures mali,*
Stich. *Alienas res qui curant ſtudio maximo,*
*Quibus ipſis nulla eſt res, quam procurent, ſua.*

* Tan-



* *Tantumne ab re tua eſt otij tibi Chreme,* Terent.
*Aliena vt cures, eaq; nihil, quæ ad te attinent?* Heaut.
* *Dij veſtram fidem, itan' comparatã eſſe homi-* Ibidem.
*num naturam omnium,*
*Aliena melius vt videant, & iudicent, quã ſua?*
* *Tua quod nihil refert, percunctari deſinas.* Idẽ Hec.
* *Nimirũ idem omnes fallimur, neq; eſt quisquã* Catul.
*Quem non in aliqua re videre Suffenum*
*Poſsis, ſuus cuiq; attributus eſt error:*
*Sed non videmus manticæ quod in tergo eſt.*

---

## AMBITIO.

Ambitio auaritiæ nutrix eſt, quæ potentum veſtibulis excubat.

*Trudis auaritiam, cuius fœdiſsima nutrix* Claud. 2
*Ambitio, quæ veſtibulis foribusq́; potentum* Stil.
*Excubat, & pretiis commercia poſcit honorum*
*Pulſa ſimul.* —

Virtute ambire hominis eſt, non autem fautoribus: nam ſat fautorum habet, qui bene operatur.

*Virtute ambire oportet, non fautoribus.* Plaut.
*Sat habet fautorum ſemper, qui rectè facit.* Amph.
— *Emitur ſola virtute poteſtas.* Claud. 3

Ambitio ad aulam, non Regis amor multos conuocat. Hon.

*Pauci Reges, non regna colunt.* Seneca
*Plures fulgor conuocat aulæ.* Hercul. Oet.

Universidad de Deusto Biblioteca



Cupit hic Regi proximus ipſi,
Clarusq; latas ire per vrbes.
Vrit miſerum gloria pectus.

Ambitioſorum admonitio lepidiſſima, vt regnandi cupiditate abſtineant.

Virg. 1. Georg. Nec tibi regnandi veniat tam dira Cupido.

## AMBIGVITAS.

Ambiguitatis imitatio.

Virgil. Heu quid agat? quo nũc Reginã ambire furentẽ
Æn. 4. Audeat affatu, & quæ prima exordia ſumat?
Idem 8. * Atq; animũ nunc huc celerẽ, nũc diuidit illuc,
In parteſq; rapit varias, perq; omnia verſat.
Idem 9 * Aut pugnã, aut aliq diadudũ inuadere magnũ
Æneid. Mẽs agitat mihi, nec placida cõtenta quiete eſt.
Ouid. * Et libet, & timeo, nec adhuc exacta voluntas
Epiſt. 16. Eſt ſatis: in dubio pectora noſtra labant.
3 Pont. 4 * Quo pede nunc vtar, dubie eſt ſententia nobis.
4 Põt. 12 * Nec q d agã inuenio, nec q d nolim ve, velim ve:
Nec ſatis vtilitas eſt mea nota mihi.
Crede mihi, miſeros prudentia prima relinquit,
Et ſenſus cum re, conſiliumq; fugit.
Terent. Phorm. * Incertum eſt quid agam, quia præter ſpem, atq; incredibile hoc mihi obtigit:
Ita ſum irritatus, animum vt nequeam ad cogitandum inſtituere.

## AMICITIA.

Amicitia maius nil dedit natura, nec rarius.

Icc irco



Icc irco nihil ex ſemet natura creauit Manil. 2
Pectore amicitia maius, nec rarius vnquam.
Vnus erat Pylades, vnus qui mallet Oreſtes
Ipſe mori, lis vna fuit, per ſæcula mortis:
Alter quod raperet fatum, non cederet alter.
Et duo, qui potuere ſequi vix noxia pœnis.
Optauitq; reum ſponſor non poſſe reuerti:
Sponſoremque reus timuit, ne ſolueret ipſum.

Amicitia inter pares contrahenda eſt.

Viue ſine inuidia molleſq; inglorius annos Ouid. 3.
Exige; amicitias & tibi iunge pares. Triſt. 4.

Amicitiæ veræ ambiendæ exemplum.

— Dignare tuos aperire penates. Lucanus ad Piſonem
Hoc ſolum petimus: nec enim me diuitis auri
Imperioſa fames, & habendi ſæua libido
Impulerit, ſed laudis amor. iuuat optime tecum
Degere. —

Amicitiæ commendatio.

Fabula narrata eſt poſtquam vulgaris ab illo, Ouid. 3.
Laudarunt omnes facta piamq; fidem. Pont. 2.
Scilicet hic etiam, qua nulla ferocior ora eſt,
Nomen amicitiæ barbara corda mouet.

Amicitiæ maximę exemplum.

Ire iubet Pylades carum periturus Oreſtem: Ouid. 3.
Hic negat, inq; vicem pugnat vterq; mori. Pont. 2.
Extitit hoc vnum quod non conuenerat illis:
Cetera pars concors, & ſine lite fuit.
* Nunquid Achilleos inter ſera prœlia fidi, 5 Triſt. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Deſeruit leuitas Automedontis equos?*

Amicitia potentum inexperto dulcis appa-
ret: quæ tamen mæroris plena eſt. ideo vi-
tanda.

3 Triſt. *Vſibus edocto ſi quidquam credis amico,*
4. *Viue tibi, & longè nomina magna fuge.*
Ibidem. * *Non foret Eumenides orbus, ſi filius eius*
*Stultus Achilleos non adamaſſet equos.*
*Nec natum in flamma vidiſſet, in arbore natas*
*Cepiſſet genitor ſi Phaethonta Merops.*
Hor. 1. Epiſt. 18. * *Dulcis inexpertis cultura potentis amici:*
*Expertus metuet. tu dum tua nauis in alto eſt,*
*Hoc age, ne mutata retrorſum te ferat aura.*

Amicitia in ſenſu ſita eſt.

Lucanus ad Piſonẽ. *Sed lateri nullus comitem circundare quærit,*
*Quẽ dat purus amor, ſed quẽ tulit impia merces.*
*Nec quiſquam vero pretium largitur amico,*
*Quem regat ex æquo, vicibusq; regatur ab illo.*

Amicitiæ fictæ intimatio, ſeu repre-
henſio acerrima.

Ouid. 1. Triſt. 7. *Illud amicitiæ ſanctum, & venerabile nomen,*
*Nunc tibi pro vili, ſub pedibusq; iacet.*
Catullus 30. * *Alphene immemor, atque vnanimis falſe ſo-*
*dalibus.*
*Iam te nil miſeret dure tui dulcis amiculi?*
*Iam me prodere, iam non dubitas fallere perfide.*
*Nec facta impia fallacium hominum Cælicolis*
*placent.*

Quæ



*Quæ tu negligis, ac me miſerum deſeris in malis,*
*Eheu q̄d faciãt, Dij homines, cuiue habeãt fidẽ?*
*Certè tute iubebas animam tradere, iniquè me*
*Inducens in amorẽ, quaſi tuta omnia mi forent.*
*Idẽ nunc retrahis te, ac tua dicta omnia, factaq;*
*Ventos irrita ferre, ac nebulas aereas ſinis.*
*Si tu oblit⁹ es, at dij meminerũt, meminit Fides,*
*Quæ, te vt pœniteat poſt modo facti, faciet, tui.*

Amicitiæ nunquam morituræ exemplũ.

*Hoc noſtra è ceruice, iugum non ſæua reſoluit* Paulin.
*Fabula, non terris abſentia longa diremit* Auſon.
*Nec perimet; toto licet abſtrahar orbe, vel æuo.*
*Non animo diuiſus agam: prius ipſa recedet*
*Corpore vita meo, quàm veſter pectore vultus.*
*Ergo te per omne, quod datum mortalibus*
*Et deſtinatum ſæculum eſt,*
*Claudente donec continebor corpore,*
*Diſcernor orbe quolibet,*
*Nec corde longum: nec remotum lumine*
*Tenebo fibris inſitum.*
*Videbo corde, mente complectar pia,*
*Vbique præſentem mihi.*
*Et cùm ſolutus corporali carcere,*
*Terraque prouolauero,*
*Quo me locarit axe communis Pater,*
*Illic quoque te animo geram.*

Ad perſeuerantiam in amicitia exhorta-
tio digniſſima.

Universidad de Deusto Biblioteca



Ouid. 2. *Fac modò permaneas lapſo Græcine fidelis,*
Pont. 6. *Duret, & in longas impetus iſte moras.*
1 Triſt. 8 * *Quæ potes, excuſa, nec amici deſere cauſſam:*
*Qua pede cœpiſti, ſic bene ſemper eas.*
Valer. *— Tu ſemper amoris*
Flaccus *Sis memor, & cari comitis ne abſcedat imago.*
4. * *Sis memor oro mei, cõtra memor ipſa manebo*
Idem 7. *Crede, tui. —*

Amicitiæ veræ bono qui gaudet, vt in eo aſſiduè gaudeat, exhortatio perpulcra.

Plaut. *Bene igitur ratio accepti, atq; expenſi inter nos*
Moſt. *conuenit.* *(exiſtimat*
*Tu me amas, ego te amo, meritò id fieri vterque*
*Hæc q gaudet, gaudeãt ꝑpetuo ſuo ſemper bono.*

Amicus fidelis amico operam dare nunquam occupatus eſt.

Plaut. *Quanquam negotium eſt, ſi quid vis, Demipho*
Merc. *Non ſum occupatus vnquam amico operã dare.*

Amicus fidelis eſt, qui ancipiti in re, & vbi opus eſt auxiliatur.

Plaut. *Is amicus eſt, qui in re dubia te iuuat*
Epid. *Vbi re eſt opus.*
*Nihil homini amico 'ſt opportuno amicius.*

Amici cum fortuna mutantur.

Petroni- *Cùm fortuna manet, vultum ſeruatis amici:*
us Arb. *Cùm cecidit, turpi vertitis ora fuga.*

Amico bene ſi quis fecerit ne pigeat, ſed ſi è contra.

*Bene*



*Bene ſi amico feceris, ne pigeat feciſſe,* Plaut.
*Vt potius pudeat, ſi non feceris.* Trin.

Graphica deſcriptio ingenii, comitatisq; hominis inferioris erga amicum genere & fortuna ſuperiorem.

*Hocce locutus vocat, qui cùm bene ſæpe libenter* Ennius
*Menſam, ſermonesq; ſuos rerumq; ſuarum* 7 Anna.
*Comiter impertit, magna cùm lapſa diei*
*Parte fuiſſet, de paruis, ſummisq; gerendis*
*Conſilio indu foro, lato, ſanctoq;, Senatu,*
*Cui res audacter magnas, paruasq;, iocumq;*
*Eloqueret, quæ tincta malis, & quæ bona dictu*
*Euomeret, ſi quid vellet, tutoq; locaret:*
*Quo cũ multa volup', ac gaudia clamq; palãq;*
*Ingenium cui, nulla malum ſententia ſuadet,*
*Vt facinus faceret: leuis, tamen haud malus, idẽ*
*Doctus, fidelis, ſuauis homo, facundus, ſuoq;*
*Contentus, ſcitus, atq; beatus, ſecunda loquẽs in*
*Tempore, cõmodus, & verborum vir paucorũ,*
*Multa tenens antiqua, ſepulta & ſæpe vetuſtas*
*Quæ facit, & mores, veteresq;, nouosq; tenentẽ,*
*Multorum veterum leges, diuũmq;, hominumq;,*
*Prudentem, qui multa loquiue, tacereue poſſet:*
*Hunc inter pugnas compellat Seruilius ſic.*

Amicum in aduerſitate poſitum deſerere turpe eſt.

*Turpe erit in miſeris veteri tibi rebus amico* Ouid. 2.
*Auxilium nulla parte tuliſſe tuum.* Pont. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Turpe referre pedem, nec paſſu ſtare tenaci:*
*Turpe laborantem deſeruiſſe ratem:*
*Turpe ſequi caſum, & fortunæ cedere: amic*
*Et, niſi ſit felix, eſſe negare ſuum.*
*Non ita vixerunt Strophio atq; Agamemn*
*nati.*
*Non hæc Ægidæ, Pirithoique fides.*
*Quos prior eſt mirata, ſequens mirabitur æ*
*In quorum plauſus tota theatra ſonant.*

Amicum deſerere: probum virum pudet, nec decet.

Plaut. *Deſerere illũ: & deiuuare in reb. aduerſis pud*
Trin. ** Aduerſis non deeſſe decet, ſed læta ſecutos.*
Luca- *Nulla fides vnquam miſeros elegit amicos.*
nus 8.

Amici peccantes reprehendendi ſunt.

Ouid. 2. *Corporis, vt debes ſtulti peccata ſodalis,*
Pont. 6. *Et mala me meritis ferre minora doles.*
*Vera facis, ſed ſera meæ conuicia culpæ:*
*Aſpera confeſſo verba remitte reo.*

Amicum & propinquum peccantem non re prehendere, facinus eſt immane.

Plaut. *Næ amicum caſtigare ob meritam malã noxi*
Trin. *Immane eſt facinus, verùm in ætate vtile, &*
*conducibile.*
*Nam ego amicum hodie meum concaſtigabo pr*
*commerita noxia.*
Solon *Inuitus, ni me id inuitet, vt faciam fides.*
per Auſ. ** Clàm coarguas propinquũ: ꝓpalã laudaueris.*

Ami-



Amicum qui non defendit alio culpante, ille fugiendus eſt.

*— Abſentem qui rodit amicum,*
*Qui non defendit alio culpante, &c.* Hor. I.
*Hic niger eſt: hunc tu, Romane, caueto.* Serm. 4.

Amici bona quæq; largiũtur, ac ingenio cedere qui velint, rari ſunt.

*Aurũ, & opes, & rura frequẽs donabit amicus,* Martia-
*Qui velit ingenio cedere, rarus erit.* lis 8.

Amici fideles, certi, atque ſtabiles, rari ſunt. Plaut.

*Multi more iſto, atque exemplo viuunt, quos cũ* Bac-
*cenſeas* chid.
*Eſſe amicos, reperiuntur falſi falſimoniis,*
*Lingua factioſi, inertes opera, ſubleſta fide. (ent.*
** Pauci ex multis sũt amici homini, qui certi ſi-* Idem

Amicorum abſentia, amanti dura. Pſeud.

*Nam dũ abs te abſum, omnes mihi labores fue-* Terent.
*re, quos cepi, leues,* Heaut.
*Præterquam tui carendum quod erat.*

Amicorum beneficia, in eorum aduerſitate maximé rememoranda, atque reddenda ſunt.

*Philocrates vt adhuc locorũ feci, faciam ſedulò,* Plaut,
*Vt potiſsimum in rem quod rectè cõducat tuã,* Capt.
*Id petam, id perſequarq; corde, & animo, atq;*
*viribus. (ſti bene,*
** Si ego item memorẽ, quæ me erga multa feci-* Idem.
*Nox diem adimat. —*

Universidad de Deusto Biblioteca



*Ibidem.* —*Nunc adeſt occaſio,*
*Benefacta cumulare, vt erga hũc rẽ geras fid*
*Silius 11.* —*Quæ tanta obliuio recti,* (*litt*
*Magnã, atq; in magnis rebus, populiſq;, viri*
*Aduerſam oſtentare fidem. nunc tempus in*
*P alia pro Rutulis, nunc ſigna, aciemq; mouet*
*Dum trepidæ res, & medicinã vulnera poſcu*
*Is locus officio, cùm ceſſant proſpera, cumq;*
*Dura ad opem fortuna vocat. nam læta foue*
*Haudquaquam magni eſt animi decus.* —

Amicorum communia ſunt omnia.

*Terent.* —*Nam vetus verbum hoc quidem eſt:*
*Adelph.* *Communia eſſe amicorum inter ſe omnia.*

Amicorum cõfortatio, eſt dolorum alleuiatio, atque diminutio.

*Ouid.1.* *Reddita confuſæ nuper ſolatia menti,*
*Pont. 4.* *Auxilium noſtris ſpemque tulere malis:*
*Vtque Machaonis Pæantius artibus heros*
*Lenito medicam vulnere ſenſit opem:*
*Sic ego mente tacens & acerbo ſaucius ictu,*
*Admonitu cœpi fortior eſſe tuo.*
*Et iam deficiens ſic ad tua verba reuixi,*
*Vt ſolet infuſo vena redire mero.*

Amicorum incommoda æquo animo toleranda ſunt: hoc enim eſt amicitiæ inſolubile vinculum.

*Horat.1.* *At pater vt gnati ſic nos debemus amici,*
*Serm. 3.* *Si quod ſit vitium non faſtidire, &c.*

*Hæc*



*Hæc res & iungit, iunctos & ſeruat amicos.*

Amicorum viſio, amanti non paruum gaudium adfert.

—*O feſtus dies hominis, amice* *Terent.*
*Salue: nemo eſt, quem ego magis nunc cuperem* *Eun.*
*videre, quàm te*

Amicos conſulere debemus in re ambigua.

*Ibo, & conſulam hanc rem amicos, quid faciẽ-* *Plaut.*
*dum cenſeant.* *Menach.*

---

## AMOR.

Amor Deus eſt, ſeu puer alatus, vt à multis fingitur.

*Deum eſſe amorem, turpiter vitio fauens* *Sen.*
*Finxit libido, quoque liberior foret,* *Hipp.*
*Titulum furori Numinis falſi addidit:*
*Natum per omnes ſcilicet terras vagum*
*Erycina mittit. ille per cælum volans*
*Proterua tenera tela molitur manu,*
*Regnumq; tantum minimus in Superos habet.*
*Vana iſta demens animus adſciuit ſibi.*
*Veneris numen finxit, atq; arcus Dei.*
**Volucrem eſſe amorem fingit immitem Deũ* *Idem*
*Mortalis error, armat & telis manus,* *Oct.*
*Arcuq; ſacros inſtruit ſæua face:*
*Genitumq; credit Venere, Vulcano ſatum.*

Amor mentis vis eſt maxima, atque blandus animi calor.

Universidad de Deusto Biblioteca



Sen. Oct. *Vis magna mentis, blandus atq; animi calor*
*Amor eſt, iuuenta gignitur luxu, otio*
Propert. *Nutritur inter læta fortunæ bona.*
2. 12. * *Quicumq; ille fuit, puerũ qui pinxit Am*
*Nonne putas miras hunc habuiſſe man*
*Hic primùm vidit, ſine ſenſu viuere amant*
*Et leuibus curis magna perire bona.*
*Idem non fruſtra ventoſas addidit alas,*
*Fecit & humano corde volare Deum.*
*Scilicet alterna quoniam iactamur in vn*
*Noſtraque non vllis permanet aura locis.*
*Et merito hamatis manus eſt, armata ſagit*
*Et pharetra ex humero Cnoſsia vtroq; iac*
*Ante ferit quoniã, tuti quàm cernimus hoſ*
*Nec quiſquam ex illo vulnere ſanus abit.*

Amor cæcus dicitur, eò quòd cęcos amantes reddit.

Ouid. — *Quid deceat, non vidit vllus amans.*
Epiſt. 1. — *Quæ memoras ſcio*
Sen. *Vera eſſe nutrix: ſed furor cogit ſequi*
Hipp. *Peiora. vadit animus in præceps ſciens.*
*Remeatque fruſtra ſana conſilia appetens.*
*Sic cùm grauatam nauita aduerſa ratem*
*Propellit vnda, cedit in vanum labor,*
*Et victa prono puppis aufertur vado.*
*Quod ratio poſcit, vincit: ac regnat furor,*
Idem *Potensque tota mente dominatur Deus.*
Med. **Cæcus eſt ignis ſtimulatus ira,*





*Nec regi curat, patitur ve frenos.*
*Haud timet mortem, cupit ire in ipſos*
*Obuius enſes.*
*S io te ſponte nõ tuapte erraſſe, ſed amorẽ tibi* Plaut.
*Pectus obſcuraſſe.* Trin.
* *Ante pedes cæcis lucebat ſemita nobis.* Propert.
*Scilicet inſano nemo in amore videt.* 2. 14.
* *Quæris Demophoõ, cur ſim tã mollis in omnes,* Idem 2.
*Quod quæris, quare non habet vllus amor?* 22.

Amor ſtabilis ſede in aliqua non eſt, ſed vbique errat. Ouid. 3. Art.

*Errat, & in multa ſede moratur Amor.*

Amans immoderatè famam propriã paruifacit, ideo talis amor ſurdus dicitur. Propert. 2. 16.

*Ah pudeat certè, pudeat: niſi fortè, quod aiũt,*
*Turpis amor ſurdis auribus eſſe ſolet.*

Amor carnalis diuitiis alitur. Ouid 2. Remed.

*Diuitiis alitur luxurioſus amor.*
*Cur nemo eſt Hecalen, nulla eſt, quæ ceperit Irũ?*
*Nempe quod alter egens, altera pauper erat.*

Amor carnalis otio nutritur, ac luxu iuuentæ gignitur. Ouid. 1. Remed.

*Ergo vbi viſus eris noſtra medicabilis arte,*
*Fac monitis fugias otia prima meis.*
*Hæc, vt ames, faciunt: hæc, vt fecere, tuentur,*
*Hæc ſunt iucundi cauſſa, cibuſque mali.*
*Otia ſi tollas periere Cupidinis arcus,*
*Contemptaque iacent, & ſine luce faces.*

Universidad de Deusto Biblioteca



Idem 1. *Et in vacuo pectore regnat amor.
Amor. 1. *Vis magna mentis, blandus atq; animi cal
Sen. Oct. Amor eſt: iuuenta gignitur, luxu, otio
Nutritur inter læta fortunæ bona.
Quem ſi fouere, aut alere deſiſtas: cadit,
Breuiq; vires perdit extinctus ſuas.

Amoris artes quæ ſint, & qualem homi
potiſſimum poſtulet.

Plaut. Amoris artes eloquar, quemadmodũ exped
Trin. nunquam (in pl
Amor quenquã niſi cupidum homine poſtulã
Coniicere: eos cupit, eos conſectatur, ſubdole bl
ditur, ab re (pes, auar
Cõſulit blãdiloquẽtulus, harpago, mẽdax, cu
Elegans, diſpoliator, latebricolarum hominu
corruptor, (quodam
Blandus, inops, celati indagator. nã qui ab
Quàm extemplo ſauiis ſagittis percuſſus eſt,
lico res foras (mas, ſod
Labitur, liquitur. da mihi hoc, mel meũ, ſi me a
Ibi ille cuculus: ocelle mi, fiat & iſthuc: & ſi am
plius vis dari,
Dabitur: ibi illa pendentẽ ferit, iam amplius
rat, non ſat
Id eſt mali ni amplius etiã quod bibit, quod comeſt
Quod facit sũti, nox datur, ducitur familia tota
Veſtiſpica vnctor, auri cuſtos, flabellifera, ſan
daligerula

Cantri



Cantrices, ciſtellatrices, nuntii, renuntii, rapto-
res panis & peni.
Fit ipſe, dum illis comis eſt, inops amator. —

Amor credulus ſiue ſuſpicioſus eſt.

Credula res amor eſt: vtinam temeraria dicar, Ouid.
Criminibus falſis inſimulaſſe virum. Epiſt. 6.

Amatoris manum celerem eſſe oportet.

Celerem oportet eſſe amatoris manum. Plaut.

Amaſiæ viſio amanti ebibit ſanguinem. Bacch.

Subſilite obſecro, & mittite iſtanc foras, Plaut,
Quæ mihi miſero amanti ebibit ſanguinem. Curc.

Amans carnaliter amaſiam fugiat.

Tu tamen, & quãuis firmis retinebere vinclis, Ouid. 1.
I procul, & longas carpere perge vias. &c. Remed.
Nec quot trãſieris, ſed quot tibi quære ſuperſint
Millia: nec maneas: nec prope finge moras.
Tempora nec numera, nec crebrò reſpice Romã:
Sed fuge: tu.ꝰ adhuc Parthꝰ ab hoſte fuga eſt.
*Manat amor tectus, ſi nõ ab amante recedas, Idem 2.
Turbaq; in hoc omnes ingenioſa ſumus, &c. Remed.
Proximus à tectis ignis defenditur ægrè:
Vtile finitimis abſtinuiſſe locis, &c.
Non facilè eſuriens poſita retinebere menſa:
Et multum ſaliens incitat vnda ſitim.

Amor carnalis fugiendo vincitur, contra
verò augetur.

Ire libet procul hinc, patriaq; relinquere fines. Ouid. 11.
Dum ſcelus effugiam: retinet malus ardor a- Met.
mantem.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ouid. 2. *Vt penè exſtinctũ cinerem ſi ſulfure tangas,
Remed. Viuet, & ex minimo maximus ignis erit:
Sic, niſi vitaris quidquid reuocabit amorem,
Virg. Flamma redardeſcet, quæ modo nulla fuit.
Ecl. 8. Amor carnalis viſione cauſſatur.
Ouid. Vt vidi, vt perii, vt me malus abſtulit error.
Epiſt. 12. *Tunc ego te vidi, tunc cœpi ſcire, quis eſſes:
Illa fuit mentis prima ruina meæ.
Et vidi, & perii. nec notis ignibus arſi,
Ardet vt ad magnos pinea teda Deos.
Plautus *Ego illic adſpicio forma eximia mulierẽ, (ſolẽ
Merc. Quã ego poſtquam adſpexi, nõ ita amo, vt ſani
Homines, ſed eodem pacto, vt inſani ſolent.
Amor carnalis euaneſcit citiſſimè, tempore,
Ouid. 2. abſentiaque.
Art. —Lenteſcunt tempore curæ:
Claud. Vaneſcitque abſens, & nouus intrat amor.
ad Oly- —Spatio debilitatur amor.
brium Amor carnalis labore cedatur.
Ouid. 1. --Finem qui quæris amoris,
Remed. Cedit amor rebus, res age, tutus eris.
Quæritur, Ægyſthus quare ſit factus adulter?
In promptu cauſſa eſt, deſidioſus erat.
Amor carnalis timoris res eſt plena.
Ouid. Quando ego nõ timui grauiora pericula veris!
Epiſt. 1. Res eſt ſolliciti plena timoris amor.
Plaut. Amor carnalis mala innumera ſecũ adfert,
Merc. necnon miſerũ amantem reddit.

Nam



Nam amorem hæc cuncta vitia ſ.ctari ſolent:
Cura, ægritudo, nimiaque elegantia.
Hæc non illũ modo, qui amat, ſed quenq; attigit,
Magno, atque ſolido multat infortunio:
Nec pol profectò quiſquam ſine grandi malo,
Præ quàm res patitur, ſtuduit elegantiæ.
Sed amori accedunt etiam hæc, quæ diximus:
Inſomnia, ærumna, error, terror, & fuga,
Ineptia, ſtultitiaque adeò, & temeritas,
Incogitantia, excors immodeſtia,
Petulantia, cupiditas, & maleuolentia.
Inhæret etiam auiditas, deſidia, iniuria,
Inopia, contumelia, & diſpendium.
-- Nam qui in amore Idem.
Præcipitauit peius perit, quàm ſi ſaxo ſaliat. Trin.
*Here quæ res in ſe neque conſilium neq; modũ Terent.
Habet vllum, eam conſilio regere non potes. Eun.
In amore hæc omnia inſunt vitia: iniuriæ,
Suſpiciones, inimicitiæ, induciæ,
Bellum, pax rurſus: incerta hæc tu ſi poſtules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quàm ſi des operam, vt cum ratione inſanias.
*Acer Amor fractas vtinam tua tela ſagittas Titul.
Si licet exſtinctas adſpiciamque faces. eleg.
Tu miſerum torques: tu me mihi dira precari vlt. lib.
Cogis, & inſana mente nefanda loqui. 2.
*Sæuus amor docuit natorum ſanguine matrẽ Virg.
Commaculare manus. Ecl. 8.

Universidad de Deusto Biblioteca



Amor carnalis ab animo illico reſecandus eſt, & ad hoc exhortatio vtilis.

Ouid. 1. *Vtile propoſitum eſt ſæuas extinguere flamma*
Remed. *Nec ſeruum vitiis pectus habere ſuum, &*
*Me duce damnoſas homines compeſcite curas:*
*Rectaq; cum ſociis me duce nauis eat.*
Ibidem. **Dum licet, & modici tãgunt præcordia motu*
*Si piget, in primo limine ſiſte pedem.*
*Opprime, dum noua ſunt ſubiti mala ſemin*
*Et tuus incipiens ire reſiſtat equus. (morbi*
*Nam mora dat vires, &c.*
Ibidẽ. **Quale ſit id, quod amas, celeri circũſpice mẽt*
*Et tua læſuro ſubtrahe colla iugo.*
Ibidẽ. **Verba dat omnis amãs, reperitq; alimẽta mo*
*Optima vindictæ proxima quæq; dies. (rãd*
Ibidẽ. **Sed quia delectat Veneris decerpere flores,*
*Dicimus aſſiduè, cras quoq; fiet idem.*
*Interea tacitæ ſerpunt in viſcera flammæ,*
*Et mala radices altius arbor agit.*
Idem *Dũ nouus eſt, cœpto potius pugnemus amori:
Epiſt. 16. *Flamma recens parua ſparſa reſedit aqua.*
Sen. **Compeſce amoris impii flammas precor.*
Hipp. *—Mille modis amor ignorãdu' eſt (in amore*
Plaut. *Procul adhibẽdus eſt, atq; abſtinendus. nã qui*
Trin. *Præcipitauit, peius perit, quàm ſi ſaxo ſaliat.—*
Terẽt. **Ah quãto ſatius eſt, te id dare operã, qui iſtum*
And. *amorẽ ex animo dimoueas tuo, (tur tua!*
*Quàm id loqui, quò magis libido fruſtra incẽda-*

*Dum



**Dum licet, iniuſto ſubtrahe colla iugo.* Propert.

Amor amantem maximè cruciat. 2.5.

*Me tamẽ vrit amor. quis. n. modus adſit amori?* Virg.
** At regina graui iam dudum ſaucia cura* Ecl. 2.
*Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.* Idem
*—Eſt mollis flamma medullas* 4 Æn.
*Interea, & tacitum viuit ſub pectore vulnus.* Ibidẽ.
*Vritur infelix Dido, totaq; vagatur*
*Vrbe furens: qualis coniecta cerua ſagitta,*
*Quàm procul incautã nemora inter Creſsia fi-*
*Paſtor agẽs telis, liquitq; volatile ferrum (xit*
*Neſcius: illa fuga ſiluas, ſaltusq; peragrat*
*Dictæos: hæret lateri lethalis arundo.*
**Vtq; leues ſtipulæ demtis adolentur ariſtis,* Ouid 1.
*Vt facibus ſepes ardent, quas forte viator.* Met.
*Vel nimis admouit, vel iam ſub luce reliquit:*
*Sic Deus in flammas abiit, ſic pectore toto*
*Vritur & ſterilem ſperando nutrit amorem.*
**Sed tamẽ hæret amor, creſcitq; dolore repulſæ,* Idem 3.
*Et tenuant vigiles corpus miſerabile curæ,* Met.
*Adducitq; cutem macies.--*
**Noctis erat medium, curasq; & corpora ſomnus* Idem 10.
*Soluerat: at virgo Cinyrëia peruigil igne* Met.
*Carpitur indomito, furioſaq; vota retractat:*
*Et modò deſperat, modò vult tentare, pudetq;,*
*Et cupit, & quid agat non inuenit, vtq; ſecuri*
*Saucia trabs ingẽs, vbi plaga nouiſsima reſtat,*
*Quò cadat in dubio eſt, omniq; à parte timetur:*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Sic animus vario labefactus vulnere nutat,
Huc leuis, atq; illuc, momentaq; ſumit vtroq;
Idem 2. Remed. * Artibus innumeris mẽs oppugnatur amãtũ
Vt lætis æquoreis vndique pulſus aquis.
Idem Epiſt. 11. *Fugerat ore color, maciesq; adduxerat artũ
Sumebant minimos ora coacta cibos.
Nec ſomni faciles, & nox erat annua nobis,
Et gemitum nullo læſa dolore dabam.
Idem Epiſt. 13. *Siue latet Phœbus, ſeu terris altior exſtat,
Tu mihi luce dolor, tu mihi nocte venis.
Idem 2. Art. * Quod iuuat exiguum eſt. plus eſt quod lædit amantes:
Proponant animo multa ferenda ſuo. (bl
Quot lepores in Atho, quot apes paſcũtur in Hy
Cærula quot baccas Palladis arbor habet.
Litore quot conchæ, tot ſunt in amore dolores.
Quæ patimur, multo ſpicula felle madent.
Sen. Hipp. *Torretur æſtu tacito, & incluſus quoque,
Quamuis tegatur, proditur vultu furor:
Erumpit oculis ignis, & laſſæ genæ
Lucem recuſant, nil idem dubiæ placet,
Artusque variè iactat incertus dolor.
Nunc vt ſoluto labitur moriens gradu,
Et vix labante ſuſtinet collo caput,
Nec ſe quieti reddit, & ſomni immemor
Noctem querelis ducit: attolli iubet,
Iterumque poni corpus, & ſolui comas,
Rurſusque fingi: ſemper impatiens ſui

Mutat



Mutatur habitus: nulla iam Cereris ſubit
Cura, aut ſalutis: vadit incerto pede,
Iam viribus defeta: non idem vigor,
Non ora tingens nitida purpureus rubor.
Populatur artus cura, iam greſſus tremunt,
Tenerque nitidi corporis cecidit decor.
Et, qui tenebant ſigna Phœbææ facis
Oculi, nil gentile, nec patrium micant.
Lacrymæ cadunt per ora, & aſsiduo genæ
Rore irrigantur: qualiter Tauri iugis
Tepido madeſcunt imbre profuſæ niues.
-- Pectus inſanum vapor, Idem eadem.
Amorque torret, intimas ſæuus vorat
Penitus medullas, atque per venas meat
Viſceribus ignis merſus, & venis latens,
Vt agilis altas flamma percurrit trabes.
*Sum ne ego homo miſer, qui nuſquam bene queo quieſcere? Plaut. Merc.
Si domi ſum, foris eſt animus: ſin foris ſum animus domi eſt: (cendium.
Ita mihi in pectore, atq; in corde facit amor in-
*Non tot Achæmeniis armatur Suſa ſagittis, Propert. 2. 13.
Spicula quot noſtro pectore fixit amor.
*Concipit interea validos Æetias ignes, Ouid. 7. Met.
Et luctata diu, poſt quam ratione furorem
Vincere non poterat: fruſtra Medea repugnas,
Neſcio quis Deus obſtat, ait, miruq; quid hoc eſt,
Aut aliquid certè ſimile huic, quod amare vocatur.

Universidad de Deusto Biblioteca



Amanti ob amati abſentiam candida nigra, dulcia amara, &c. videntur.

Cal- *Te ſine, væ miſero, mihi lilia nigra videntur,*
purn. *Nec ſapiunt fontes, & aceſcunt vina bibentur.*
Ecl. 3. *At ſi tu venias, & candida lilia fient,*
*Et ſapient fontes, & dulcia vina bibentur.*
Olymp. ** Heu heu nulla meæ tangit te cura ſalutis.*
*Pallidior buxo, violaque ſimilimus erro.*
*Omneis ecce cibos, & noſtri pocula Bacchi*
*Horreo, nec placido memini concedere ſomno.*
*Te ſine, væ miſero, mihi lilia nigra videntur,*
*Pallenteſq; roſæ, nec dulce rubens hiacynthus,*
*Nullos nec myrtus, nec laurus ſpirat odores.*
*At ſi tu venias & candida lilia fient,*
*Purpureæq; roſæ: tũ dulce rubens hiacynthus,*
*Tum mihi cum myrto laurus ſpirabit odores.*

Amans ſi terrena, miſer eſt, atq; inſtabilis.

*Miſer eſt qui amat.*
Plaut.
Perſ. **Non ita Carpathiæ variãt Aquilonib. undæ*
*Nec dubio nubes vertitur atra Noto:*
Propert. *Quàm facilè irati verbo mutantur amantes.*
2. 5.
Ibidẽ ** Durius, in terris nihil eſt, quod vivat amãte,*
17. *Nec, modo ſi ſapias, quod minus eſſe velis.*

Amator & re, & animo perit.

Plaut. *Bis perit amator, ab re, atque animo ſimul.*
Truc.

Amor, & melle, & felle fecundiſſimus eſt.

Plaut. *-- Amor & melle, & felle eſt fecundiſſimus:*
Ciſtell. *Guſtu qui dat dulce, amarum ad ſatietatẽ uſque oggerit.*

Amor



Amor vulnus immedicabile.

*Certa quidẽ noſtra eſt, noſtra tamẽ una ſagitta* Ouid. 1.
*Certior, in vacuo quæ vulnera pectore fecit.* Metam.
*Inuentum medicina meũ eſt, opiferq; per orbem*
*Dicor, & herbarum ſubiecta potentia nobis.*
*Hei mihi, quod nullis amor eſt ſanabilis herbis,*
*Nec proſunt domino quæ proſunt omnibus, artes.*
** Me miſerã, quod amor non eſt medicabilis herbis,* Idem
*Deſtituor prudens artis, ab arte mea.* Epiſt. 5.
** Omnes humanos ſanat medicina dolores:* Propert.
*Solus amor morbi non amat artificem.* 2.
*Tarda Philoctetæ ſanauit crura Machaon,*
*Phœnicis Chiron lumina Phyllirides.*
*Et Deus exſtinctum Creſsis Epidaurius herbis*
*Reſtituit patriis Androgeona focis.*
*Myſus & Æmonia iuuenis, qua cuſpide vulnus*
*Senſerat, hac ipſa cuſpide ſenſit opem.*
*Hoc ſi quis vitium potuit mihi demere, ſolus*
*Tantaleæ poterit tradere poma manu.*
*Dolia virgineis idem ille repleuerit vrnis,*
*Nec teneræ aſsidua colla grauentur aqua.*
*Idem Caucaſea ſoluet de rupe Promethei*
*Brachia, & à medio pectore pellet auem.*

Amor immoderata res eſt. Virg.

*Me tamẽ vrit amor. quis. n. modus adſit amori?* Ecl 2.
** Verũ quid faciã? res immoderata cupido eſt:* Ouid. 4.
*Da veniam vitio mitis amice meo.* Pont. 15.
** Errat qui finem veſani quærit amoris.* Prop. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Verus amor nullum nouit habere modum.*

Amor laborem non ſentit.

Sen. *Non me per altas ire ſi iubeas, niues*
Hipp. *Pigeat gelatis ingredi Pindi iugis.*
*Non, ſi per ignes ire, & infeſta agmina,*
*Cuncter paratis enſibus pectus dare.*
Plaut. **Neque vlla mihi obſtabit amnis, neque m*
Merc. *neq; adeò mare. (grandin*
*Nec calorem, nec frigus metuo: neq; ventũ,*
*Imbrẽ perpetiar, laborem ſufferam, Solẽ, ſit*
*Non concedam, neq; conquieſcam vſquã n*
*neque diu, (ueſt gam*
*Priùs profecto, quàm aut amicã, aut morti*

Amor militiæ ſpecies eſt.

Ouid. 2. *Militiæ ſpecies amor eſt, diſcedite ſegnes.*
Art. *Nec ſunt hæc timidis ſigna tuenda viri*
*Nox & hyems, longæque viæ, ſæuique labo*
*Mollibus his caſtris, & dolor omnis ine*
*Sæpe feres imbrem cæleſti nube ſolutum:*
*Frigidus in vda ſæpe iacebis humo. (f*
1. Amor. **Militat omnis amãs, & habet ſua caſtra*
9. *Attice, crede mihi, militat omnis amãs.*
*Quis niſi vel miles, vel amas & frigora no*
*Et denſo miſtas perferet imbre niues?*

Amor audacem fortémve amantem redd

4. Met. *Callida per tenebras verſato cardine Thyſb*
*Egreditur, fallitque ſuos adopertaque vul*
*Peruenit ad tumulum, dictaq; ſub arbore ſe*
*Au*



*Audacem faciebat amor.-*
**Et nihil eſt, quod non effreno captus amore* 6. Met.
*Auſit.--*
**Fortius ille poteſt multò, qui pugnat amore.* Idem

Amor inertes odit. Epiſt. 13.

*—Amor odit inertes.* 2. Art.

Amor metu caret.

*Amor timere neminem verus poteſt.* Sen.
**Iſſet ad Iliacas (quid enim deterret amãtes?)* Med.
*Penelope gauiſa domos: ſi paſſus Vlyſſes.* Stat. 3.

Amor adeò mutat amantes, vt vix Sil. 5.
cognoſcantur.

*Dii boni quid hoc morbi eſt? adeon' homines* Terẽt.
*immutari* Eun.
*Ex amore, vt non cognoſcas eundem eſſe?*

Amor celari non poteſt.

*Ex æquo captis ardebant mentibus ambo:* Ouid. 4.
*Conſcius omnis abeſt, nutu, ſignisq; loquuntur:* Met.
*Quoq; magis tegitur, tectus magis æſtuat ignis.*
**Perfide ſenſiſti. quis enim bene celat amorem?* Idem
*Eminet indicio prodita flamma ſuo.* Epiſt. 12.
**Sed malè diſsimulo. quis enim celauerit ignẽ?* Idem
*Lumine qui ſemper proditur ipſe ſuo.* Epiſt. 15.
**Qua licet & poſſum, luctor celare furorem:* Ibidẽ.
*Sed tamen apparet diſsimulatus amor.*
**Nec latet hauſtus amor: ſed fax vibrata me-* Stat. 1.
*In vultus atq; ora redit, lucemq; genarũ (dullis* Achil.
*Tingit, & impulſam tenui ſudore pererrat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Amor mulierum immoderatus bellorum ſæpe cauſſa exſtitit.

Virg. *Bellum ſæpe petit ferus exitiale Cupido.*
Opuſc. *—Niſi rapta fuiſſet*
Ouid. 2. *Tyndaris, Europæ pax, Aſiæque foret.*
Amo. *Femina ſiluestres Lapithas, populumq; biſ…*
12. *Turpiter appoſito vertit in arma mero.*
*Femina Troianos iterum noua bella mouet*
*Impulit, in regno iuſte Latine tuo.*
*Femina Romanis iterum nunc vrbe recent…*
*Immiſit ſoceros; armaque ſæua dedit.*

Amor obſtinatis frena impoſuit ſæpe, … odium in intimum amorem vertit.

Sen. *Nihil immune eſt, odiumque perit,*
Hip. *Cùm iuſsit amor: veteres cedunt*
Idem *Ignibus iræ.—*
Hip. **Sæpe obſtinatis induit frenos Amor,*
*Et odia mutat.—*

Virg. Amor nouercas etiam vincit.

Ecl. 10. *-- Quid plura canam?*
Vir. Cei. *Vincit ſæuas cura nouercas.*

Ouid. 1. Amor vincit omnia, nulliq; parc…

Met. *Omnia vincit amor, & nos cedamus amor…*
**Omnia vincit amor. quid .n. nõ vinceret…*
**Filius huic Veneris, figat tuus omnia Ph…*
*Te meus arcus, ait: quantoque animalia c…*
Ouid. *Cuncta Deo: tanto minor eſt tua gloria no…*
Epiſt. 3. **Quidquid amor iuſsit, nõ eſt cõtemnere t…*





*Regnat & in ſuperos ius habet ille Deos.*
**Quē nõ mille feræ, quē non Sthenelëius hoſtis,* Idem
*Non potuit Iuno vincere, vincit Amor.* Epiſt. 9.
**Iſte laſciuus puer aere nitens,*
*Tela quam certo iaculatur arcu!* Sen.
*Labitur totas furor in medullas,* Hip.
*Igne furtiuo populante venas.*
*Non habet latam data plaga frontem,*
*Sed vorat tectas penitus medullas.*
*Nulla pax iſti puero, per orbem*
*Spargit effuſas agilis ſagittas.*
**Nec tibi nobilitas poterit ſuccurrere amanti,* Prop. 15.
*Neſcit Amor priſcis cedere imaginibus.*
**Quò fugis ah demēs? nulla eſt fuga: tu licet vſq;* Idē 1. 30.
*Ad Tanaim fugias, vſq; ſequetur Amor.*
*Non, ſi Pegaſeo vecteris in aere dorſo,*
*Nec, tibi ſi Perſei mouerit ala pedes,*
*Vel ſi te ſectæ rapiant talaribus auræ,*
*Nil tibi Mercuri proderit alta via.*
*Inſtat ſemper Amor ſupra caput, inſtat amãti,*
*Et grauis ipſe ſuper libera colla ſedet.*
*Excubat ille acer cuſtos, & tollere nunquam*
*Te patietur humo lumina capta ſemel.*

Amoris finis mors tantum.

*Nec modus & requies, niſi mors, reperitur amoris.* Ouid. 10
Amorē inueteratum deponere facile nõ eſt. Met.
*Qui blandiendo dulce nutriuit malum,* Sen.
*Sero recuſat ferre quod ſubiit iugum.* Hipp.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Amans vitioſè, ſi ab illo liberari cupit, ſ
propria recogitet mala, mulierumq;
ſcelera.

Ouid. 1. Remed. *Tu modò qui quod amas ægrè dediſcis ama*
*Non potes, & velles poſſe, docendus eris:*
*Sæpe refer tecum ſceleratæ facta puellæ:*
*Et pone ante oculos omnia damna tuos.*

Terent. Eun. **Id verò eſt, quod mihi puto palmarium,*
*Me repperiſſe quo modo adoleſcentulus*
*Meretricum ingenia, & mores poſſet noſce*
*Maturè vt cùm cognorit, perpetuò oderit.*
*Quæ dum foris ſunt, nihil videtur mundiu*
*Nec magis cõpoſitũ quidquã, nec magis ele*
*Quæ, cum amatore ſuo, cùm cœnant, ligurri*
*Harum videre illuuiem, ſordes, inopiam,*
*Quàm inhoneſtæ ſolæ ſint domi, atq; auidæ*
*Quo pacto ex iure heſterno panem atrũ v*
*Noſſe omnia hæc ſalus eſt adoleſcentulis.*

Amantium imagines proiiciendæ ſun

Ouid. 2. Remed. *Si potes & ceras remoue, quid imagine mu*
*Carperis? hoc periit Laodameia modo.*

Amantium ſcripta igni tradenda ſunt.

Ibidẽ. *Scripta caue relegas, blandæ ſeruata puellæ:*
*Conſtantes animos ſcripta relecta mouent.*
*Omnia pone feros, quamuis inuitus, in igne*
*Et dic, ardoris ſit rogus iſte mei.*

Amor grauitasq; morum haud bene
conueniunt.

N



*Non bene conueniunt, nec in vna ſede morãtur* Ouid. 3.
*Maieſtas & amor.* Met.

Amantibus lex dari non poteſt.

*Quis legem det amantibus?* Boët. 3.
*Maior lex amor eſt ſibi.* 12.

Amoris immenſi expreſſio lepidiſſima.

*Ante leues ergo paſcentur in æthere cerui,* Virgil.
*Et freta deſtituent nudos in litore piſces,* Ecl. 1.
*Ante pererratis amborum finibus exſul*
*Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Ti-* (grim
*Quàm noſtro illius labatur pectore vultus.*

*Et decet, & certè viuam tibi ſemper amicus,* Idem in
*Nec tibi qui moritur, deſinit eſſe tuus.* Mæce-
*Ipſe ego quidquid ero, cineres interq; fauillas,* natis ob-
*Tunc quoq; non potero non memor eſſe tui.* itum.

*Dulcia amara prius fient, & mollia dura:* Idẽ Di-
*Candida nigra oculi cernent, & dextera læua:* ris.
*Migrabunt caſus aliena in corpora rerum:*
*Quàm tua de noſtris emigret cura medullis.*

*Nã dũ Pallas amat turgẽteis sãguine baccas,* Olymp.
*Dũ Bacchus vites Deus, & ſata prima Priapus,* Nemeſ.
*Paſcua læta Pales: Idas te diliget vnam.* Ecl. 2.

*Rupe ſedens aliqua ſpecto tua litora triſtis,* Ouid.
*Et quò non poſſum corpore, mente feror.* Epiſt. 17.

*Ante meos oculos præſtò eſt tua ſemper imago,* Idem 2.
*Et videor vultus mente videre tuos, &c.* Pont. 4

*Denique tantus amor nobis cariſſime ſemper,*
*Quantus in Æaciden, Actoridenque fuit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Non ego, ſi biberes ſecuræ pocula Lethes,*
*Excidere hæc credam pectore poſſe tuo.*
*Longa dies citior brum • li tempore, noxque*
*Tardior hiberna ſolſtitia 'is erit.*
*Nec Babylon æſtus, nec frigora Pontus habet*
*Calthaque Peſtanas vincet odore roſas,*
*Quam tibi noſtrarum veniant obliuia reru*
Idem 2. **Vt quanquam longè toto ſumus orbe remot*
Pont. 11. *Scire tamen poſsis nos meminiſſe tui.*
*Nominis antè mei venient obliuia nobis,*
*Pectore quàm pietas ſit tua pulſa meo.*
*Et priùs hanc animā vacuas reddem⁹ in au*
*Quàm fiat meriti gratia vana tui.*
Idem 4. **Da mihi ſi quid ea eſt, hebet antē pectora*
Pont. 1. *Oblitus potero nō tamen eſſe tui. (t*
Claud. **Excidimúſne tibi? lucē iam condet Hydaſ*
ad Oly- *Et Tarteſsiaco Sol oriâre vado.*
brium. *Candeſcat Geticis Meroe conuerſa pruinis,*
*Claraque ſe vetito proluat Vrſa mari.*
Plaut. **Omnibus amicis, quod mihi eſt, cupio eſſe*
Trin. **Verùm te hoc moneo vnū: qualis ſim ami*
Terent. *Aut quid poſsim, potiùs quàm inimicus, per*
Heáut. *lum facias.*
Lucret. **Sed tua me virtus tamē, & ſpectata vol*
1. *Suauis amicitiæ, quæmuis perferre laborem*
*Suadet, & inducit noctes vigilare ſerenas.*
Ouid. 4. Amor votus aduerſis rebus creſcit.
Pont. 6. *Nam cúm præſtiteris verū mihi ſemper a*



*Hic tamen aduerſo tempore creuit amor.*

Amor ſuauia, iucundáve omnia reddit:
vbi verò abeſt, è contra.

*Namq; vbi amor condimentum inerit, cuiuis* Plaut.
*placiturum credo:* Caſ.
*Neq; falſum, neque ſuaue eſſe poteſt quidquam,*
*vbi amor non admiſcetur.*
*Fel, quod eſt amarum, id mel faciet: hominem*
*ex triſti lepidum, & lenem.*

Amor coniugii ſacramentum caſtè nectit.

*Hic & coniugii ſacrum*
*Caſtis nectit amoribus.* Boët. 2. 8.

Verus coniugalis amor in quo conſiſtat.

*Eſſe bonā facile eſt, vbi quod vetet eſſe, remotū eſt,* Ouid. 5.
*Et nihil officiis nupta, quod obſtet, habet.* Triſt. 15.
*Cùm Deus intonuit, non ſe ſubducere nimbo,*
*Id demum eſt pietas, id ſocialis amor.*

Amoris coniugalis vis.

*Coniugis audiſſe fatum cum Porcia Bruti,* Martia-
*Et ſubtractā ſibi quæreret arma dolor:* lis 1.
*Nondum ſcitis, ait, mortem non poſſe negari,*
*Crediderā ſatis hoc vos docuiſſe patrem.*
*Dixit, & ardentes auido bibit ore fauillas,*
*I nunc, & ferrum turba moleſta nega.*
**Iſſet ad Iliacas (quid enim deterret amātes?)* Stat. 3.
*Penelope gauiſa domos, ſi paſſus Vlyſſes.* Sil. 5.
**Laudentur proauis, ſeu pulcræ munere formæ,* Stat. 5.
*Quæ morum caruere bonis, falſoque potentes* Sil. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Laudis egēt veræ, tibi quanquã & origo niter*
*Et felix ſpecies, multumque optanda mariti*
*Ex te maior honos, vnum nouiſſe cubile,*
*Vnum ſecretis agitare ſub oſſibus ignem,*
*Illum nec Phrygius vitiaſſet raptor amorem*
*Dulichiiue proci, nec qui fraternus adulter*
*Caſta Mycenæo connubia polluit auro.*
*Si Babylonis opes, Lydæ ſi pondera gazæ,*
*Indorumq; dares, Serumq;, Arabumq; potent*
*Diuitias: mallet cum paupertate pudica*
*Intemerata mori, vitamque impendere fam*
*Nec frõs triſte rigens, nimiusq; in morib. horr*
*Sed ſimplex hilarisq; fides, & mixta pudori*
*Gratia. quod ſi anceps metus ad maiora voca*
*Illa vel armiferas ꝓ cõiuge læta cateruas, (ſe*
*Fulmineosq; ignes, mediiq; pericula ponti*
*Exciperet: melius quod non aduerſa probari*

Amans licita ſ. perſeuerare debet, moraliter.

Ouid 1. Remed. *Si quis amat, quod amare iuuat, feliciter ardet*
*Gaudeat, & vento nauiget ille ſuo.*

Amantes carnaliter aduertunt ea, quæ non creduntur.

Terēt. Heaut. *Noui ego amantium animum, aduertunt grauiter ea, quæ non cenſeas.*

Amantes carnaliter ætate, ſatietatéve ſuas deſerunt amaſias.

Plaut. Moſt. *—Stulta es tu planè.*

*Quæ*



*Quæ illum tibi æternum putas fore amicum, & beneuolentem.*
*Moneo ego, te deſeret ille ætate, & ſatietate.*
*—Si dictis nequis perduci, vt vera hæc credas* Paulò
*Meæ dicta, ex factis noſce rem. vides quæ ſim.* poſt.
*& quæ fui antè?*
*Nihilò ego minus quàm nunc tu amata ſum,*
*atq; vni modò geſſi morem (uit.*
*Qui pol me, vbi ætate hoc caput colorē cõmuta-*
*Reliquit, deſeruitq; me: tibi idē futurum credo.*
**Illam amabam olim, nunc iam alia cura im-* Idem
*pendet pectori.* Epid.

Amantium iræ amoris redintegratio eſt.

*Nã in hominũ ætate multa eueniũt huiuſmodi.* Plaut.
*Capiunt voluptates, mox rurſum miſerias.* Amph.
*Iræ interueniunt, redeunt rurſum in gratiam.*
*Verum iræ, ſi quæ fortè eueniunt huiuſmodi*
*Inter eos, rurſum ſi reuentum in gratiam eſt,*
*Bis tanto amici ſunt inter ſe quàm prius.*
** Amantium iræ amoris redintegratio eſt.* Terent.
** Quæ modò pugnarũt iungũt ſua roſtra colũbæ,* And.
*Quarũ blanditias, verbaq; murmur habet.* Ouid. 2.
*—In amore hæc ſunt mala: bellum,* Art.
*Pax rurſum.* Hor. 2.

Amor creaturis naturaliter omnib. ineſt ad finem boni, nec aliter durare poſſunt. Serm. 3.

*Hic eſt cunctis communis amor,* Boët. 4.
*Repetuntque boni fine teneri:* 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Quia non aliter durare queant,*
*Niſi conuerſo rurſus amore.*
*Refluant cauſæ, quæ dedit eſſe.*

Amor cælicolarum, i. ſanctorum immenſus eſt.

Plaut. *SAGAR. Es ne tu huic amicus? DORD. Tãq*
Perſ. *Dii omnes, qui cælum colunt.*

Amor auro, non virtute conciliatur. ſ. ſæpiſſimè.

Ouid. 2. *Aurea nunc verè ſunt ſæcula: plurimus au*
Art. *Venit honos, auro conciliatur amor.*
*Ipſe licet venias Muſis comitatus, Homere:*
*Si nihil attuleris, ibis Homere foras.*

Amor in hoſpitib. certus, ſtabilisque nõ e

Ouid. *Certus in hoſpitibus non eſt amor. errat, vt ip*
Ep.ſt.16. *Cumque nihil ſperes firmius eſſe, fugit.*
*Hypſipyle teſtis, teſtis Mincia virgo,*
*In non exhibitis vtraque iuncta toris, &*
*Omnia Medeæ fallax promiſit Iaſon:*
*Pulſa eſt Æſonia non minus illa domo.*

Amans propterea quæque agit, & ma

Plaut. *Ita me Dii amet, tardo amico nihil eſt quidq*
Pœn. *iniquius.* (perat omn
Olymp. *Præſertim homini amãti: qui quidquid agit, ſ*
Nemeſ. ** Quiſquis amat pueros ferro præcordia dur*
Ecl.4. *Nil properet, diſcatque dii patienter amare,*
*Prudenteſq; animos teneris nõ ſpernat in an*
*Perferat & faſtus: ſic olim gaudia ſumet,*



*Si modò ſollicitos aliquis Deus audit amãtes.*

Amanti longa videntur omnia.

*Lõga mora eſt nobis omnis, quæ gaudia differt.* Ouid.
*Da veniam faſſæ, non patienter amo.* Epiſt.18.
** Vt nõ longa, quibus mentitur amica, diesque* Hor. 1.
*Longa videtur opus debentibus: vt piger annus* Epiſt. 2.
*Pupillis, quos dura premit cuſtodia matrum.*

Amare oportet omnes qui, quod dent, habent, vulgare dictum.

*Amare oportet omnes, qui, quod dent, habent.* Plaut.
*Nã mihi hæc meretrix, quæ hic habet, Phroneſiũ* Truc.
*Suum nomen omne ex pectore exmouit meo,*
*Phroneſium. nam φρόνησις eſt ſapientia.*

Amare recuſat vnuſquiſque, quæ habere minimè ſperat.

*Ferrea, crede mihi, non ſum: ſed amare recuſo* Ouid.
*Illum, quem fieri vix puto poſſe meum.* Epiſt.16.

Amari cupidus, alios amet.

*Sit procul omne nefas: vt ameris, amabilis eſto.* Idem 2.
** Vt præſtẽ Pyladẽ, aliquis mihi præſtet Oreſtẽ.* Art.
*Hoc non fit verbis, Marce: vt ameris, ama.* Martialis, 6.

Amari potius, quàm timeri eligere debet quilibet.

*Nolo ego metui, amari mauolo.* Plaut. Aſin.

Amat ſeipſum vnuſquiſque ſuper omnia. Ter.

*Verum illud verbum eſt, vulgò quod dici ſolet;* And.
*Omnes ſibi melius eſſe malle, quam alteri.* Idem
** Quemquã ne hominẽ in animo inſtituere, aut* Adelph.

Universidad de Deusto Biblioteca



Parare quod ſit carius, quàm ipſe eſt ſibi?
Ouid. 3. *Nõ auis aucupibus mõſtrat qua parte petatur,
Art. Non docet infeſtos currere cerua canes.

Amor bonus leges ſeruat.

Stat. 2. Diſcite ſecuri quorum de pectore mixtę
Sil. 2. In longum coiere faces, ſanctusque pudicę
Seruat amicitię leges amor.

Amor patriæ dulcis, immenſusq́ue eſt.

Ouid. 1. Rurſus amor patrię ratione valentior omni,
Pont. 4. Quod tua fecerunt ſcripta, retexit opus.
Ibidẽ. *Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.
Quid meliꝰ Roma? Scythico quid frigore peius?
Huc tamen ex illa Barbarus vrbe fugit.
Cùm bene ſint clauſę caueę Pandione natę,
Nititur in ſiluas quęque redire ſuas.

---

## ANIMA.

Anima deſuper datur, ſ. à Deo.

Iuuena- Senſum à cęleſti demiſſum traximus arce,
lis 15. Cuius egent prona, & terram ſpectantia mũdi
Principio indulſit communis conditor illis
Tantum animas, nobis animũ quoque, mutuus vt nos
Affectus petere auxilium, & pręſtare iuberet:
Diſperſos trahere in populum, migrare vetuſto
De nemore, & proauis habitatas linquere ſiluas:
Ædificare domos, Laribus coniungere noſtris
Tectum



Tectum aliud, tutos vicino limine ſomnos
Vt collata daret fiducia, protegere armis
Lapſum, aut ingenti nutantem vulnere ciuem,
Communi dare ſigna tuba, defendier iiſdem
Turribus, atque vna portarum claue teneri.
*Hic clauſit membris animos Boët. 3.
Celſa ſede petitos. 6.
Mortales igitur cunctos
Edit nobile germen.
*Tu cauſſis animus paribus, vitasq; minores Boët. 3.
Prouehis, & leuibus ſublimes curribus aptans 9.
In cęlum, terramque ſeris, quas lege benigna
Ad te conuerſus reduci facis igne reuerti.
*Poſtquã conticuit, finisque eſt addita dictis, Silius 15.
Tunc virtus, quáſnam iuuenẽ florentib. inquit,
Pellicis in fraudes annis, vitęque tenebras?
Cui ratio & magnę cęleſtia ſemina mentis
Munere ſunt conceſſa Deûm, mortalibus alti
Quantum Cęlicolę, tantũdem animalibus iſti
Pręcellunt cunctis. tribuit nanque ipſa minores
Hos terris natura Deos. --
*Dicam, ait, ac penitus cauſſas, labẽque docebo Valer.
Mopſus, ad aſtra tuens. nam ſi mortalia mẽbra Flaccus
Sortitusque breues, & parti tempora fati 3.
Perpetimur, ſocius ſuperi quondã ignis Olympi:
Fas ideo miſcere neces, ferroque morantes
Exigere hinc animas, redituraque ſemina cęlo.
*Iam nuſquã natura latet: peruidimus omnẽ. Manili-
us 4.

Universidad de Deusto Biblioteca



*Et capto potimur mundo, noſtrumq; parent*
*Pars ſua conſpicimus, genitiq; accedimus a*
*An dubium eſt habitare Deũ ſub pectore n*
*In cælumque redire animas, cæloque venire*
*Vtq; ſit ex omni conſtructus corpore mundu*
*Ætheris, atq; ignis ſummi, terræque maris*
*Spiritum, & in toto rapidũ qui iuſſa gubern*
*Sic eſſe in nobis terrenæ corpora ſortis,*
*Sãguineasq; animas. animi qui cũcta guber*
*Diſpenſatq; hominẽ, quid mirũ noſcere mu*
*Si poſſunt homines quibus eſt & mũdus in i*
*Exemplumq; Dei quiſq; eſt in imagine par*
*An quoſquam genitos, niſi cælo, credere ſ*
*Eſſe homines?*

*Virg. 6. Æn.* **Igneus eſt ollis vigor, & cæleſtis origo.*

*Paulinus Auſonio Epiſt. 14.*
**Mens quippe, lapſis quæ ſuperſtes artubus*
*De ſtirpe durat cæliti,*
*Senſus neceſſe ſimul & affectus ſuos*
*Teneat æquè vt viam ſuam.*

Anima creatur denuo iuxta corporis ex-
tiam, & ambo ſimul creſcunt, atq; de-
ciunt, vt Epicurei tenent.

*Lucret. 3.*
*Præterea gigni pariter cum corpore, & vna*
*Creſcere ſentimus pariterque ſeneſcere men*
*Nam velut infirmo pueri, teneroq; vaga*
*Corpore: ſic animi ſequitur ſententia tenui*
*Inde vbi robuſtis adoleuit viribus ætas,*
*Conſiliũ quoq; maius, & auctior eſt animi*



*Poſt vbi tam validis, quaſſatum eſt virib. æui*
*Corpus, & obtuſis ceciderunt viribus artus,*
*Claudicat ingenium, delirat linguaq; mensq;:*
*Omnia deficiunt, atque vno tempore deſunt.*
**Quapropter fateare neceſs'ſt quæ fuit ante,* *Ibidẽ.*
*Interiiſſe, & quæ nunc eſt, nunc eſſe creatam.* *infrà*

[Herũ opinio in hoc vera eſt, cũ dicũt, quod rationalis anima creatur. Suprâ, Anima deſuper datur. Sed quod cũ tẽpore creſcat, deficiatque hoc falſum eſt, vt infrà liquet, anima immortalis.]

Anima immortalis eſt: non autem brutorũ
vt quidam ponũt, ſed rationalis tantũ.

*Sunt aliquid Manes, letum non omnia finit;* *Propert.*
*Luridaque euictos effugit vmbra rogos.* *4. 7.*

**Diſce orbis, quod quiq; ſibi cùm cõderet artus* *Claud.*
*Noſtros æthereis miſcens terrena Prometheus,* *4. Hon.*
*Sinceram patri mentem furatus Olympo.*
*Continuit clauſtris, indignantemq; reuinxit.*
*Et cùm non aliter poſſent mortalia fingi,*
*Adiunxit geminas: illæ cum corpore lapſæ*
*Intereunt, hæc ſola manet, buſtoque ſuperſtes*
*Euolat: hanc alta capitis fundauit in arce*
*Mandatricem operum, proſpecturamq; labori.*
*Illas inferius collo, præceptaque ſummæ*
*Paſſuras dominæ, digna ſtatione locauit.*

Anima immortalis eſt, ſecũdum Epicureo-
rum inſulſam opinionem.

*Hæc omnes petimus fata, nec amplius.* *Sen. Troad.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Iuratos ſuperis qui tetigit lacus,*
*Vſquam eſt. vt calidis furnus ab ignibus*
*Vaneſcit ſpatium per breue ſordidus:*
*Vt nubes grauidas, quas modo vidimus*
*Arctoi Boreæ diſsipat impetus;*
*Sic hic, quo regimur, ſpiritus effluet.*
*Poſt mortem nihil eſt, ipſaque mors nihil*
*Velocis ſpatii meta nouiſsima.*
*Spem ponant auidi ſolliciti metum.*
*Quæris quo iaceas poſt obitum loco?*
*Quo non nata iacent:*
*Tempus nos auidum deuorat, & Chaos*
*Mors indiuidua eſt noxia corpori,*
*Nec parcens animæ.*
Lucret. 1. **Ennius æternis exponit verſibus, edēs, (ſ*
*Quod neq; permaneāt animæ, neq; corpor*

Anima agilis eſt, & inuiſibilis.

Virg. Ecl. 1. *O Melibœe Deus nobis hæc otia fecit.*
*— Da iungere dextras,*
Idem 6. Æn. *Da genitor, teque amplexu ne ſubtrahe noſ*
*Sic memorans largo fletu ſimul ora rigabat,*
*Ter conatus ibi collo dare brachia circum:*
*Ter fruſtra comprenſa manus effugit imag*
*Par levibus vētis, volucrique ſimillima ſom*
Ouid. 8. Met. **Inque leues abiit paullatim ſpiritus auras.*
**His alacer colla amplexu materna petebat,*
Silius 13. *Vmbraq; ter fruſtra per mane petita fefellit.*

Ani



Anima Dei in cōtemplatione ſita toruos intuetur tyrannos à vera patria exſules.

*Quod ſi terrarum placeat tibi* Boet. 4. 1
*Noctem relictam viſere,*
*Quos miſeri toruos populi timent,*
*Cernes tyrannos exſules.*

Anima à terrenis ſubleuata obſcuras ruinas vitat, Deumq; finem, ac principium ſuum eſſe cognoſcit.

*Hoc quidquid placet, excitatq; mentes,* Boet. 3.
*Infimis tellus aluit cauernis.* 10.
*Splendor, quo regitur, vigetq; cælum*
*Vitat obſcuras animæ ruinas.*
** Huc ſi te reducem referat via,* Boet. 4. 1
*Quam nunc requiris immemor,*
*Hæc dices, memini, patria eſt mihi,*
*Hinc ortus, hic ſiſtam gradum.*

Animæ corporibus vnitę in obſcuro carcere, nec non multis paſſionibus deditæ dicuntur eſſe.

*Seminibus; quantū non noxia corpora tardant,* Virg. 6.
*Terreniq; hebetant artus, moribundaq; mēbra.* Æn.
*Hinc metuunt, cupiuntq;, dolent, gaudentq;, nec auras*
*Reſpiciunt clauſæ tenebris, & carcere cæco.*

Animæ bonæ, ſeu purgatę, ad loca ducuntur amœniſſima. i. ad cœlum, moraliter.

*Hic locus eſt, partes vbi ſe via findit in ambas.* Virg. 6. Æn.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Dextera, quæ Ditis magni ſub mœnia tend[it]
Hac iter Elyſium nobis: at læua malorum
Exercet pœnas, & ad impia Tartara mitt[it].
Ibidem. — Exinde per amplum
Mittimur Elyſium, & pauci læta arua tene[mus].
Luca. 3. * Sedibus Elyſiis, campoque expulſa piorum
Ad Stygias, inquit tenebras, Maneſq; nocen[tes]
Poſt bellum ciuile trahor. —
— Et quod miſſum eſt ex ætheris oris,
Lucre. 2. Id rurſum cæli ſtellantia templa receptant.
Martia- * Accipient olim cùm te loca læta piorum,
lis 12. Non erit in Stygia notior vmbra domo.
Silius 2. * At vos ſidereæ, quas nulla æquauerit ætas,
Ire decus terrarum animæ, venerabile vulg[us]
Elyſium, & caſtas ſedes decorate piorum.
Idem 10. * Hæc Libys atque repens crepitantibus v[ndique]
flammis
Æthereas anima exſultans euaſit in auras.
Idem 13. * Tum ſeducta loco, & laxata lucida noct[e]
Clauſtra nitent, quæ ſecreti per limitis vmb[ras]
Elyſios ducunt campos. hic turba piorum,
Nec Stygio in regno, cæli nec poſta ſub axe,
Verùm vltra Oceanum. —
Ibidẽ 15. — At queis ſeruatus ſeminis ortus
Stat. 10. Cæli porta patet. —
Theb. — Dant clara meanti
Idem 5. Aſtra locum. —
Sil. 1. * Parce precor lacrymis, ſæuo nec concute plã[ctu]
Pe[ctora]



Pectora, nec crucia fugientẽ cõiugis vmbrã, &c.
Sic ego nec Furias, nec deteriora videbo
Tartara, & Elyſias felix admittar ad oras.
* Noſtra loquar, nulli vatum debebimus orſa, Manil.
Nec furtum, ſed opus veniet, ſoloq; volamus 4.
In cælum curru, propria rate pellimus vndas.

Animæ hominum poſt mortem in brutorũ corpora ingrediuntur ſecundum Pythagoricorum opinionem, quæ falſa eſt.

Morte carent animæ, ſemperque priore relicta Ouid. 15.
Sede, nouis domibus viuũt, habitantq; receptæ. Met.
Ipſe ego, nam memini, Troiani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram. —
Inque ferinas —
Poſſumus ire domos, pecudumq; in corpora condi, Ibidem.
Corpora quæ poſſunt animas habuiſſe parẽtum,
Aut fratrum, aut aliquo iunctorũ fœdere nobis,
Aut hominum certè. —
* Quin etiam, mea cũ tumulus contexerit oſſa, Tibul. 4
Seu matura dies fato properat mihi mortem,
Longa manet ſeu vita, tamen mutata figuram,
Seu me finget equum rigidos percurrere campos
Doctum, ſeu tardi pecoris ſim gloria taurus,
Siue ego per liquidũ volucris vehar aera pennis:
In quemcunq; hominem me longa receperit ætas,
Inceptis de te ſubtexam carmina chartis.
* Quos vbi per varios annos, per mille figuras, Claud. 1
Egit lethæo purgatos flumine, tandem rapt.
Proſerp.

Universidad de Deusto Biblioteca



*Rurſus ad huma- æ reuocat primordia vit.*

---

## ANIMVS.

Animi cupiditates qui ſubegit rationi, is tiùs regnat, quam ſi totum mundum ſubiiceret imperio.

Horat. 2 *Latius regnes auidum domando*
Carm. 2 *Spiritum, quam ſi Libyam remotis*
*Gadibus iungas, & vterque Pœnus*
*Seruiat vni.*

Animum vincens in iuuẽtute, innumera portabit bona, ſi verò ſuperatus fuerit, è contra erit.

Plaut. *Qui homo cum animo inde ab ineunte ætat*
Trin. *pugnat ſuo,. (cenſ*
*Vtrum id itáne eſſe mauelit, vt eũ animus*
*An ita potius, vt parentes eum eſſe, & cog*
*velint. (uiuit, non*
*Si animus hominẽ perpulit, actũ eſt, animo*
*Si ipſe animum perpulit, dum viuit, victor*
*ctorum cluet. (quod gaude*
*Tu ſi animum viciſti, potius quã animus te,*

Animus æger, ſeu malo deprauatus appe titu, falſa pro veris videt.

Sen. *An æger animus falſa pro veris videt?*
Oet. * *Quæ virtus & quanta boni, ſit viuere pa*
Horat. 2 *uo, &c.*
Serm. 2. *Diſcite non inter lances, menſaſq; nitenteſ*



*Cùm ſtupet inſanis acies fulgoribus, & cùm*
*Acclinis falſis animus meliora recuſat:*
*Verùm hic impranſi mecum diſquirite.—*

Animi corporiſque ægritudinis intimatio perpulcra.

*Viuimus, vt nunquam ſenſu careamus amaro,* Ouid. 1.
*Et grauior longa ſit mea pœna mora.* Pont. 1.
*Sic inconſumtum Tityi, ſemperq; renaſcens*
*Non perit, vt poſſit ſæpe perire, iecur, &c.*
*Siue dies igitur caput hoc miſerabile cernit,*
*Siue pruinoſæ noctis aguntur equi:*
*Sic mea perpetuis liquefiunt pectora curis,*
*Ignibus admotis vt noua cera ſolet.*
* *Nec tamen exhibuit tantas facundia vires,* Idem 1.
*Vt mea ſint dictis pectora ſana tuis.* Pont. 4.
*Vt multum demas noſtro de pectore curæ,*
*Non minus exhauſto, quod ſuperabit, erit.*
* *Nec cælũ, nec aquæ faciũt, nec terra, nec auræ:*
*Hei mihi perpetuus corpora languor habet.* Idem 3.
*Seu vitiant artus ægræ contagia mentis* Triſt. 8.
*Siue mei cauſſa eſt in regione mali.*
*Vt tetigi Pontum, vexant inſomnia, vixque*
*Oſſa tegit macies, nec iuuat ora cibus.*
*Quiq; per autumnum percuſſis frigore primo*
*Eſt color in foliis, quæ noua læſit hyems,*
*Is mea membra tenet, nec viribus alleuor vllis,*
*Et nunquam queruli cauſſa doloris abeſt.*
*Nec melius valeo, quàm corpore, mẽte: ſed ægra*
*eſt*

Universidad de Deusto Biblioteca



*Vtraque pars æquè, binaque damna fero.*
Idem ** Nam neq; ſunt vires, nec qui color eſſe ſolebat*
4 Triſt. *Vix habeo tenuem, quæ tegat oſſa, cutem.*
1. *Corpore ſed mens eſt ægro magis ægra, maliq;*
*In circumſpectu ſtat ſine fine ſui.*

Animus corpusve cæli temperie iuuatur.

Idem 2. *Temperie cæli corpusq; animusq; iuuatur.*

Pont. 7. Animus corporales roborat vires, & omnia vincit.

Ibidem. ** Omnia deficiũt: animus tamen omnia vincit.*

Plaut. *Ille etiam vires corpus habere facit.*

Rud. Animus æquus ærumnæ condimentũ eſt.

Idem *Animus æquus optimum eſt ærumnæ condimentum.*
Capt.

Idem ** In re mala animo ſi bono vtare, adiuuat.*

Pſeud. ** Bonus animus in re mala, dimidium eſt mali.*

Animus impatiens verba monentis reſpuit necnon odio habet.

Ouid. 1. *Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte,*
Remed. *Reſpuit, atque odio verba monentis habet.*

Animus ambiguus ad vtranque partem facilimè vertitur.

Terent. *Dum in dubio eſt animus, paulo momento huc*
And. *illuc impellitur.*

Animus metu, cupiditateve preſſus bonum ſibi oblatum corrumpit, ſuisq; haud frui valet bonis.

Her. 1. Epiſt. 2. *Qui cupit aut metuit iuuat illũ ſic domus & res*





*Vt lippum pictæ tabulæ, fomenta podagram,*
*Auriculas citharæ collecta ſorde dolentes.*

Animi anxietas homini haud parũ nocet.

*Iam mihi deterior canis aſpergitur ætas:* Ouid. 1.
*Iamque meos vultus ruga ſenilis arat.* Pont. 5.
*Iam vigor & quaſſo languent in corpore vires:*
*Nec iuueni luſus, qui placuere, iuuant.*
*Nec me, ſi ſubito videas, cognoſcere poſsis,*
*Ætatis facta eſt tanta ruina meæ.*
*Cõfiteor facere hoc annos, ſed & altera cauſſa eſt.*
*Anxietas animi, continuusq; labor.*
** Vnda locusq; nocent, & cauſſa valentior iſtis* 1 Pont. 11
*Anxietas animi, quæ mihi ſemper adeſt.*

Animi cruciatus vulnus inſanabile eſſe dicitur, quia difficillimè ſanatur.

*Cura quoq; interdũ nulla eſt medicabilis arte:* 1 Pont. 4
*Aut ſi ſit, longa eſt attenuanda mora.*

Animi anxietas mora necnon labore quandoque ſanatur, vt iam ex Ouid. oſtendimus: & Seneca in Agamemnone docet his verbis.

*Proinde quidquid eſt, da ſpatium & tempus tibi:*
*Quod ratio nequit ſæpe ſanauit mora.*

Animo imperare qui non poteſt, in ſeruitute eſſe debet.

*Reges & dominos habere debet,* Martialis 2.
*Qui ſe non habet, atque concupiſcit*
*Quod Reges dominique concupiſcunt.*

Universidad de Deusto Biblioteca



Animo obtemperaſſe exilis eſt voluptas, necnon pigebit quandoque.

Plaut. *—Pauliſper Lyde eſt libido,*
Bacch. *Homini ſuo animo obſequi. iam aderit temp*
*cum ſe etiam*
*Ipſe oderit.—*

Animo homines obſequi decet, dummodo ſit in bonum.

Plaut. *Amat, ſapit, rectè facit, animo quando obſequi*
Amph. *tur ſuo,* *(dò fiat bon*
*Quod omnes homines facere oportet, dū id m*

Plaut. Animo, culpa detento nil miſerius.
Moſtel. *Nil eſt miſerius, quam animus hominis cōſcius*

---

ANIMALIA.

Animalia naturæ inſtinctu quoquo modo futura præcognoſcunt.

Iuuena- *Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus.*
lis 2.
Cleob. ** Ignoſcas aliis multum, nihil tibi.*
per Au- Feliciter ſapit, qui alieno periculo ſapit.
ſonium. *Feliciter ſapit is, qui alieno periculo ſapit.*
Plaut. ** Ex aliis periculum facito, tibi quod ex vſu ſiet.*
Terent. ** Vos ego nunc moneo, felix quicunque dolore*
Heaut. *Alterius diſces poſſe carere tuo.*
Tibul- ** Deniq; ſic pecudes, & muta animalia, terris*
lus 3.7. *Cùm maneant ignara ſui, legiſq́; per æuum:*
Manili- *Natura tamen ad mundum reuocante parentē,*
us 2. *Attollunt animos, cælumq́; ad ſidera ſeruant.*

*Corpo-*



*Corporaq́; ad Lunæ naſcentis cornua luſtrant,*
*Venturaſq́; vident hiemes reditura ſerena.*
** Paruula, nam exemplo eſt, magni formica laboris,* Hor. 1.
*Ore trahit quodcunq; poteſt, atq; addit aceruo,* Serm. 1.
*Quē ſtruit, haud ignara, ac non incauta futuri.*
*Quæ, ſimul inuerſum cōtriſtat Aquarius annū,*
*Non vſquam prorepit, & illis vtitur ante*
*Quæſitis patiens.—*
** Præterea Regem, non ſic Ægyptus, & ingens* Virg. 4.
*Lydia, nec populi Parthorū, aut Medus Hydaſpes* Georg.
*Obſeruant. Rege incolumi, mens omnib. vna eſt:*
*Amiſſo, rupere fidem, conſtructaq́; mella*
*Diripuere ipſæ, & crates ſoluere fauorum.*
*Ille operum cuſtos: illum admirantur, & omnes*
*Circumſtant fremitu denſo, ſtipantq́; frequētes,*
*Et ſæpe attollunt humeris, & corpora bello*
*Obiectant, pulcramq́; petunt per vulnera mortē.*
*His quidam ſignis, atq; hæc exempla ſecuti,*
*Eſſe apibus partem diuinæ mentis, & hauſtus*
*Æthereos dixere:—* Ouid. 14
** Carmina iā moriens canit exſequialia cycnus,* Met.
** Sic, vbi fata vocant, vdis abiectus in herbis,* Idem
*Ad vada Mæandri concinit albus olor.* Epiſt. 17.
** Dulcia defecta modulatur carmina lingua,* Martia-
*Cantator cycnus funeris ipſe ſui.* lis in
*—Imitatus Caſtora, qui ſe* Xeniis.
*Eunuchum ipſe facit: cupiens euadere damno* Iuuena-
*Teſticulorū: adeò medicatum intelligit inguen.* lis 12.

Universidad de Deusto Biblioteca



Claud. Præf.3. Honorij.

* Paruos non aquilis fas eſt educere fetus,
Ante fidem Solis, iudiciumq́; poli:
Nam pater excuſſo ſaliit cum germine proles
Ouaq́; maternus rupit hiulca tepor:
Protinus implumes conuertit ad æthera n[...]
Et recti flammas imperat ore pati.
Conſulit ardentes radios, & luce magiſtra
Natorum vires, ingeniumque probat.
Degeneres refugo torſit qui lumine viſus,
Vnguibus hunc ſæuis ira paterna ferit.
Exploratores oculis qui pertulit ignes,
Suſtinuitque acie nobiliore diem.
Nutritur volucrumq́; potens, & fulminis hæ[...]
Geſturus ſummo tela triſulca Ioui.

## Animalia paucioribus indigent quàm homines.

Lucret.5 At variæ creſcunt pecudes, armenta, feræqu[...]
Nec crepitacula eis opꝰ eſt, nec cuiq; adhibẽda
Almæ nutricis blanda, & infracta loquela:
Nec varias quærunt veſtes pro tempore cæli:
Denique non armis opus eſt, non mœnibus al[...]
Quîs ſua tutentur, quandò omnib. omnia la[...]
Tellus ipſa parit, naturaque Dædala rerum.

## Animalia quæq; in hoſtes ſuos inſurgun[...]

Propert. 2.5. Non ſolùm taurus ferit vncis cornibus hoſt[...]
Verum etiam inſtanti læſa repugnat ouis.
Hor. Epod.7. * Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus
Vnquam, niſi in diſpar feris.

*Si[...]



Sed iam ſerpentum maior concordia: parcit — Iuuenalis 15.
Cognatis maculis ſimilis fera, quando leoni
Fortior eripuit vitam leo? quo nemore vnquam
Exſpirauit aper maioris dentibus apri?
Indica tigris agit rapida cum tigride pacem
Perpetuam: ſæuis inter ſe conuenit vrſis.

## Animalia laudum munera cuncta ſuo depromunt domino.

Cuncta ſuo domino depromunt munera laudũ. — Ouid. Philom.
Seu ſemper ſileant, ſiue ſonare queant.

## Animalia lunæ ad motum alterantur.

Ad Lunæ motum variant animalia corpus. — Manilius 2.

## Animalia naturaliter deuitant ea, quæ ſemel læſerunt.

Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo, — Ouid. 2. Pont. 7.
Omnibus vnca cibis æra ſubeſſe putat.
Sæpe canem viſum longe fugit agna, lupumque
Credit, & ipſa ſuam neſcia vitat opem.
* Terretur minimo pennæ ſtridore columba, — Idem 1. Triſt. 1.
Vnguibus accipiter ſaucia facta tuis.
Non procul à ſtabulis audet diſcedere, ſi qua
Excuſſa eſt auidi dentibus agna lupi.
* Cautus enim metuit foueam lupus, accipiterq́; — Hor. 1. Epiſt. 16.
Suſpectos laqueos, & opertum miluius hamum.

---

## ARS.

## Artium ingenuarum vis.

Non illa loco neque origine gentis — Ouid. 6. Met.

Universidad de Deusto Biblioteca



Clara, ſed arte fuit. —
— Lydias tamen illa per vrbes
Ibidem. Quæſierat ſtudio nomen memorabile, quam[uis]
Orta domo parua, paruis habitabat Hypæp[is].
Ouid. 1. * Artibus ingenuis, quarũ tibi maxima cur[a]
Pont. 7. Pectora molleſcunt, aſperitaſq; fugit.
1 Pont. 7. * Artibus ingenuis quæſita eſt gloria multis.
Ouid. 1.
Art. Non ſolum iuris, ſed bonarum etiam arti[um] ſtudiis vacandum.

Diſce bonas artes, moneo, Romana iuuentus,
Non tantùm trepidos vt tueare reos.
Idem 2 * Nec leuis ingenuas pectus coluiſſe per artes
Art. Cura ſit, & linguas edidiciſſe duas.

Ars naturæ defectum in multis ſupplet.

Ouid. 1. Arte citæ, veloque rates, remoque reguntur.
Arte. Arte leuis currus, arte regendus amor, &
Sed tamen & tauri ceruix oneratur aratro,
Frenaque magnanimi dente teruntur equ[i].
Ouid. * Pſittacus humanas depromit voce querela[s]
Philom. Atque ſuo domino χαῖρε ſonat que vale.
Pica loquax varias modulatur gutture voce[s]
Scurriliter ſtrepitu quidquid & audit, ali[...]
Perſius * Quis expediuit pſittaco ſuum χαῖρε
Proœm. Picaſq; docuit noſtra verba conari?
Magiſter artis, ingeniique largitor
Stat. 2. Venter, negatas artifex ſequi voces.
Sil. 4. * Pſittace dux volucrũ domini facũda volup[tas]

Hum[anæ]



Humanæ ſollers, imitator pſittace linguæ.

Artes vbique locorum homines comitantur.

Sola comes noſtræ peſtitit illa fugæ. Ouid. 4.
Sola nec inſidias inter, nec militis enſem, Triſt. 1.
Nec mare, nec ventos, barbariemq; timet.

ASPERITAS.

Aſperitas odium, bellaque cauſat, atque in omni re nociua eſt.

Dextera præcipuè capit indulgentia mentes: Ouid. 2.
Aſperitas odium, ſæuaque bella mouet. Art.
Odimus accipitrem, quia viuit ſemper in armis,
Et pauidum ſolitos in pecus ire lupos.

ASTVTIA.

Aſtuti qui maximè videntur, quandoq; decipiuntur.

Qui cauet ne decipiatur, vix cauet cùm etiam Plaut.
cauet. Capt.
Etiã cũ cauiſſe ratus eſt, ſæpe is cautor captus eſt.
* Fallacia alia aliam trudit. Terent.
Aſtutum fallere difficile eſt. And.
* Simulata remoue, non facile eſt tibi (pellem. Sen.
Decipere Vlyſſem: id eſt, vafrum, aſtutum, verſi- Troad.

ASSVETVDO.

Ab aſſuetis non fit paſſio.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ouid.3. Hoc quoque Naſo feres: etenim maiora tuliſ
Pont.7. Iam tibi ſentiri ſarcina nulla poteſt.
Ductus ab armento taurus detrectat aratru
Subtrahit & duro colla nouella iugo.
Nos, quibus aſſueuit fatum crudeliter vti,
Ad mala iam pridem non ſumus vll ru
3 Triſt.2 Quique fugax rerum, ſecuraque in otia na
Mollis, & impatiens ante laboris eram:
Vltima nunc patior, nec me mare portubus
Perdere, diuerſæ nec potuere viæ.
Sufficitq; malis animus num corpus ab illo
Accepit vires, vixque ferenda tulit?
1 Triſt.2 * Pone metum, valeo: corpusq;, quod antè lab
Impatiens nobis inualidumque fuit,
Sufficit, atque ipſo vexatum induruit vſu.
An magis infirmo non vacat eſſe mihi?
Idem 2. —Nihil aſſuetudine maius,
Art. * Quod malè fert, aſſueſce, feres bene, multa
Ibidem. Lenit.— (tu
Sen. * Iam tempus illi fecit ærumnas leues.
Thyeſt. * Parcite lacrymis, vrbis feſto
Ide Oct. Lætoque die.
Non hoc primum
Pectora vulnus mea ſenſerunt:
Grauiora tuli.
Val. * Alcidem Sthenelo ipſe ſatus, tamẽ aſpera R
Flacc.5. Perpetimur iuga, nec melior parere recuſo.
Prop.2.3 * Ac veluti primò taurus detrectat aratra,
P



Poſt venit aſſueto mollis ad arua iugo.
—Iam nulli flebile damnum,
Sed curſus ſ lle mis erat, campusq; furori Claud.2
Expoſitus, ſenſumq; mali detraxerat vſus. Ruf.

Aſſueta difficulter relinquuntur.

Sic tibi Penelope frugi eſt: quæ ſi ſemel vno Horat.2
De ſene guſtarit: cum partita lucellum: Serm.5.
Vt canis, à corio nunquam abſterrebitur vncto.

---

## ATTENTIO.

### Attenti auditores vt ſint, exhortatio accommodata.

Accipite hæc animis, lætasq; aduertite mentes: Virg.5
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit. Æn.
* Accipite ergo animis, atq; hæc mea figite dicta. Idem 10
* Nunc adeo quæ ſit dubiæ ſententia menti, Æn.
Expediam, & paucis, animos adhibete, docebo. Idem 11
* Tu modo ſubtiles animo duce percipe curas, Æn.
Occultamq; fidẽ manifeſtis adſtrue rebus, &c. Idem
Mille ſub exiguo ponent tibi tempore veras Ætna.
R soculique docent: res ipſæ credere cogunt. Ouid.1
* Diſce metu poſito vates operoſe dierum, Faſt.
Quod petis, & voces percipe mente meas. Plaut.
* Nunc hoc animaduertite, vt ea, quæ ſentio, pariter ſciatis. Capt. Terent.
* Date operam, & cum ſilentio animaduertite. Eun.
* Mẽte fauete pari, atq; aures aduertite veſtras. Silius 16
Hũc ades ô quicunque meis aduertere cœptis Manil.9

Aurem oculiſq; potes, veras & percipe voce
Non æiuratos Reges, Troiamque cadentem
Impendas animum, nec dulcia carmina qua
Ornari res ipſa negat, contenta doceri.

Plaut. Menæch. * Salutem primum, iam à principio propiti
Mihi atque vobis ſpectatores nuntio.
Apporto vobis Plautū ſua lingua, non manu
Quæſo ut benignis accipiatis auribus.
Nunc argumentum accipite, atq; animum
uortite.
Quam potero in verba conferam paucißi

Attentionis maximæ intimatio perpul

Propert. 3.4. Nunc mihi, ſi qua tenes, ab origine dicere p
Incipe: ſuſpenſis auribus iſta bibam.

---

AVARITIA.

Auaritia ſcelerum omnium mater.

Claud. 2 Stil. At primùm ſcelerū matrem, quæ ſemper ha
Plus ſitiens patulis rimatur faucibus aurū
Trudis auaritiam. —

Pet. Arbiter. * Orbem iam totum victor Romanus hab
Qua mare, qua terræ, qua ſidus currit vtru
Nec ſatiatus erat, grauidis freta pulſa cari
Iam peragrabantur, ſi quis ſinus abditus vl
Si qua foret tellus, quæ fuluum mitteret au
Hoſtis erat, fatiſq; in triſtia bella paratis
Quærebantur opes: non vulgo nota placeba
Gaudia, non vſu plebeia trita voluptas.

*



* Nec minor in campo furor eſt, emtiq; Quirites Ibidem.
Ad prædā, * ſtrepitumq; lucri ſuffragia * vertūt. * ſonitū
Venalis populus, venalis Curia patrum. * vēdūt
Eſt fauor in pretio, ſenibus quoque libera virtus
Exciderat, ſparſiſq; opibus conuerſa poteſtas,
Ipſaque maieſtas auro corrupta iacebat.

* Vſq; adeò ſolus ferrum, mortemque timere Lucā. 3.
Auri neſcit amor, pereunt diſcrimine nullo
Amiſſæ leges: ſed pars viliſsima rerum
Certamen mouiſtis opes. —

* Impulit amentes, auriq; cupidine cæcos
Ire ſuper gladios, ſupraque cadauera patrum, Idem 7.
Et cæcos calcare duces. —

* Ergo ſollicitæ tu cauſſa pecunia vitæ es, Propert. 3.7.
Per te immaturum mortis adimus iter.
Tu vitiis hominum crudelia pabula præbes,
Semina curarum de capite orta tuo.

* At nunc deſertis ceſſant ſacraria lucis, Idē 3.13.
Aurum omnes victa iam pietate colunt.
Auro pulſa fides, auro venalia iura,
Aurum lex ſequitur, mox ſine lege pudor.

* Quis fuit horrendos primus qui protulit enſes? Tibullus 1.10.
Quàm ferus, ac verè ferreus ille fuit.
Tunc cædes hominum generi, tunc prælia nata,
Tunc breuior diræ mortis aperta via eſt.
At nihil ille miſer meruit, nos ad mala noſtra *
Vertimus in ſæuas, quod dedit ille feras.
Diuitis hoc vitium eſt auri: nec bella fuerunt,

*Faginus adſtabat cùm ſcyphus ante dape.*
*Non arces, non vallus erat, ſomnumq́; petebat*
*Securus varias dux gregis inter oues.*

Auaritia homines ad omnia ferè pericula, atq; incommoda impellit.

Hor. 1. *—Cùm te neque feruidus æſtus*
Serm. 1. *Demoueat lucro, neq; hyems, ignis, mare, ferr*
*Nil obſtet tibi, dum ne ſit te ditior alter.*
Idem 1. ** Impiger extremos currit mercator ad Indos*
Epiſt. 1. *Per mare, pauperiem fugiens, per ſaxa, per igne*
Manil. 4 ** Vt veniant gemmæ, totus tranſibitur orbis.*
*Nec lapidum pretio pelagus cœpiſſe pigebit.*
*Annua ſolliciti conſumunt vota coloni,*
*Et quanta mercedis erunt fallacia rura,*
*Quæremus lucrum nauis, mortemq́; ſequemur*
*In prædas pudeat tanto bona velle caduca.*
Idem 5. *—Nil eſt audere relictum.*
*Quæſtus naufragio petitur, corpusq́; profund*
*Immiſſum pariter quàm præda exquiritur ipſ*
*Nam ſemper tanti merces eſt parua laboris*
*Cenſibus æquantur conchæ, rapidumq́; notari*
*Vix quiſquã eſt locuples: oneratur terra pſun*
*Tali ſorte ſuas arteis per litora tractat.*
*Aut emit externos pretio, mutatq́; labores*
*Inſtitor æquoreæ varia ſub imagine mercis.*
Prop. 3. 5. ** Ergo ſollicitæ tu cauſſa pecunia vitæ es.*
*Per te immaturum mortis adimus iter.*
*Tu vitiis hominum crudelia pabula præbes.*

Sem-



*Semina curarum de capite orta tuo.*

Auarus aſſiduè eget.

*Semper auarus eget, certum voto pete finem.* Hor. 1.
*—Multa petentibus* Epiſt. 2.
*Deſunt multa.* 3 Car. 16
** Quis diues? qui nil cupit? quis pauper? auarus.* Bias per
** Semper inops quicunque cupit. —* Auſon.

Auarus hydropico aſſimilatur. Claud.

*Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops,* 1 Ruf.
*Nec ſitim pellit, niſi cauſſa morbi* Horat.
*Fugerit venis, & aquoſus albo* 2. Car. 1.
*Corpore languor.*

Auarus inſaniſſimus eſt, ſed nõ cognoſcitur, quia maior hominum pars eodem vitio iactatur.

*Si quis emat citharas, emtas comportet in vnũ,* Hor. 2.
*Nec ſtudio, citharæ nec Muſæ deditus vlli:* Serm. 5.
*Si ſcalpra, & formas non ſutor: nautica vela*
*Aduerſus mercaturis: delirus, & amens*
*Vndique dicatur meritò. quid diſcrepat iſtis,*
*Qui nummos, aurumq́; recondit, neſcius vti*
*Cõpoſitis, metuensq́; velut cõtingere ſacris? &c.*
*Nimirum inſanus paucis videatur eò, quod*
*Maxima pars hominum morbo iactatur eodẽ.*

Auarus periurus exigua fiet re.

*Falſus erit teſtis, vendet periuria ſumma* Iuuena-
*Exigua, Cereris tangens aramq́; pedemq́;.* lis 14.

Auarus ſeruus eſt.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Hor.2. Epiſt.10. Qui melior ſeruo, qui liberior ſit auarus,
In triuiis fixum cùm ſe demittit ob aſſem,
Non video: nam qui cupiet, metuet quoq; porr
Qui metuens viuet, liber mihi non erit vnqu
Perdidit arma, locum virtutis deſeruit, qui
Semper in augenda feſtinat, & obruitur re.

Auari diuitias dummodo poſſideãt, Deum
pœnamve omnem paruifaciunt.

Iuuenalis 13. Eſt alius metuens, nec crimen pœna ſequatur.
Hic putat eſſe Deos, & peierat, atq; ita ſecum
Decernat quodcunq; volet de corpore noſtro
Iſis, & irato feriat mea lumina ſiſtro,
Dũmodo vel cæcus teneã, quos abnego, nũm

Auari inſanabiles ſunt.

Horat. 3 Car.24. —Scilicet improbæ
Creſcunt diuitiæ, tamen
Curtæ neſcio quid ſemper abeſt rei.
1 Serm.1 * At bona pars hominũ decepta Cupidine fal
Nil ſatis eſt, inquit. —
Ibidem. * Tantalus à labris ſitiens fugientia captat
Flumina. quid rides? mutato nomine, de te
Fabula narratur: congeſtis vndiq; ſaccis
Indormis inhians: & tanquam parcere ſacris
Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis.
Neſcis quò valeat nũmus, quem præbeat vſum
Panis ematur, olus, vini ſextarius: adde
Lucanus 5. Queis humana ſibi doleat natura negatis.
* Inuenere quidem ſpoliato plurima mundo,

Bel-



Bellorum inſumtus congeſtæ pondera maſſæ,
Sed non impleuit, cupientes omnia, mentes:
Quidquid fodit Iber, quidquid Tagus extulit auri,
Quodq; legit diues ſummis Arimaſpus arenis,
Vt rapiant. —
Seneca Hercul. Oet. * Cupit hic gazis implere famem:
Nec tamen omnis plaga gemmiferi
Sufficit Iſtri, nec tota ſitim
Lydia vincit, nec quæ Zephyro
Subdita tellus, ſtupet aurato
Flumine clarum radiare Tagum:
Nec ſi totus ſeruiat Hebrus,
Ruraque diues cingat Hydaſpes,
Intraque ſuos currere fines
Spectet toto flumine Gangem.
Auidis, auidis natura parum eſt.
Boet.2.2 * Si quantas rapidis flatibus incitus,
Pontus verſat arenas,
Aut quot ſtelliferis edita noctibus,
Cælo ſidera fulgent:
Tantas fundat opes, nec retrahat manum
Pleno copia cornu,
Humanum miſeras haud ideo genus
Ceſſat flere querelas.
Quamuis vota libens excipiat Deus
Multi prodigus auri,
Et claris auidos ornet honoribus,
Nil iam parta videntur:

Sed quæſita vorans ſæua rapacitas
Altos pandit hiatus.
Quæ iam præcipitem frena cupidinem
Certo fine retentent,
Largis cum potius muneribus fluens
Sitis ardeſcit habendi?
Nunquam diues agit, qui trepidus gemens
Seſe credit egentem.

Boet. 3.3 * Quamuis fluente diues auri gurgite
Non expleturas cogat auarus opes,
Oneretque baccis colla rubri litoris,
Ruraque centeno ſcindat opima boue:
Nec cura mordax deſerit ſuperſtitem,
Defunctumq́ue leues non comitantur opes.

Claud. 1 Ruf. * Plenus ſæuitia, lucrique cupidine feruens,
Non Harteſsiacis illum ſatiaret arenis
Tempeſtas pretioſa Tagi, non ſtagna rubentis
Aurea Pactoli: totumq́ue exhauſerit Hermum,
Ardebit maiore ſiti. —

Ibidem. * Illecebris capitur, nimiumq́ue elatus auaro
Paſcitur intuitu. —

Et iterũ. * Creſcebat ſcelerata ſitis, prædaque recentis
Inceſtus flagrabat amor, nullusq́ue petendi
Cogendive pudor: crebris periuria nectit
Blanditiis, ſociat perituro fœdere dextras.
Si ſemel è tantis poſcenti quisq́ue negaſſet,
Effera præ tumido quatiebat corda furore.

Auari



Auari odioſi ſunt omnibus, etiam propinquis.

Non vxor ſaluum te vult, non filius: omnes Flor. 1.
Vicini oderunt, noti, pueri, atque puellæ. Serm. 1.
Miraris, cùm tu argento poſt omnia ponas,
Si nemo præſtet, quem non merearis, amorem?

*PHILTO. De magnis diuitiis ſi quid Plaut.
Demas, plus fit, an minus? LY. Minus pater. ſed Trin.
ciuis
Immunifico ſcis quid cantari ſolet: quod habes,
ne habeas:
Et illud, quod nunc non habes, habeas malum,
quandoquidem
Nec tibi bene eſſe potes pati, nec alteri.

* Viuat Pacuuius, quæſo, vel Neſtora totum: Iuuena-
Poſsideat, quantum rapuit Nero: mõtibus aurũ lis 12.
Exæquet, nec amet quẽquã, nec ametur ab vllo.

Auari timent aſsiduè.

An vigilare metu exanimem, nocteſq́ue dieſq́ue Hor. 1.
Formidare malos fures, incendia, ſeruos, Serm. 1.
Ne te compilent, fugientes: hoc iuuat? horum
Semper ego optarim pauperrimus eſſe bonorum.

Auaro diuitiæ nihil proſunt, cùm eis vti neſciat.

Quid mihi fortuna tantũ? quid regna ſine vſu? Ouid. 1.
Quid niſi poſſedi diues auarus opes? Amor. 6
Si caret medijs taciti vulgator in vndis,
Pomaq́ue, quæ nullo tempore tangat, habet.

Universidad de Deusto Biblioteca



Auarorum excuſatio, ſeu ſub ſpecie boni deceptio, formicæ exemplo.

Horat. 2 *Ille grauem duro terram qui vertit aratro,*
Serm. 1. *Perfidus hic caupo, miles, nautaq́; per omne*
*Audaces mare qui currunt, hac mente laborem*
*Seſe ferre, ſenes vt in otia tuta recedant*
*Aiunt, cùm ſibi ſint congeſta cibaria: ſicut*
*Paruula, nam exẽplo eſt magni formica laboris,*
*Ore trahit, quodcunq; poteſt, atq; addit aceruo*
*Quẽ ſtruit, haud ignara, ac non incauta futuri.*
*Quæ, ſimul inuerſum cõtriſtat Aquarius annum,*
*Non vſquam prorepit, & illis vtitur antè*
*Quæſitis, patiens. —*

Auarorum opes luxu hæredes profundunt.

Claud. bello Gild. *— Quodcunque profunda*
*Traxit auaritia, luxu peiore refundit.*

Auarorum intimatio, reprehenſioque acerrima.

Horat. 3 Car. 24. *Intactis opulentior*
*Theſauris Arabum, & diuitis Indiæ,*
*Cæmentis licèt occupes*
*Tyrrhenum omne tuis, & mare Ponticum:*
*Si figit adamantinos*
*Summis verticibus dira neceſſitas*
*Clauos: non animum metu,*
*Non mortis laqueis expedies caput.*
1 Serm. 1 * *Quid iuuat immẽſum te argẽti põdus, & auri*





*Furtim defoſſa timidum deponere terra?*
*Quod ſi comminuas, vilem redigatur ad aſſem.*
*At, ni id fit, quid habet pulcri conſtructus aceruus?*
*Millia frumenti tua triuerit area centum,*
*Non tuus hoc capiet venter plus, quã meus. —*
* *Sed quis nũc alius, qua mũdi parte, quis audet* Iuuenalis 12.
*Argento præferre caput, rebusq́; ſalutem?*
*Non propter vitam faciunt patrimonia quidã,*
*Sed vitio cæci propter patrimonia viuunt.*
* *Sed quò diuitias hæc per tormenta coactas,* Idem 14
*Cùm furor haud dubius, cũ ſit manifeſta phreneſis,*
*Vt locuples moriaris, egenti viuere fato?*
* *Vende animã lucro, mercare, atq; excute ſollers* Perſius 6.
*Omne latus mundi, ne ſit præſtantior alter*
*Cappadocas rigida pingues pauiſſe cataſta.*
*Rem duplica. feci: iam triplex, iam mihi quartò,*
*Iam decies redit in rugam. depinge, vbi ſiſtam,*
*Inuentus, Chryſippe, tui finitor aceruì.*
* *Rape, congere, aufer, poſſide, relinquẽdum eſt.* Martialis 8.
Auaris diuitiæ nil ſunt, niſi temperato ſplendeat vſu.

Horat. 2 Car. 2. *Nullus argento color eſt, auaris*
*Abdito terris, inimice lamnæ*
*Criſpe Salluſti, niſi temperato*
*Splendeat vſu.*

Stat. 10.
Theb.

### AVDACIA.

Idem 10. Audaciam reprimendam eſſe, exhortati
Theb. dignissima.
*Ille monet, ne frena animo permitte calenti:*
Ouid. 10 *Da ſpatiũ, tenuẽq́; morã: mala cũcta miniſt*
Met. *Impetus: hoc oro munus concede parenti.*
Virg. 6. *— Adde moram ſceleri, & mettre quod aud*
Æn. *— In audaces non eſt audacia tuta.*
Tibul-
lus 1.2. Audentes Deus iuuat, ſeu fortuna, vt
vulgò aiunt.
Virg. 10. *Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito.*
Æn. * *Audendum eſt, fortes adiuuat ipſa Venu*
Claud. * *Audentes fortuna iuuat. —*
ad Pro- * *Fors iuuat audentes, priſci ſententia vatu.*
binum. *— Audentes Deus ipſe iuuat.*
Ouid. 10 *— Audebimus vltima, dixit.*
Met. *Viderit, audentes Forsq́; Venusq́; iuuat.*
Ouid. 2. * *Fortes fortuna adiuuat.*
Faſt. *— Stetimus tamen, & Deus adfuit auſis,*
Terent. *Qui idem iterum aderit credo Deus.*
Phorm.
Val.

### AVDITVS.

Flaccus
4. Auditui viſus ſemper eſt præferendus.
*Segnius irritant animos demiſſa per aurem,*
Hor. *Quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus, & qu*
Art. *Ipſe ſibi tradit ſpectator. —*
Idem 1. * *Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures.*
Epiſt. 18.

Audi-



Auditum viſui præferens laudandus
non eſt.
*Non laudãdus eſt, qui plus credit quæ audit, quã* Plaut.
*Quæ videt. non placet cùm illi plus laudant quæ* Trin.
*audiunt,*
*Quam quæ vident. pluris eſt oculatus teſtis v-*
*nus, quam auriti*
*Decem. qui audiunt, audita dicunt: qui vident,*
*plane ſciunt.*

### AVLA.

Aula in ſublimi fraudes, & ſcelera
maximè regnant. Sen.
*Fratus ſublimi regnat in aula.* Hipp.
* *Vt nemo doceat fraudis, & ſceleris viam,* Idem
*Regnum docebit.* Thyeſte.
Aula exeat pius eſſe volens.
*— Exeat aula* Lucan. 1.
*Qui volet eſſe pius. virtus & ſumma poteſtas*
*Non coeunt.*

### AVTVMNVS.

Autumnus eſt morboſus.
*Sæpe ſub autumno, cùm formoſiſsimus annus,* Ouid. 2.
*Plenaq́; purpureo ſubrubet vua mero,* Art.
*Cũ modò frigoribus premimur, modò ſoluimur*
*æſtu,*
*Aëre non certo corpora languor habet.*

Universidad de Deusto Biblioteca

## AVXILIVM.

Auxilium inferendum eſt mora ſeclu[ſa]

Ouid. 4. Met. — Ad opem breuis hora ferenda eſt.

2 Pont.6 * Brachia da laſſo potius prendenda natanti,
Nec pigeat mento ſuppoſuiſſe manum.

Auxilii diuini imploratio diſertiſſima.

Virg. 2. Æn. Iupiter omnipotens, precibus ſi flecteris vllis,
Adſpice nos, hoc tantum: & ſi pietate meremur,
Da deinde auxiliũ pater, atq; hæc omnia firma.

Auxilii imploratio diſertiſſima.

Virg.1. Æn. Ad te confugio, & ſupplex tua numina poſco.

Virg.2. Æn. * Quod te per ſuperos, & conſcia numina ver[i],
Per, ſi qua eſt quæ reſtat adhuc mortalib. vſq[uam]
Intemerata fides, oro, miſerere laborum
Tantorum, miſerere animi non digna ferent[is].

Ouid. Epiſt. 2. * Victa precor, genibuſq; tuis regalia tendo
Brachia. —

1Triſt.4 * Quò magis, ô pauci, rebus ſuccurrite laſſis,
Et date naufragio litera tuta meo.

B.

## BEATITVDO.

Beatitudo hac in vita non eſt, nec eſſe poteſt ante obitum.

— Sci



— Scilicet vltima ſemper Ouid. 3.
Exſpectanda dies homini eſt, dicíq; beatus Met.
Ante obitum nemo, ſupremaq; funera debet.

* Dico tũc vitã beatam, cùm peracta fata ſunt. Solon per Auſ.

Ad veram beatitudinem omnes vocantur, vbi conſummata requies eſt.

Huc omnes pariter venite capti, Boet.3. 10.
Quos fallax ligat improbus catenis
Terrenas habitans libido mentes.
Hic erit vobis requies laborum:
Hic portus placida manens quiete:
Hoc patens vnum miſeris aſylum.

Beatus bonus, ſapienſve tãtum eſſe poteſt.

Tu rectè viuis, ſi curas eſſe, quod audis. Horat. 1
Iactamus iam pridem omnis te Roma beatum: Epiſt.16.
Sed vereor ne cui de te plus, quàm tibi, credas,
Néve putes alium ſapiente, bonoq; beatum.

Beatus dicitur qui aduerſa æquanimiter ſuffert.

Beatus es, ni vnum deſit, animus, qui modeſtè iſtæc ferat. Terent. Phorm.

Beatus poſſidens multa, non eſt, nec rectè dicitur, ſed potius virtute præditus.

Non, poſſidentem multa, vocaueris Hor.4. Carm.9
Rectè beatum: rectius occupat
Nomen beati, qui Deorum
Muneribus ſapienter vti,
Duramq; callet pauperiem pati,

Universidad de Deusto
Biblioteca



Pectuſq́; letho flagitium timet:
Non ille pro charis amicis,
Aut patria timidus perire.

Beati diuina viſione illuſtrati, cæleſtia, non terrena cernunt, vt de Pompeio Magno dicitur.

Non illuc auro poſiti, nec thure ſepulti — Lucanus 9.
Perueniunt. illic poſtquam ſe lumine vero
Impleuit: ſtellaſq́; vagas miratur, & aſtra
Fixa polis: vidit quanta ſub nocte iaceret
Noſtra dies, riſitque ſui ludibria trunci.

[Supra de eodem titulo: Anima Dei in contemplatione ſita, &c ]

Beatorum gaudia immenſa atque ſincera ſunt, necnon eorum loca amœniſſima eſſe dicuntur, moraliter.

Aſt aliam (ſcilicet portam) tentare nefas, & — Val. Flacc. 1.
dere contra.
Rara, & ſponte patet, ſi quando pectore ductor
Vulnera nota gerens. galeis præfixa, rotiſq́;
Cui domus aut ſtudium mortales pellere curas,
Culta fides, longeq́; metus, atq́; ignota cupido.
Seu venit in vittis, caſtaq́; in veſte ſacerdos.
Quos omnes lenis plauſus, & lampade quaſſat
Progenies Atlantis agit. lucet via latè
Igne Dei, donec ſiluas, & amœna piorum
Deueniant, campoſq́; vbi Sol totumq́; per annum
Durat aprica dies, thyaſiq́; choriq́; virorum,
Car-



Carminaq́; & quorũ populis iam nulla cupido.
* Hic choreæ, cantuſq́; vigent, paſſimq́; vagãtes — Tibullus 1.3.
Dulce ſonant tenui gutture carmen aues.
Fert caſiam non culta ſeges, totoſq́; per agros
Floret odoratis terra benigna roſis.
* Amiſſum ne crede diem, ſunt altera nobis — Claud. 2 de raptu Proſerp.
Sidera, ſunt orbes alij: lumenq́; videbis
Purius: Elyſioſq́; magis mirabere campos,
Cultoreſq́; piis illic pretioſior ætas:
Aurea progenies habitat, ſemperq́; tenemus
Quod Superi meruere ſemel: nec mollia deſunt
Prata tibi. Zephyris illic melioribus halant
Perpetui flores, quos nec tua protulit Ætna.
Eſt etiam lucis arbor prædiues opacis,
Fulgentes viridi ramos curuata metallo.
Hæc tibi ſacra datur, fortunatumq́; tenebis
Autumnum, & fuluis ſemper ditabere pennis.

---

## BELLVM.

Bellum ex cupiditate ortum habet.

Hinc vſura vorax, auidumq́; in fenore tempus: — Luca. 1.
Et concuſſa fides, & multis vtile bellum.
* Quis fuit, horrendos primus qui protulit enſes? — Tibul. 1.
Quàm ferus, & verè ferreus ille fuit?
Tunc cædes hominum generi, tunc prælia nata,
Tunc breuior diræ mortis aperta via eſt.
At nihil ille miſer meruit: nos ad mala noſtra
Vertimus, in ſæuas quod dedit ille feras.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Diuitis hoc vitium eſt auri: nec bella fuerun*
*Faginus adſtabat dum ſcyphus ante dap*
*Non arces, non vallus erat, ſomnumq́ peteb*
*Securus varias dux gregis inter oues.*

Belli amor creuit maximè.

Virg. 1 Georg. *Quippe vbi fas verſum, atq; nefas: tot bell*
*orbem,*
*Tam multæ ſcelerum facies: non vllus ara*
*Dignus honos, ſqualent abductis arua colon*
*Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem*
*Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bel*
*Vicinæ ruptis inter ſe legibus vrbes*
*Arma ferunt: ſæuit toto Mars impius orbe:*
*Vt cùm carceribus ſeſe effudere quadrigæ,*
*Addūt ſe in ſpatia, & fruſtra retinacula ten*
*Fertur equis auriga, neq; audit currus habe*

Belli ciuilis cauſſæ quæ ſunt.

Luca. 1. *Fert animus cauſſas tantarum expromere re*
*Immēſumq́; aperitur opus, quid in arma fure*
*Impulerit populum, quid pacem excuſſerit or*
*Inuida fatorum ſeries, ſummisq́; negatum*
*Stare diu, nimioq́; graues ſub pondere lapſus.*
Ibidem. *— Tu cauſſa malorum*
*Facta tribus dominis communis Roma, nec v*
*quam*
*In turbam miſſi feralia fœdera regni.*

Belli ciuilis, necnon generalis reprehenſio aſperrima.

Qu



*Quo, quo ſceleri ruitis? aut cur dexteris* Horat.
*Aptantur enſes conditi?* Epod. 7.
*Parumne campis, atque Neptuno ſuper*
*Fuſum eſt Latini ſanguinis? &c.*
*Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus*
*Vnquam, niſi in diſpar, feris.*
*Furor ne cæcus, an rapit vis acrior?*
*An culpa? reſponſum date.*
*Tacent, & ora pallor albus inficit,*
*Mentesq; perculſæ ſtupent.*
**Quis furor ô ciues? quæ tanta licentia ferri,* Lucan.
*Gentibus inuiſis Latium præbere cruorem?* 1.
*Cumq; ſuperba foret Babylon ſpolianda tropæis*
*Auſoniis, vmbraq; erraret Craſſus inulta:*
*Bella geri placuit nullos habitura triumphos.*
*Heu quantum terræ potuit, pelagiq; parari*
*Hoc, quem ciuiles hauſerunt ſanguine dextræ.*
**Nobilitas cum plebe perit, latéque vagatur* Idem 2.
*Enſis, & à nullo reuocatum eſt pectore ferrum.*
*Stat cruor in templis, multaq; rubentia cæde*
*Lubrica ſaxa madent, nulli ſua profuit ætas,*
*Non ſenis extremum piguit feruentibus annis*
*Præcipitaſſe diem, nec primo in limite vitæ*
*Infantis miſeri naſcentia rumpere fata.*
*Crimine quo parui cædem potuere mereri?*
*Sed ſatis eſt iam poſſe mori. —*
**Quis furor eſt atrā bellis accerſere mortem?* Tibullus
*Imminet, & tacito clàm venit illa pede, &c.* l. 10.

Universidad de Deusto Biblioteca

*Quàm potius laudandus hic eſt, quẽ ꝑle parat*
*Occupat in parua pigra ſenecta caſa.*
*Ipſe ſuas ſectatur oues: at filius agnos,*
*Et calidam feſſo comparat vxor aquam.*

Belli euentus varius.

Virg. 10. Æn. *Hic magnus ſedet Æneas, ſecumq; volutat*
*Euentus belli varios.* —

Ouid. 7. Met. **Sexta reſurgebant orientis cornua lunæ:*
*Et pendebat adhuc belli fortuna, diuq;*
*Inter vtrunq; volat dubiis victoria pennis.*

Ouid. 1. Amor. 9. **Mars dubius, nec certa Ven*: victiq; reſurgũt,*
*Quosq; neges vnquam poſſe iacere, cadunt.*

*— Nunc belli mala*

Sen. Theb. *Propone, dubias Martis incerti vices.*
*Licet omne tecum Graciæ robur trahas,*
*Licet arma longè miles, ac latè explicet,*
*Fortuna belli ſemper ancipiti in loco eſt.*

Silius 6. *— Et incerti fallax fiducia Martis.*

Bello ſalus nulla eſt, igitur pax ab omnibus poſcenda eſt.

Virg. 11. Æn. *Nulla ſalus belli, pacem te poſcimus omnes.*

Belli tempore portas claudere prodeſt.

Ouid. 1. Amor. 6. *Vrbibus obſeſſis clauſa munimina portæ*
*Proſunt. in media pace quid arma times?*

Ouid. 4. Pont. 9. *— Hic, vbi barbarus hoſtis,*
*Vt ſera plus valeant legibus arma, facit.*

BENEFICENTIA.

Beneficium



Beneficium in bonos collatum haud parum poteſt.

Plaut. Capt. *Quod bonis bene fit beneficium, gratia ea grauida eſt bonis.*

Idem **Si quid bonis boni fit eſſe idẽ & graue, & gratum ſolet.*

Perſ. **Bonis quod bene fit, haud perit.*

Beneficium accipere qui ſcit, ſed reddere neſcit, improbus eſt.

Idem Rud. *— Improbus eſt homo*

Plaut. Perſ. *Qui beneficium ſcit ſumere, & reddere neſcit.*

Beneficii accepti recordatio perpetua eſſe debet, & ad hoc exhortatio digniſſima.

Plaut. Capt. *At ſcire tũ memẽto quãdo hic ꝙ voles habebis.*
*Nam ferè maxima pars morem hunc homines habent, quod ſibi volunt.*
*Dum id impetrant, boni ſunt: ſed id vbi iam penes ſeſe habent,*
*Ex bonis peſſimi, & fraudulentiſſimi ſunt.*

Beneficia alteri impenſa rememoranda non ſunt.

Terent. And. *Si tibi quid feci, aut facio, quod placet Simo:*
*Et id gratum fuiſſe aduerſum te, habeo gratiã.*
*Sed hoc mihi moleſtũ. nam iſtac cõmemoratio,*
*Quaſi exprobatio eſt immemoris beneficii.*

Martialis. **Quæ mihi præſtiteris memini, ſemperq; tenebo.*
*Cur igitur taceo, Poſtume, tu loqueris?*
*Incipio quoties alicui tua dona referre:*
*Protinus exclamat, dixerat ipſe mihi.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Non bellè quædam faciunt duo: ſufficit vnus*
*Huic operi. ſi vis vt loquar, ipſe tace.*
*Crede mihi, quamuis ingentia, Poſtume, dona*
*Auctoris pereunt garrulitate ſui.*

Chilon per Auſon. **Tu bene ſi quid facias, non meminiſſe fas eſt.*

Beneficium cùm opus eſt, à quouis etiam homine accipiendum eſt.

Ter. Adelph. 2. 3. *Abs quiuis homine, cùm opus eſt, beneficiũ accipere gaudeas.*
*Verùm enimuero id demum iuuat, ſi quem æquom eſt benefacere, is facit.*

---

## BLANDITIAE.

Blanditiæ vt deponantur, admonitio notabilis.

Ouid. 3. Amor. 10. *Deſine blanditias, & verba potentia quondã*
*Perdere: non ego ſum ſtultus, vt antè fui.*

---

## BONITAS.

Bonus eſt, qui leges & patrum ſtatuta ad vnguem ſeruat, quiq; ab inimicis etiam extollitur.

Horat. 1. Epiſt. 16. *—Vir bonus eſt quis?*
*Qui conſulta patrum, qui leges, iuraque ſeruat.*

Hor. 1. Epiſt. 16. Terent. Hec. **Namque eo pacto maxime apud te meo erit ingenio fides,*
*Cùm illa quæ nunc in me iniqua eſt, æqua de me dixerit.*

Bonus



Bonus ætatis ſuæ ſpatium ampliat.

*Ampliat ætatis ſpatium ſibi vir bonus, hoc eſt*
*Viuere bis, vita poſſe priore frui.* Martialis 10.

Bonus eſt, qui ſtudet eſſe, quod ab aliis audit.

*Tu rectè viuis ſi curas eſſe, quod audis.* Hor. 1. Epiſt. 16.
*Iactamus iam pridem omnis te Roma beatum.*

Bonus eſt, qui in Deo tantum ſpem collocat, nec pro ipſo tormẽta mortemve horret.

*Vir bonus & ſapiens audebit dicere, Pentheu* Hor. ibidem.
*Rector Thebarum, quid me perferre, patique*
*Indignum coges? adimã bona. nẽpe pecus, rem,*
*Lectos, argentum. tollas licet. in manicis, &*
*Compedibus ſæuo te ſub cuſtode tenebo.*
*Ipſe Deus ſimulatque volam, me ſoluet. opinor,*
*Hoc ſentit, moriar. mors vltima linea rerũ eſt.*

Bonus eſt maximis in diuitiis poſitus qui nõ peccat: quia hoc facile non eſt.

*Tanta tibi eſt recti reuerentia, Cæſar, & æqui,* Martialis 11.
*Quãta Numæ fuerat: ſed Numa pauper erat.*
*Ardua res hæc eſt, opibus non tradere mores.*
*Et cùm tot Crœſos viceris, eſſe Numam.*

Bonus eſt, qui virtutis amore non peccat. Hor. 1. Epiſt. 16.

*Oderunt peccare boni virtutis amore.*

Bonus vt malos non timeat, admonitio illuſtris.

*—Sulcius acer*
*Ambulat, & Caprius, rauci malè, cũq; libellis,* Hor. 1. Serm. 4.
*Magnus vterq; timor latronibꝰ, at, bene ſi quis,*

*Et viuat puris manibus, contemnat vtrumq;*

Bonis bene erit, malis verò econtra.

Plaut. Capt. *Bene merẽti, bene ꝓfuerit: male merẽti, par er*

A bonis quæ expetantur potiſſimum.

Plaut. Trin. *Boni ſibi hac expetunt, rem fidem, honorem,*
*Gloriam & gratiam: hoc probis pretium'ſt.*

Boni rari ſunt.

Auſon. Eidyll. 12. *Vir bonus & ſapiens, qualem vix repperit v*
*Millibus è multis hominum, conſultus Apol*

Iuuenalis 13. **Rari quippe boni, numero vix ſunt totidẽ, qu*
*Thebarum porta vel diuitis oſtia Nili.*

Boni malis parent, idque ſæpiſſimè.

*—Sontibus parent boni.*

Sẽ. Here. fur. *Ius eſt in armis: opprimit leges timor.*

Veteres boni laudantur, ſed eorum mores ritus non obſeruantur.

Ouid. 1. Faſt. *Laudamus veteres: ſed noſtris vtimur annis.*

Bono cõſummatóve viro quæ conueniant

Auſon. Eidyll. 11. *Iudex ipſe ſui, totum ſe explorat ad vnguem,*
*Quid proceres, vanique ferat quid opinio vul*
*Securus: mũdi inſtar habens, teres atq; rotũdu*
*Externæ ne quid labis per læuia ſidat.*
*Ille, dies quàm longus erit ſub ſidere Cancri,*
*Quantaq; nox tropico ſe porrigit in Capricorn*
*Cogitat, & iuſto trutinæ ſe examine penſat,*
*Nequid hiet, ne quid protuberet, angulus æqu*
*Partibus vt coeat, nil vt deliret amuſsis.*
*Sit ſolidũ quodcunq; ſubeſt: nec inania ſubt*

*Indicet*



*Indicet admotus digitis pellentibus ictus.*
*Non priùs in dulcem declinat lumina ſomnum,*
*Omnia quàm longi reputauerit acta diei:*
*Quò prætergreſſus: quid geſtũ in tẽpore, quid nõ:*
*Cur iſti facto decus abſuit, aut ratio illi:*
*Quid mihi præteritum: cur hæc ſententia ſedit,*
*Quam melius mutaſſe fuit: miſeratus egentem*
*Cur aliquem fracta perſenſi mente dolorem:*
*Quid volui, quod nolle bonũ foret: vtile honeſto*
*Cur malus ante tuli: nũ dicto, aut deniq; vultu*
*Perſtrict' quiſquã: cur me natura magis, quàm*
*Diſciplina trahit. ſic dicta, & facta per omnia*
*Ingrediens, ortoq; à veſpere cuncta reuoluens,*
*Offenſus prauis, dat palmam, & præmia rectis.*

---

## BONVM.

Veri boniq; fons eſt Deus.

*Quid enim tenere vel bonũ, aut verũ queant,* Paulinus Auſonio Epiſt. 11.
*Qui non tenent ſummum caput,*
*Veri, boniq; fomitem, & fontem Deum?*

Summa boni quæ ſit.

*Quanã ſumma boni? mẽs, quæ ſibi cõſcia recti.* Bias per Auſon.

Bona noſtratum cognoſcimus, cúm à nobis ſublata ſunt.

*Tum deniq; homines noſtra intelligimus bona,* Plaut. Capt.
*Cùm, quæ in poteſtate habuimus, ea amiſimus.*

Bona citiùs, ac priùs quam mala è medio tolluntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ouid. 2. *Optima prima ferè manibus rapiuntur auaris.*
Amor. *Implentur numeris deteriora ſuis.*
6.

Meliora potiùs facienda, quàm precanda ſunt.

Ouid. 7. *Dii meliora velint: quanquã non iſta precãda*
Met. *Sed facienda mihi. —*

Bona procraſtinanda non ſunt. Nam ea differre ſapientis non eſt.

Tibul. 1. *At ſi tardus eris, errabis, tranſiet ætas,*
4. *Quàm citò, non ſegnis ſtat, remeatque dies.*
*Quàm citò purpureos deperdit terra colores:*
*Quàm citò, formoſas populꝰ alta comas: &c.*
*Vidi iam iuuenem premeret cùm ſerior ætas,*
*Mærentem ſtultos prætеriiſſe dies.*
Martia- **Non bene diſtuleris, videas quod poſſe negari,*
lis 2. *Et ſolum hoc ducas, quod fuit, eſſe tuum.*
*Exſpectant curæque, catenatiq; labores,*
*Gaudia non remanent, ſed fugitiua volant.*
*Hæc vtraq; manu, complexuq; aſſere toto:*
*Sæpe fluunt imo ſic quoque lapſa ſinu.*
*Non eſt, crede mihi, ſapientis dicere, viuam.*
*Sera nimis vita eſt craſtina: viue hodie.*

Bona vera quæ ſint, pauci cognoſcere valent.

Iuuena- *Omnibus in terris, quæ ſunt à Gadibus vſque*
lis 10. *Auroram & Gangem, pauci dignoſcere poſſunt*
*Vera bona, atque illis multum diuerſa, remota*
*Erroris nebula. quid enim ratione timemus,*

Aut



*Aut cupimus? quid tã dextro pede cõcipis, vt te*
*Conatus non pœniteat, votique peracti?*

Ad peragendum bonum exhortatio lepidiſſima.

*Tu quamcunque Deus tibi fortunauerit horã* Hor. 1.
*Grata ſume manu: nec dulcia differ in annum:* Epiſt. 11.
*Vt, quocunque loco fueris, vixiſſe libenter*
*Te dicas. —*
**Ætate fruere, mobili curſu fugit.* Sen.
*Optimos vitæ dies* Hipp.
*Effluere prohibe.*
*— Dum licet, vtere.* Ibidẽ.
*Tempus ſed tacitum ſubruit, horaque.*
*Semper præterita deterior ſubit.*
**Si ſapis, vtaris totis Coline diebus,* Martia-
*Extremumque tibi ſemper adeſſe putes.* lis 4.

Bonum, beneve non vult, niſi qui bene operatur.

*Nequicquam illud verbum'ſt: bene vult, niſi* Plaut.
*qui bene facit.* Trin.

Nihil ſuauius, quám bene rem gerere.

*Quid eſt ſuauius, quam bene rem gerere bono* Plaut.
*publico?* Capt.

Bonum, quodquiſque operatur, ſibi facit. Plaut.

*Quid exprobras bene quod feciſti? tibi feciſti,* Trin.
*non mihi.*

Bonum ſummum ſpeculari qui vult, omniũ terrenarum rerum cupiditates à ſe reſeca-

Universidad de Deusto Biblioteca



re debet: quia ſi nō, quidquid perſpicu
eſt, perdet.

Boët. 3. 12. *Vos hac fabula reſpicit,*
*Quicunque in ſuperum diem*
*Mentem ducere quaritis.*
*Nam qui Tartareum in ſpecus*
*Victus lumina flexerit,*
*Quidquid pracipuum trahit,*
*Perdit, dum videt inferos.*

## BREVITAS.

### Breuitas in docendo habenda eſt.

Hor. *Quidquid pracipies, eſto breuis, vt citò dict*
Art. *Percipiant animi dociles, teneantque fidele*
Ter. ** Quin tu vno verbo dic, quid eſt quod me v*
And. ** Eſt etenim comis breuitas: ſic fama rena*
Auſon. *Pythagorā docuiſſe refert, cúm multa loqu*
Paulino. *Ambiguis ſererent verbis, contra omnia ſo*
Epiſt. 12. *Eſt, reſpondebat, vel, non. ô certa loquendi*
*Regula: nam breuius nihil eſt, nec plenius*
*Qua firmata probant, aut infirmata relid*
*Nemo ſilens placuit, multi breuitate loque*

### Nimia breuitas obſcuram reddit orationem.

Hor. *Decipimur ſpecie recti: breuis eſſe laboro,*
Art. *Obſcurus fio. ſectantem læuia, nerui*
*Deficiunt, animique, profeſſus grandia turg*

### Satis breue eſt, cui nihil demi poteſt.

N



*Non ſunt longa, quibus nihil eſt quod demere* Martia-
*poſsis.* lis 2.

C

## CANTVS.

### Cantus laborem mollit atque fallit.

*Hoc eſt cur cantet vinctus quoq; cōpede foſſor,* Ouid. 4.
*Indocili numero cùm graue mollit opus.* Triſt. 1.
*Cantat & innitens limoſa pronus arena*
*Aduerſo tardam qui vehit amne ratem:*
*Quique refert pariter lentos ad pectora remos,*
*In numerum pulſa brachia verſat aqua.*
*Feſſus vt incubuit baculo, ſaxoque reſedit*
*Paſtor, arundineo carmine mulcet oues.*
*Cantantis pariter, pariter data penſa trahentis*
*Fallitur ancilla, decipiturque labor.*
*Fertur & abducta Lyrneſſide triſtis Achilles*
*Æmonia curas attenuaſſe lyra.*
*Cùm traheret ſiluas Orpheus, & dura canēdo*
*Saxa, bis amiſſa coniuge mæſtus erat.*

### Bonus voce præditus cantare debet.

*Si vox eſt, canta, ſi mollia brachia, ſalta:* Idem 2.
*Et quacunque potes dote placere, place.* Art.

### Cantorum vitium quale ſit.

*Omnibus hoc vitiū eſt cantoribus, inter amicos* Horat. 1.
*Vt nunquam inducant animū cantare rogati:* Serm. 3.
*Iniuſſi nunquam deſiſtant.*

Universidad de Deusto Biblioteca



## CASTITAS.

Caſtitas vxoris dos magna apud Getas.

Hor 3. Carm. 24.

*Dos eſt magna, parentium*
*Virtus, & metuens alterius viri*
*Certo fœdere caſtitas.*

Caſtitatis ſeu virginitatis ſeruandæ confortatio.

Ouid. 1. Met.

*Sæpe pater dixit: generum mihi filia debes.*
*Sæpe pater dixit, debes mihi nata nepotes.*
*Illa velut crimen tædas exoſa iugales,*
*Pulcra verecundo ſuffundens ora rubore,*
*Inque patris blandis hærens ceruice lacertis:*
*Da mihi perpetua, genitor cariſsime, dixit,*
*Virginitate frui, dedit hoc pater ante Dianæ.*

Idem 3. Met.

** Ante, ait, emoriar, quàm ſit tibi copia noſtri.*

Idem Epiſt. 8.

** Pro ſomno lacrymis oculi funguntur obortis:*
*Quaq; licet fugio, ſicut ab hoſte, viro.*

Sen. Herc. fur.

** MEG. Grauent catenæ corpus, & lõga fame*
*Mors protrahatur lenta, non vincet fidem*
*Vis vlla noſtram: moriar Alcide tua.*

Plaut. Perſ.

** PERSA. Tua iſtæc poteſtas eſt, pater, verum tamen*
*Quanquam res noſtræ ſunt, pater pauperculæ,*
*Modicæ, & modeſtæ, meliu' ſt tamẽ ita viuere:*
*Nam vbi ad paupertatem acceſsit infamia,*
*Grauior paupertas ſit, fides ſubleſtior.*

Idem Stiche.

** PIN. Non quo dediſti nuptum abire nolumus.*

Caſtitas



Caſtitas Deo grata eſt.

Tibul. 2. 1.

*Vos quoq; abeſſe procul iubeo. diſcedite ab aris,*
*Queis tulit heſterna gaudia nocte Venus.*
*Caſta placent Superis. —*

Virg. 3. Æn.

** Hac caſti maneant in relligione nepotes.*

Romani vſque adeò caſtitati ſtudebant, vt virgines Veſtales etiam viuas tumularẽt, ob virginitatis violentiam.

Ouid. 6. Faſt.

*Nullaque dicetur vittas temeraſſe ſacerdos*
*Hoc duce, nec viua defodietur humo.*
*Si inceſta perit: quia quam violauit, in illa*
*Conditur: & tellus, Veſtaq; numen idem eſt.*

Iuuenalis 4.

** Inceſtus, cum quo nuper vittata iacebat*
*Sãguine adhuc viuo terram ſubitura ſacerdos.*

## CARMINA.

Vtilitas carminum quæ ſit.

Hor. 2. Epiſt. 1.

*Scribimus indocti, doctique poemata paſsim,*
*Hic error tamen, & leuis, hæc inſania, quantas*
*Virtutes habeat, ſic collige, &c.*
*Torquet ab obſcenis iam tũc ſermonibus aurẽ.*
*Mox etiam pectus præceptis format amicis,*
*Aſperitas, & inuidiæ corrector, & iræ,*
*Recte facta refert: orientia tempora notis*
*Inſtruit exemplis: inopem ſolatur & ægrum.*
*Caſtis cum pueris ignara puella mariti*
*Diſceret vnde preces, vates ni Muſa dediſſet?*
*Poſcit opẽ chorus, & præſentia Numina ſentit.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Cæleſtes implorat aquas, docta prece blandus
Auertit morbos: metuenda pericula pellit:
Impetrat & pa em, & locupletem frugib. an
Carmine Dij ſuperi placantur, carmine Ma
Olymp. *Tum verò ardentes flammati pectoris æſtu
Neme- Carminibus, dulciq; parant releuare queri
ſianus *Cantet amat quod quiſq;, leuant & carmi
Ecl.1. curas.
Idem — Carmina homines beant, ac mori veta
Ecl.4. Dignum laude virum Muſa vetat mori.
Hor.4. Cælo Muſa beat.
Carm. *Vixere fortes ante Agamemnona
6. Multi, ſed omnes illacrymabiles
Idem.4. Vrgentur, ignotique longa
Carm. Nocte, carent quia vate ſacro.
9. *Carmine fit viuax virtus, expersq; ſepulc
Ouid.4. Notitiam ſeræ poſteritatis habet.
Pont.8. *Scinduntur veſtes, gēmæ franguntur, & au
Idem 1. Carmina quam tribuent, fama perēnis er
Amor. *Quem referent Muſæ, viuet, dū robora tell
10. Dum cælū ſtellas, dum vehat amnis aqu

Tibul.1. Carminum vis.

4. Quod mare nō nouit, quæ neſcit Ariona tell
Ouid.2. Carmine currentes ille tenebat aquas.
Faſt. Nomen Arionium Siculas impleuerat vrbe
Ibidē. Captaque erat lyricis Auſonis ora ſonis.
*Protinus in medias ornatus deſilit vndas:
Spargitur impulſa cærula puppis aqua.
Ind



Inde, fide maius, tergo Delphina recuruo
Se memorant oneri ſuppoſuiſſe nouo.
Ille ſedens, citharamq; tenens, pretiūq; vehendi
Cantat, & æquoreas carmine mulcet aquas.
*Altera turbatum plectro moderata profundū Silius 11.
Et tenuit Phocas, & in omni Protea forma
Traxit, & æquoreo portauit Ariona dorſo.
[Ibidē legis & Amphiona lyræ ſonitu Thebanā ciuitatem conſtruxiſſe.]
Saxa Cytheronis Thebas agitata per artem, Propert.
Sponte ſua in muri membra coiſſe ferunt. 3.1.
[Sic & Orpheus carminib. & cithara traxiſſe feras, ſiluas, &c. à poetis fabulatur, eo quod effrenatos hominū animos ſua leniuit doctrina atq; eloquentia: necnō in vnū eos redegit, qui per deuia ibant, ferarumq; more viuebant.]
Threicius quondam vates fide creditur canora Virg.
Mouiſſe ſenſus acrium ferarum, Opuſc.
Atque amnes tenuiſſe vagos.
Et ſurda cantu concitaſſe ſaxa.
Suauiſonosq; modos teſtudinis arbores ſecutæ
Vmbram feruntur præbuiſſe vati.
Sed placidis hominū dictis fera corda mitigauit,
Doctaque vitam voce temperauit:
Iuſtitiam docuit, cœtu quoq; congregauit vno,
Moresq; agreſtes expoliuit Orpheus.

Universidad de Deusto Biblioteca



Hor. Art. *Silueſtres homines ſacer, interpresq; Deor
Cædibus, & victu fœdo deterruit Orpheus:
Dictus ob hoc lenire tigres, rabidosq; leones.
Dictus & Amphion Thebanæ conditor vrb
Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece bland
Ducere quò vellet: fuit hæc ſapiẽtia quonda
Publica priuatis ſecernere, ſacra profanis:
Concubitu prohibere vago: dare iura mari
Oppida moliri: leges incidere ligno.
Sic honor & nomen diuinis vatibus, atque
Carminib. viuit. poſt hos inſignis Homer', &

Carminibus Ouidius ab ineunte ætate deditus fuit.

Ouid. 4. Triſt. 10. At mihi iam puero cæleſtia ſacra placebant,
Inq; ſuum furtim Muſa trahebat opus, &
Sponte ſua carmen numeros veniebat ad ap
Et quod tenebam ſcribere, verſus erat.

Carmina mentis tranquillitatem, nec ſcribentis otium exigunt.

Ouid. Epiſt. 21. Nec mihi, diſpoſitis iungã quæ carmina ner
Proueniunt: vacuæ carmina mentis opus.
Idem 1 Triſt. 1. *Carmina proueniunt animo deducta ſereno:
Nubila ſunt ſubitis tempora noſtra malis.
Carmina ſeceſſum ſcribentis, & otia quærun
Me mare, me venti, me fera iactat hyems.
Hor. 2. Epiſt. 2. *Scriptorum chorus omnis amat nemus, & f
git vrbem.

Carmi-



Carmina honorem debitum non habent, i. virtutes in pretio non ſunt, ſed diuitię.

Quid tibi præcipiã teneros quoq; mittere verſus? Ouid. 3.
Hei mihi non multũ carmen honoris habet. Art.
Carmina laudãtur: ſed munera magna petun-
Dũmodo ſit diues barbarus, ille placet. (tur.
*Ipſe licèt venias Muſis comitatus Homere,
Si nihil attuleris, ibis Homere foras. Ibidẽ.
—Leuibus quem ſæpe cicutis
Ludere conantem vetuiſti fronte paterna, Calpur-
Dicentem Corydon non te ſemel iſta notaui: nius Ecl.
Frange puer calamos, & inaneis deſere Muſas, 4.
Et potius glandes, rubicundaq; collige corna,
Duc ad mulctra greges, & lac venale per vrbẽ
Non tacitus porta. quid enim tibi fiſtula reddet
Quo tutère famem? certè mea carmina nemo,
Præter ab his ſcopulis vẽtoſa remurmurat Echo.

[Vide infrà tit. de Virtute, Virtutis præmium, &c.]

---

## CAVSSAE.

Cauſſa propagationis rerum omniũ eſt caliditas cum humiditate temperata.

Quippe vbi temperiẽ ſumſere humorq; calorq;, Ouid. 1.
Concipiunt, & ab his oriũtur cuncta duobus. Met.
Cũq; ſit ignis aquæ pugnax, vapor humidus oẽs
Reſcreat, & diſcors concordia fetibus apta eſt.

Cauſſas omnium quærere vanum eſt.

Universidad de Deusto Biblioteca



Virg. *Sed fruſtra certis diſponere ſingula cauſsis*
Ætna. *Tentamus. —*
Boët. 5. **Puro clarum lumine Phœbum*
2. *Melliflui canitoris Homerus:*
*Qui tamen intima viſcera terræ*
*Non valet, aut pelagi radiorum*
*Inferna perrumpere luce.*

Cauſſas rerum, qui potuit cognoſcere, is felix.

Virg. 2. *Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſſas.*
Georg.

Cauſſas omnium rerum præſertim diuinarum inueſtigare velle, inſcitia eſt, atq; fas non eſt.

*Nã quæ mortali ſpes eſt, quæ amentia maior*
Virg. *In Iouis errantem regno perquirere velle?*
Ætna. **Emiſsi laqueis quid agãt, quæ carmina dicant,*
Ouid. 3. *Quaq; trahant ſuperis ſedibus arte Iouem,*
Faſt. *Scire nefas homini eſt, nobis conceſſa canentur*

Cauſſas terrenarum rerum inquirere hominis eſt.

Virg. *Sed prior hæc hominũ cura eſt cognoſcere terræ*
Ætna. *Et quæ nunc miranda tulit natura notare:*
*Hæc nobis magna affinis cæleſtibus aſtris.*
Ibidem. **Tãtũ opus ante pedes trãſire & perdere ſegnes*
*Torquere miſeri in paruis. —*
Ibidem. **Leues cruciant animos & corpora cauſſæ.*
Ouid. 3. *— Nobis conceſſa canentur*
Faſt. *Quaq; pio dici vatis ab ore licet.*





Cauſſæ eiuſdem diuerſi quandoq; ſunt effectus, & hoc ob materiæ variam diſpoſitionem.

*Diſcite ſanari, per quem didiciſtis amare:* Ouid. 1.
*Vna manus vobis vulnus, opemq; feret.* Remed.
*Terra ſalutiferas herbas, eademq; nocentes*
*Nutrit: & vrtica proxima ſæpe roſa eſt.*
*Vulnus Achilleo, quæ quondam fecerat hoſti*
*Vulneris auxilium Pelias haſta tulit.*
**Nulla dies adeò eſt Auſtralib. humida nimbis,*
*Non intermiſsis, vt fluat imber aquis:* Idem 4.
*Nec ſterilis locus vllus ita eſt, vt non ſit in illo* Pont. 4.
*Miſta ferè duris vtilis herba rubis.*

Cauſſa iuſta virtutem militis promouet, iniuſta deprimit.

*Frangit, & attollit vires in milite cauſſa:* Propert.
*Quæ niſi iuſta ſubeſt, excutit arma pudor.* 4. 6.

---

## CAECITAS.

Cæcitatis humanę deteſtatio.

*O miſeras hominum mentes, & pectora cæca:*
*Qualibus in tenebris vitæ, quantisq; periclis*
*Degitur hoc æui quodcunque eſt!*
*Pro Superi, quantum mortalia pectora cæcæ*
*Noctis habent. —*

---

## CAELVM.

Cælum peregrinas non patitur paſſiones.

Universidad de Deusto Biblioteca



Ouid.1. Met. *Hæc ſuper impoſuit liquidũ, & grauitate car*
*Æthera, nec quicquã terrenæ fæcis habente*

Cæleſtia ſigna quæ.

Virg. Opuſc. *Primus adeſt Aries, Taurus inſignibus auro*
*Cornibus, & Fratres, & Canceraquatile ſig*
*Tum Leo terribilis Nemees, atq; innuba Virg*
*Libra ſubit, caudaq; Animal quod dirigit ict*
*Armatusq; arcu Chiron, & corniger Hirc*
*Fuſor aquæ ſimul, & fulgenti lumine Piſces.*
Manil.1. * *Aurato princeps Aries in vellere fulgens*
*Reſpicit admirans aduerſum ſurgere Tauru*
*Submiſſo vultu Geminos & fronte vocante*
*Quot ſequitur Cãcer, Cancrũ Leo, Virgo Leo*
*Æquato tum Libra die cum tempore noctis,*
*Attrahit ardenti fulgentem Scorpion aſtro,*
*In cuius caudam contentum dirigit arcum*
*Mixtus equo, volucrẽ miſſurus iamq; ſagitt*
*Tum venit auguſto Capricornus ſidere flex*
*Poſt hunc inflexam diffundit Aquarius vrn*
*Piſcibus aſſuetas auidè ſubeuntibus vndas*
*Quos Aries tangit claudentibus vltima ſign*

Cælum beatorum eſt locus.

Ouid. 1. Met. *Neu regio foret vlla ſuis animalibus orba:*
*Aſtra tenent cæleſte ſolum, formæq; Deoru*
Ibidem. * *Eſt via ſublimis cælo manifeſta ſereno,*
*Lactea nomen habet, candore notabilis ipſo.*
*Hac iter eſt ſuperis ad magni tecta Tonantis*
*Regalemque domum: dextra, læuaq; Deoru*
*Atri*



*Atria nobilium valuis celebrantur apertis.*
*Plebs habitat diuerſa locis, à fronte potentes*
*Cælicolæ, clarique ſuos poſuere Penates.*
*Hic locus eſt, quem, ſi verbis audacia detur,*
*Haud timeam magni dixiſſe palatia cæli.*

Cęlum ardua acquiritur via.

*Ipſe quoque æthereas meritis inuectus es arces:* Ouid. 5.
*Quò non exiguo facta labore via eſt.* Triſt. 4.
* *Non eſt ad aſtra mollis è terris via.* Sen.
* *Tendite in aſtra viri, mea primũ regia mũdo* Herc.
*Iapeti poſt bella truces Phlegræque labores,* fur.
*Impoſuit durum vobis iter, & graue cæli* Val.
*Inſtituit, ſic ecce meus, ſic orbe peracto* Flaccus
*Liber & expertus terras remeauit Apollo.* 1.

Cęlum virtutibus homines adipiſcũtur, non pecunia.

*Virtus recludens immeritis mori,* Hor. 3.
*Cælum, negata tentat iter via.* Carm. 2.
*Cœtusque vulgares, & vdam*
*Spernit humum fugiente penna.*
* *Pulcrum eminere eſt inter illuſtres viros,* Sen. Oct.
*Conſulere patriæ, parcere afflictis, fera.*
*Cæde abſtinere, tempus atque iræ dare*
*Orbi quietem, ſæculo pacem ſuo:*
*Hæc ſumma virtus, petitur hac cælum via.*
*Sic ille patriæ primus Auguſtus parens*
*Complexus aſtra eſt, colitur & templis Deus.*
* *Sed locum virtus habet inter aſtra.*

Universidad de Deusto Biblioteca



Idem — Nulla cælum reparabile gaza.
Herc. * Audendo bella expedias, pigra extulit aſtris
Oct. Haud vnquam ſeſe virtus.—
Val. Cæleſtia cognoſcentes terrena queq; parui
Flac- faciunt, atque contemnunt.
cus 6. Illa fuit, quæ diuitias, quæ deſpicit aurum,
Silius 13. Imperia, & faſces, mollemq; per otia luxum,
Manil. Et blandis aduerſa ſonis, dulcemq; per aures
8. Affectum, & modico noſcenda ad fata labore.

## CIBVS.

Cibus vires debilitatis roborat.

Val. Hæc vbi dicta dedit, Cereris tum munere feſſi
Flac- Reſtituunt vires, & parco corpora Baccho.
cus 2.

Ciborum varietas tam animo, quàm corpori nocet.

— Nam, variæ res
Hor. 2. Vt noceant homini, credas, memor illius eſcæ,
Serm. 2. Quæ ſimplex olim tibi ſederit. at ſimul aſſis
Miſcueris elixa, ſimul conchylia turdis:
Dulcia ſe in bilē vertent, ſtomachoq; tumultum
Lenta feret pituita. vides, vt pallidus omnis
Cœna deſurgat dubia? quin corpus onuſtum
Heſternis vitiis animū quoque prægrauat vnà,
Atq; affigit humo diuinæ particulam auræ.

Ciborum parcus ad omne opus promtus eſt.

Ibidem. Alter, vbi dicto citius curata ſopori

Membra



Mēbra dedit, vegetꝰ præſcripta ad munia ſurgit.

## CHRISTVS.

Chriſti Dei aduentus, verè, & moraliter ſeu piè intelligendo.

Proles vera Dei, cunctiſque antiquior annis, Claud.
Nunc genitus, qui ſemper eras, luciſq; repertor, de laude
Antè tuæ matriſq; parens: quem miſit ab aſtris Chriſti.
Æquæuus genitor, verbique in ſemina fuſum
Virgineos habitare ſinus, & corporis arcti
Iuſſit inire vias, paruaque in ſede morari:
Quem ſedes non vlla capit, qui lumine primo
Vidiſti, quidquid mundo naſcente crearas.
Ipſe opifex, opus ipſe tui, dignatus iniquas
Ætatis ſentire vices, & corporis huius
Diſsimilis perferre modos, hominemque ſubire,
Vt poſsis monſtrare Deum, ne lubricus error,
Et decepta diu varii ſollertia mundi,
Pectora tam multis ſinerent mortalia ſæclis
Auctorem neſcire ſuum.—
* Vltima Cumæi iam venit carminis ætas. Virg.
Magnus ab integro ſæclorum naſcitur ordo. Ecl. 4.
Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna:
Iam noua progenies cælo demittitur alto.
* Vos ô præcipuè nemorum gaudete coloni, Calpur-
Vos populi gaudete mei. licèt omne vagetur nius Ecl.
Securo cuſtode pecus, nocturnaque paſtor 1.
Claudere fraxinea nolit præſepia crate:

Universidad de Deusto Biblioteca



*Non tamen inſidias prædator ouilibus vllas*
*Adferet, aut laxis abiget iumenta capiſtris.*
*Aurea ſecura cùm pace renaſcitur ætas,*
*Et redit ad terras tandem ſqualore ſituque*
*Alma Themis poſito, iuuenemq; beata ſequũtur*
*Sæcula, maternis cauſſam qui luſit in vlnis.*
*Dũ populos Deus ipſe reget, dabit impia vincta*
*Poſt tergum Bellona manus, ſpoliataque telis*
*In ſua veſanos torquebit viſcera morſus,*
*Et, modo quæ toto ciuilia diſtulit orbe,*
*Secum bella geret. nullos iam Roma Philippos*
*Deflebit, nullos ducet captiua triumphos.*
*Omnia Tartareo ſubigentur carcere bella,*
*Immergentq; caput tenebris, lucemq; timebunt.*
*Candida pax aderit, nec ſolùm candida vultus*
*Qualis ſæpe fuit, quæ libera Marte profuſo,*
*Quæ domito ꝓcul hoſte, tamẽ graſſantib. armis*
*Publica diffudit tacito diſcordia ferro.*
*Omne procul vitium ſimulatæ cedere pacis*
*Iuſsit, & inſanos dementia condidit enſeis.*
*Nulla catenati feralis pompa Senatus*
*Carnificum laſſabit opus: nec carcere pleno*
*Infelix raros numerabit Curia patres.*
*Plena quies aderit: quæ ſtricti neſcia ferri,*
*Altera Saturni reuocet Latialia regna,*
*Altera regna Numæ: qui primus ouãtia cæde*
*Agmina, Romuleis & adhuc ardentia caſtris*
*Pacis opus docuit, iuſsitque ſilentibus armis*
*Inter*



*Inter ſacra tubas, non inter bella ſonare.*
*Iam nec adumbrati faciem mercatus honoris,*
*Nec vacuos tacitus faſces, & inane tribunal*
*Accipiet Conſul: ſed legibus omne reductis*
*Ius aderit, moremque fori, vultumque priorem*
*Reddet, & afflictum melior Deus auferet æuũ.*
*Exſultet, quæcunque Notum gens ima iacentẽ,*
*Erectumque colit Boream: quæcunq; vel ortu,*
*Vel patet occaſu, medióve ſub æthere feruit.*
**Illius vt primum ſenſerunt numina terræ,* Idem
*Cœpit & vberior ſuccis fallentibus olim* Ecl. 4.
*Luxuriare ſeges, tandem legumina plenis*
*Vix reſonant ſiliquis: nec præfocata malignum*
*Meſsis habet lolium, nec inertib. albet auenis.*
*Iam neque damnatos metuit iactare ligones*
*Foſſor, & inuento, ſi ſors dedit, vtitur auro:*
*Nec timet, vt nuper, dũ iugera verſat arator,*
*Ne ſonet offenſo contraria vomere maſſa,*
*Iamq; palã preſſo magis, ac magis inſtat aratro.*

Quæ Chriſtus humano generi præſtiterit bona, moraliter & verè.

*Veridicis igitur purgauit pectora dictis,*
*Et finem ſtatuit cupidinis, atque timoris,* Lucret.
*Expoſuitq; bonũ ſummum, quò tẽdimus omnes,* 6.
*Quid foret, atq; viã mõſtrauit tramite paruo,*
*Qua poſſemus ad id recto contendere curſu*
*Quidve mali foret in rebus mortalibus, atque*
*Quod flueret naturali iure, atque veniret*

Seu caſu,ſeu vi,quod ſic natura paraſſet:
Et quibus è portis occurri cuique deceret,
Et genus humanum fruſtra plerumq; probaui
Voluere curarum triſtis in pectore fluctus.
Claud. de Chriſto Seruatore. *Chriſte potens rerum redeuntis conditor aui
Vox ſummi, ſenſusque Dei, quem fudit ab alt
Mente pater, tantique dedit conſortia regni:
Impia tu noſtra domuiſti crimina vita,
Paſſus corporea mundum veſtire figura,
Affarique palam populos, hominemque fateri
Ibidem. *Quin & ſupplici nomen, nexusque ſubiſti,
Vt nos ſubriperes letho, mortemque fugares,
Morte tua.—

Miracula Chriſti.

Claud. de miraculis Chriſti. Angelus alloquitur Mariam, quo praſcia verb
Conciptat, ſalua virginitate, Deum.
Dant tibi Chaldai praenuntia munera reges,
Myrrhā homo, rex aurū, ſuſcipe thura Deu
Permutat lymphas in vina liquentia Chriſtu
Quo primum facto ſe probat eſſe Deum.
Quinq; explent panes, piſces duo, millia quinq
Et Deus ex paruo plus ſupereſſe iubet.
Editus ex vtero cacus noua lumina ſenſit
Et ſtupet ignotum ſe meruiſſe diem.
Lazarus è tumulo, Chriſto inclamāte, reſurgit
Et dura mortis lex reſoluta perit.
Nutantē quatit vnda Petrū, cui Chriſtus in alt
Et dextra greſſus firmat, & ore fidem.

Exſangu



Exſanguis Chriſti contingit femina veſtem:
Stat cruor in venis: ſit medicina fides.
Iuſſus poſt multos graditur paralyticus annos,
Mirandum, lecti portitor ipſe ſui.

Chriſti vox contra damnatos in iudicii vniuerſalis die pronūtianda (moraliter dico) quæ erit. Ea voce ꝓlata atque audita, dæmonum turba in eos ruent.

Praecipitem famuli rapite hūc, cruciataq; duris Ouid. 3. Met.
Corpora tormentis Stygia dimittite morti.
—Ruit omnis in vnum. Ibidem.
Turba furens, cuncta coeūt, trepidūq; ſequūtur,
Iā trepidū, iā verba minus violenta loquentē,
Iam ſe damnantem, iam ſe peccaſſe fatentem.

---

## CLEMENTIA.

Clementiæ vis, & laus ſumma.

Principio magni cuſtos clementia mundi,
Quæ Iouis incoluit Zonam, quæ temperat æthrā
Frigoris, & flammæ mediā, quæ maxima natu Claud. 2. Stil.
Cælicolum. nam prima chaos clementia ſoluit,
Congeriem miſerata rudem, vultuque ſereno
Diſcuſſis tenebris in lucem ſæcula fudit.

Clementia pro aris & templis, hominum pectoribus fruitur.

Hæc Dea pro templis, & thure calentibus aris Ibidem.

Universidad de Deusto Biblioteca

*Te fruitur, poſuitque ſuas hoc pectore ſedes.*

Clementiæ doctrina, præceptaque.

Ibidem. *Hæc docet vt pœnis hominũ, vel ſanguine paſc*
*Turpe, ferumq; putes, vt ferrum Marte cruenti*
*Sic cum pace premas, vt non infenſus alendis*
*Materiam præſtes odiis, vt ſontibus vltro*
*Ignouiſſe velis, deponas ocius iram,*
*Quã moueas, precib. nũquã implacabilis obſte*
*Obuia proſternas, proſtrataq; more leonum*
*Deſpicias. alacres ardent cum ſternere tauros,*
*Tranſiliunt prædas humiles. hac ipſe magiſtra*
*Dat veniam victis: hac exhortante calores*
*Horrificos, & quæ nunquã nocitura timentu*
*Iurgia, contentus ſolo terrore coercet,*
*Ætherei patris exemplo, qui cuncta ſonoro*
*Concutiens tonitru Cyclopum ſpicula defert*
*In ſcopulos & monſtra maris, noſtrique cruor*
*Parcus, in Oetæis exercet fulmina ſiluis.*

Clementiæ germana eſt fides.

Ibidem. *Huic diua germana fides, eademque ſororis*
*Corde tuo delubra tenens ſeſe omnibus actis*
*Inſerit. hæc nullo docuit liueſcere fuco:*
*Nunquã falſa loqui, nunquam promiſſa mora*
*Inuiſos odiſſe palàm, non virus in alto*
*Condere, non lætam ſpeciem prætendere frau*
*Sed certum, mentique parem componere vult*
*Occulto ſæuire vetat, prodeſſe remittit.*

Ibidem. Clementiæ bona, commodaue.





*Hæc & amicitias longo poſt tempore firmat,*
*Manſuroq; adamante ligat, nec mobile mutat*
*Ingenium paruo ſtrepitu, nec vincula nexæ*
*Diſſolui patitur, nec faſtidire priorem*
*Allicitur veniente nouo, benefacta tenere,*
*Reſpuere offenſas facilis, pariterque minoris*
*Officii magnique memor, ſuperare laborat,*
*Vtque hoſtes armis, meritis ſic vincit amicos.*
*Hæc fouet abſentes: hæc longe ſola remotis*
*Conſulit, hæc nullis auidam rumoribus aurem*
*Pandit, vt ignauum nunquam læſura clientem*
*Inſidioſa tuos alienent murmura ſenſus:*
*Non viuis annexus amor, meminiſſe ſepultos*
*Deſinit: in prolem tranſcurrit gratia patrum.*

Clementia res ſuccedunt melius quàm feritate.

*Se iactent alii ſtudeant feritate timeri,*
*Addictoque hominum cumulent æraria cenſu.* Claud.
*Lene fluit Nilus, ſed cunctis amnibus extat* Manl.
*Vtilior, nullas confeſſus murmure vires.* Th.
*Acrior ac rapidus tacitas prætermeat ingens*
*Danubius ripas, eadem clementia ſæui*
*Gurgitis immenſum deducit in oſtia Gangem.*
*Torrentes immanè fremant, lapſiſq; minentur*
*Pontibus: inuoluant ſpumoſo vertice ſiluas.*
*Pax maiora decet, peragit tranquilla poteſtas,*
*Quod violenta nequit, mãdataq; fortius vrget*
*Imperioſa quies.—*

Universidad de Deusto Biblioteca



Clementia nihil in homine melius.

Terent. *—Re ipſa reperi,*
Adel. *Facilitate nihil eſſe homini meli⁹, neq; clemēti[a]*

Clementia timoris maximum remedium eſt.

*Magnum timoris remedium clementia.*

Sen. Oet. Clementia ſola ęquat nobis deos.

Claud. *Si pius in primis. nam cùm vincamur in om[ni]*
4. Hon. *Munere, ſola Deos æquat clementia nobis.*

---

COGNITIO SVI.

Cognoſcunt ſeſe pauci.

Perſius *Vt nemo in ſeſe tentat deſcendere, nemo:*
4. *Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo.*
Hor. 1. **Menius abſentē Noniū cùm carperet: heus t[u]*
Serm. 3. *Quidam ait, ignoras te? an, vt ignotum, da[re]*
*nobis*
*Verba putas? egomet mî ignoſco Menius inqu[it]*
*Stultus & improb. hic amor eſt, dignusq; nota[ri]*
Ter. **Dii veſtrā fidem. itan' comparatā eſſe ho[mi]-*
Heaut. *num naturam omnium,*
*Aliena melius vt videant & iudicent, qu[am]*
*ſua?*
*An eò ſit, quia in re noſtra, aut gaudio ſum[us]*
*præpediti nimio, aut ægritudine?*

Cognoſcere ſeipſum debet vnuſquiſq; in[ſpe]-
ctione propria: & ad hoc admonitio lep[i]-
diſſima.

Deni



*—Denique te ipſum*
*Concute: nū tibi quid vitiorum inſeuerit olim* Horat. 1.
*Natura, aut etiam conſuetudo mala. nanque* Serm. 3.
*Neglectis vrenda filix innaſcitur agris.*
*—Nec te quæſiueris extra.*
**Diſciteq; ô miſeri, & cauſſas cognoſcite rerum:* Perſius
*Quid ſumus, aut quidnā victuri gignimur, ordo* 1. Idem
*Quis dat⁹, aut metæ, quā mollis flexus & vnde.* 3.
*Quis modus argēto, quid fas optare, quid aſper*
*Vtile nūmus habet, patriæ, cariſq; propinquis*
*Quantum elargiri deceat, quem te Deus eſſe*
*Iuſsit, & humana qua parte locatus es in re:*
*Diſce.—*
**Reſpue quod nō es, tollat ſua munera cerdo. (lex.* Idem 4.
*Tecū habita, & noris, quàm ſit tibi curta ſupel-*

Seipſum ignorare & aliena ſcire vituperabile.

*—Illum ego iure* Iuuenalis 11.
*Deſpiciam, qui ſcit quanto ſublimior Atlas*
*Omnibus in Libya ſit montibus: hic tamen idē*
*Ignoret, quantum ferrata diſtet ab arca*
*Sacculus. è cælo deſcendit γνῶθι σεαυτόν,*
*Figendum, & memori tractandum pectore, ſiue*
*Coniugium quæras, vel ſacri in parte ſenatus*
*Eſſe velis. nec enim loricam poſcit Achillis*
*Therſites, in qua ſe traducebat Vlyſſes*
*Ancipitem. ſeu tu magno diſcrimine cauſſam*

Universidad de Deusto Biblioteca



*Protegere affectus: te conſule, dic tibi quis ſis,*
*Orator vehemẽs, an Curtius, an Matho. buc*
*Noſcenda eſt menſura tua, ſpectandaq; rebu*
*In ſummis, minimisq;: etiam cùm piſcis emet*

---

COMMVNIO RERVM.

Communia naturaliter ſunt omnia. De q
vide etiam titulum de Elementis.

Hor. 2. *Nam propria telluris herum natura neq; illu*
Serm. 2. *Nec me, nec quenquam ſtatuit. nos expulit i*
*Illum aut nequities, aut vafri inſcitia iuris,*
*Poſtremùm expellet certè viuacior heres.*

Communia erant omnia antiquitus.

*— Hoc equidem reor*
Sen. *Vixiſſe ritu, prima quos miſtos dies.*
Hip. *Profudit: nulla his auri fuit*
*Cæca Cupido, nullos in campo ſacer*
*Diuiſit agros arbiter populis lapis.*
*Nondum ſecabant credulæ pontum rates.*
Virg 2. ** Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni:*
Georg. *Nec ſignare quidem, aut partiri limite cãp*
*Fas erat: in medium quærebant, &c.*

---

CONCORDIA.

Concordia paruo diues eſt.

Silius 9. *Velle ac nolle ambobus idem, ſociataque læt*
*Mens æuo, ac paruis diues concordia rebus.*

Ad concordiam ſeruandam exhortatio

*Eſte pares, & ob hoc concordes viuite. nam vos* Calpur.
*Et decor, & cantus, & amor ſociauit, & ætas.* Ecl. 2.
** Viuite concordes & noſtrum diſcite munus.* Claud.

Concordiæ maritalis deſcriptio. Epith.

*Sed pia Baucis anus, pariliq; ætate Philemon* Palladij,
*Illa ſunt annis iuncti iuuenilibus, illa* ac Sere-
*Conſenuêre caſa, paupertatemq; ferendo* næ.
*Effecêre leuem: nec iniqua mente ferendam.* Ouid. 8.
*Nec refert dominos illic, famulosve requiras.* Met.
*Tota domus duo ſunt, iidemq; parentq; iubentq;.*

---

CONFESSIO.

Confeſſio peccati erratíve veniam impetrat.

*Mite Deum numen Bacchus, peccaſſe fatentem* Ouid. 11.
*Reſtituit. factiq; fide data munera ſoluit.* Met.
** Numen confeſſis aliquod patet.* Idem 10.

Quæ ſint confeſſionis impedimenta.

*Nunc illud eſt, quod ſi omnes omnia ſua conſilia* Ter.
*conferant,* (adferant, Adel.
*Atq; huic malo ſalutem quærant, auxilij nihil*
*Tot res repentè circumuallant, vnde emergi non*
*poteſt:*
*Vis, egeſtas, iniuſtitia, ſolitudo, infamia.*
*Hoccine ſæculum? ô ſcelera! ô genera ſacrilega!*

Confeſſo peccata remittenda ſunt.

*Qui, ne tuberibus propriis offendat amicum,*
*Poſtulat: ignoſcet verrucis illius. æquum eſt* Horat. 1.
*Peccatis veniam poſcentem, reddere rurſus.* Serm. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Claud. * En adſum, & veniã confeſſus crimina poſco.
Epig. ſa- Manibus Hectoreis atrox ignouit Achilles.
tisfacti- Victrices Furias matris placauit Oreſtes.
onis. Reddidit Alcides Priamo, quas ceperat, arces:
Pellæum iuuenem Regum flexere ruinæ
Darium famulis manibus doluiſſe peremtum
Fertur, & ingenti ſolatus fata ſepulcro,
Tradita captiuo ſpatioſior India Poro.
Conditor hic patriæ, ſic hoſtibus ille pepercit,
Hunc virtus tua digna ſequi. —

---

CONSCIENTIA.

Conſcientia bona æneus eſt homini murus.

Hor. 1. — At pueri ludentes, Rex eris, aiunt,
Epiſt. 1. Si rectè facies. hic murus aëneus eſto:
Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.
Ouid. 4. * Conſcia mens recti famæ mendacia ridet.
Faſt. Sed nos in vitium credula turba ſumus.
Plaut. — Qui non deliquit, decet (loqui.
Amph. Audacem eſſe, & confidenter pro ſe, & proterue

Conſcientiæ ſtimulus nocentem aſſiduè rodit.

Ouid. 1. Eſtur vt occulta vitiata teredine nauis,
Pont. 1. Æquoreos ſcopulos vt cauat vnda ſalis:
Roditur vt ſcabra poſitum rubigine ferrum,
Conditus vt tineæ carpitur ore liber:
Sic mea perpetuos curarum pectora morſus,
Fine



Fine quibus nullo conficiantur, habent.
Nec prius hi mentē ſtimuli, quã vita relinquēt,
Quiq; dolet, citius, quàm dolor ipſe, cadet.
* Conſcia mens vt cuiq; ſua eſt, ita cōcipit intra Idem 1.
Pectora, pro facto ſpemq;, metumq; ſuo. Faſt.
* Exemplo quodcunq; malo committitur, ipſi Iuuena-
Diſplicet auctori. prima hæc eſt vltio, quod ſe lis 13.
Iudice nemo nocens abſoluitur, improba quãuis
Gratia fallacis prætoris vicerit vrnam.
Quid ſentire putas omnes, Caluine, recenti
De ſcelere, & fidei violatæ crimine? —
* Nullá ne periuri capitis, fraudiq; nefandæ Ibidem.
Pœna erit? abreptum crede hũc grauiora catena
Protinus, & noſtro (quid plus velit ira?) necari
Arbitrio. —
— Cur tamen hos tu Ibidem.
Euaſiſſe putes, quos diri conſcia facti
Mens habet attonitos, & ſurdo verbere cædit
Occultum quatiente animo tortore flagellum?
Pœna autē vehemēs, ac multo ſæuior illis, (thus
Quas & Seditius grauis inuenit, aut Rhadamã-
Nocte dieque ſuum geſtare in pectore teſtem.
— Omnes in Cæſare Manes
Hunc omnes gladij, quos aut Pharſalia vidit, Luca. 7.
Aut vltrix viſura dies ſtringente ſenatu,
Illa nocte premũt: hunc infera mõſtra flagellãt.
Heu quantum miſero pœnæ mens conſcia donat. Sen.
* Quid pœna præſens conſcia mentis pauor, Hipp.

*Animuſq; culpa plenus, & ſemet timens?*
*Scelus aliqua tutum, nulla ſecurum tulit.*
Plaut. * *At hoc me facinus miſerum macerat,*
Mil. *Meumque cor, corpuſq; cruciat.*
Ter. * *Vix sũ apud me, ita animus cõmotus eſt metu.*
And. —*Inuigilant animo, ſceleriſq; parati*
Stat.3. *Supplicium exercent curæ: tunc plurima verſat*
Theb. *Peſſimus in dubiis timor.*—
Plaut. * *Nihil eſt miſerius, quã anim⁹ hominis cõſcius.*
Moſtel.

---

## CONFORTATIO.

Lepidiſſima ſui ipſius confortatio.
Ouid.5. *Quid dubitas? & tuta times? accede, rogaq;:*
Triſt.2. *Cæſare nil ingens mitius orbis habet.*
Sen. * *Aude anime, tenta, perage mandatum tuum.*
Hipp. *Intrepida conſtent verba qui timide rogat,*
*Docet negare.*—
[De confortatione afflictorum lege titul. de Afflictione.]

---

## CONSILIVM.

Conſilium bonum, vel ſaluberrimum alteri impendere, & ſibi non poſſe conſulere, flagitium eſt.
Ter. —*Tene iſtuc loqui?*
Heaut. *Nonne flagitium eſt, te aliis conſilium dare,*
Plaut. *Foris ſapere, tibi non poſſe te auxiliarier?*
Epid. * *Quid faciam? meũ rogas? tu quidem*

Ante

Universidad de Deusto Biblioteca



*Ante hac aliis ſolebas dare conſilia mutuæ.*

Salubre conſilium ægrotis ſani facilè dant, at vbi ipſi decumbunt, conſilio egent.

*Facile omnes cum valemus, recta conſilia ægrotis damus,* Ter. And.
*Tu ſi hîc ſis, aliter ſentias.*

Malum conſilium conſultori peſſimum.

*Quàm bene diſpoſitum terris, vt dignus iniqui*
*Fructus conſilij, primis ductoribus inſtet.* Claud.1
*Sic multos fluuio vates arente per annos,* Eutrop.
*Hoſpite qui cæſo monuit placare Tonantem.*
*Inuentas primum Buſiridis imbuit aras.*
*Et cecinit ſæui, quo luxerat, hoſtia ſacri.*
*Sic opifex tauri, tormentorumque repertor,*
*Qui funeſta nouo fabricauerat æra dolori,*
*Primus inexpertum Siculo cogente tyranno*
*Senſit opus, docuitq; ſuum mugire iuuencum.*

Conſilium poſt facta inutile.

*Cùm poteram recto tranſire Ceraunia velo,* Ouid.2.
*Vt fera vitarem ſaxa, monendus eram.* Pont.6.
*Nunc mihi naufragio quid prodeſt dicere facto,*
*Qua mea debuerit currere cymba via?*

Conſilio prius, quàm armis ſapientem experiri decet.

*Omnia prius experiri conſilio, quàm armis ſapientem decet.* Ter. Eun.

Conſilium ex re capiendum eſt. Ouid.1.
*Conſilium nobis reſque locuſque dabunt.* Amor.4

Universidad de Deusto
Biblioteca



## CONSOLATIO.

Conſolandi ſunt homines congruo tempore.

Ouid. 4. *Temporis officium ſolatia dicere certi eſt,*
Pont. 11. *Dum dolor in curſu eſt, dum petit ager opem:*
*At cùm longa dies ſedauit vulnera mentis,*
*Intempeſtiuè qui mouet illa, nouat.*

Conſolari amicum ſcelus non eſt.

Ouid. 3. *Nec ſcelus admittas, ſi conſoleris amicum,*
Pont. 6. *Mollibus & verbis aſpera fata leues.*

## CONSTANTIA.

Conſtantia quibus inſtruat hominem.

Claud. 2 *— Conſtantia, futile ne quid,*
Stil. *Infirmumque geras.*

Conſtantiæ maximæ intimatio, exemplaque celeberrima.

Virg. 4 *Mens immota manet, lacrimæ voluũtur inanes.*
Æn.
*— Flamma Meleagrus ab illa*
Ouid. 8 *Vritur, & cæcis torreri viſcera ſentit*
Met. *Ignibus, ac magnos ſuperat virtute dolores.*
Idem 9 *— Nec tædia cœpti*
Met. *Vlla mei capiam, dum ſpiritus iſte manebit.*
Idem 13 ** Fortis, & infelix, & plus quàm fœmina, virgo*
Met. *Ducitur ad tumulum, diroq; fit hoſtia buſto.*
*Vtere iam dudum generoſo ſanguine dixit,*
*Mors tãtum vellem matrem mea fallere poſſet.*

** Nec*



** Nec piget: aut vnquam ſtultè elegiſſe videbor:* Idem
*Permanet in voto mens mea firma ſuo.* Epiſt. 15.
** Fert tamen, vt debet, caſus patienter amaros.* Idem 5.
*More nec indomiti frena recuſat equi.* Triſt. 5.
*Nec fore perpetuam ſperat ſibi Numinis iram.*
*Conſcius in culpa non ſcelus eſſe ſua.*
*— Eſt animus tibi* Hor. 4.
*Rerumque prudens, & ſecundis* Carm. 9
*Temporibus, dubiisque rectus.*
** Intrepidus quæcũq; datis mihi Numina mortẽ* Luca-
*Accipiam. —* nus 5.
** Ille Deo plenus, tacita quem mente gerebat,* Idem 9.
*Effudit dignas adytis è pectore voces.*
*Quid quæri Labiene iubes? an liber in armis*
*Occubuiſſe velim potiùs, quam regna videre?*
*An ſit vita nihil, ſed longa, an differat ætas?*
*An noceat vis vlla bono? Fortunaque perdat*
*Oppoſita virtute minas? laudandaque velle*
*Sit ſatis, & nũquam ſucceſſu creſcát honeſtum?*
*Scimus & hoc nobis non altius inſeret Hãmon.*
** At Pœni ſuccenſa ira, turbataq; luctu,* Silius 1.
*Et ſæuis gens læta, ruunt, tormentaque portant.*
*Non ignes, candensq; chalybs, nõ verbera paſſim*
*Ictibus innumeris lacerum ſcindentia corpus,*
*Carnificesve manus, penitusve infuſa medullis*
*Peſtis, & in medio lucentes vulnere flammæ*
*Ceſſauere, ferum viſu dictuque per artem*
*Sæuitia extenti, quantum tormenta iubebant.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Creuerunt artus, atque omni ſanguine rupto*
*Oſſa liqueſactis fumarunt feruida membris:*
*Mens intacta manet, ſuperat, ridetq; dolores,*
*Spectanti ſimilis feſſoque labore miniſtros*
Stat. 2. *Increpitat, dominiq; crucem clamore repoſcit.*
Sil. 1. * *Aſt hic, quẽ gemimus, felix, hominesq; Deoſq;*
*Et dubios caſus, & cæca lubrica vitæ*
*Effugit, immunis fati non ille rogauit,*
*Non timuit, metuitve mori.* —
Idem 5. * *Nec tamẽ hic mutata quies, ꝓbitasve ſecũdis*
Sil. 1. *Intumuit: tenor idem animo, moresq; modeſti*
*Fortuna creſcente manent.* —

De Fabii Maximi conſtantia, pete titulum de Aduerſitate.

Silius 3. *An Romana iuga, & famulas Carthaginis arces*
Hanni- *Perpetiar? ſtimulant Manes noctisq; per vmbras*
balis *Increpitans genitor, ſtãt aræ, atq; horrida ſacra*
oratio. *Ante oculos, breuitasq; vetat mutabilis horæ*
*Prolatare diem, ſedeam ne, vt nouerit vna,*
*Me tantum Carthago? & qui ſim neſciat omnis*
*Gẽs hominũ, lethiq; metu decora alta relinquã?*
*Quantũ etenim diſtant à morte ſilentia vitæ?*
Her. 3. * *Fertur pudicæ coniugis oſculum,*
Carm. 5. *Paruosq; natos, vt capitis minor,*
Reguli *A ſe remouiſſe, & virilem*
conſtan- *Toruus humi poſuiſſe vultum,*
tia. *Donec labanteis conſilio patres*
*Firmaret auctor nunquam alias date,*

*Inter-*



*Interque mœrenteis amicos*
*Egregius properaret exſul.*
*Atqui ſciebat, quæ ſibi Barbarus*
*Tortor pararet. non aliter tamen*
*Dimouit obſtantes amicos,*
*Et populum reditus morantem,*
*Quam ſi clientum longa negotia*
*Diiudicata lite relinqueret,*
*Tendens Venafranos in agros,*
*Aut Lacedæmonium Tarentum.*
* *Tum palmas ſimul attollens, ac lumina cælo:* Silius 6.
*Iuſtitia, rectiq; dator, qui cuncta gubernas,* Reguli
*Nec leuior mihi diua fides, Serranaq; Iuno,* oratio.
*Quos reditus teſtes iurata mente vocaui,*
*Sit mihi fas me digna loqui. Latiosq; tueri*
*Voce focos: ibo ad Tyrios non ſegnior, inquit,*
*Stante fide reditus, & ſaluo fœdere pœna.*
*Sic nobis rerum exitio deſiſtite honorem*
*Tendere: tot bellis, totq; annis fregimus æuum.*
*Nunc etiam vinclis, & longo carcere torpent*
*Captiuo in ſenio vires. fuit ille, nec vnquam*
*Dum fuit, à duro ceſſauit munere Martis*
*Regulus: exſangui ſpectatis corpore nomen.*
*At non Carthago fraudũ domus, inſcia quantũ*
*E nobis reſtet. iuuenes parat aſpera ferro*
*Pectora captiuos noſtra penſare ſenecta.*
*Ite dolos contra: gensq; actu fallere læta*
*Diſcat me capto, quantum tibi Roma ſuperſit.*

Universidad de Deusto Biblioteca



*Nec verò pl[a]ceat, niſi quæ de morte parentu[m]*
*P[a]x erit, expoſcunt Liby[c]i, nobiſq́; dedere*
*Hæc referenda, pari libeat ſi pendere bellum*
*Fœdere, & ex æquo geminas conſcribere leg[es]*
*Sed mihi ſit Stygios ante intrauiſſe penates,*
*Talia quam videam ferientes pacta Latin[os]*
*Hæc fatus Tyria ſeſe iam reddidit ira.*
Martialis 1. ** Dum peteret regem decepta ſatellite dext[ra]*
*Iniecit ſacris ſe peritura focis.*
*Sed iam ſæua pius miracula non tulit hoſti[s]*
*Et raptum flammis iuſsit abire virum.*
*Vrere quam potuit contemto Mucius igne,*
*Hanc ſpectare manum Porſena non potu[it]*
*Maior decepta fama eſt & gloria dextra.*
Silius 13 *Si non erraſſet, fecerat illa minus.*
Scipionis conſtantia. ** Tum iuuenis, quæcunq; datur ſors durior*
*Obnitemur, ait, culpa modo pectore ceſſent.*
*— Quantus, qualisque fuiſti*
Silius 7. Camilli conſtantia. *Cùm pulſus Lare & extorris Capitolia cu[r]*
*Intrares exſul, tibi corpora cæſa Camille*
*Damnata quot ſunt dextra? pacata fuiſſe[nt]*
*Ni conſulta viro, menſq; impenetrabilis ir[a]*
Silius 13 Coclitis conſtantia, & fortitudo. *Mutaſſentq́; ſolum ſceptris Æneia regna.*
*Nullaque tunc ſtares terrarum vertice Ro[ma]*
*— Tulit ille ruentem*
*Thybridis in ripas regem, ſolu[t]q́; reuulſo*
*Pone ferox ponte excluſit redeuntia regna.*

Co



Conſtans eſt, qui aduerſa æquè ac proſpera æquanimiter ſuffert.

*Sperat infeſtis, metuit ſecundis* Hor. 2.
*Alteram ſortem bene præparatum* Car. 10.
*Pectus. —*

Conſtantem virum blanda non mouent verba, moraliter.

*Non vmbræ altorum nemorũ, non mollia poſſunt* Virg. 3
*Prata mouere animum. —* Georg.

---

## CONTAGIO.

Contagia ſunt vitanda, nam multa mala inferre ſolent.

*Si quis amas, nec vis facias contagia vites.* Ouid. 2.
*Hæc etiam pecori ſæpe nocere ſolent.* Remed.
*Dum ſpectant læſos oculi læduntur & ipſi:*
*Multaq́; corporibus tranſitione nocent.*
*In loca nonnunquam ſiccis arentia glebis*
*De prope currenti flumine manat aqua.*
*— Dedit hanc contagio labem,* Iuuenalis 2.
*Et dabit in plures ſicut grex totus in agro.*
*Vnius ſcabie cadit, & porrigine porci,*
*Vuaq́; conſpecta liuorem ducit ab vua.*
** Nec mala vicini pecoris contagia lædent.* Virg. Ecl. 1.
** Quis non è timidis agri contagia vitat,*
*Vicinum metuens ne trahat inde malum?* Ouid. 3. Pont. 2.

Contagia malorum hominum nihil nocent purè ac bene viuenti.

Universidad de Deusto Biblioteca



Paulin. *Nonrecipit menspura malũ, neq; leuibus h*
Auſonio *Inſperſæ fibris maculæ: ſic Vaſcone ſaltu*
Epiſt. 15. *Quisquis agit purus ſceleris vitã inter ini*
*Nullæ ab inhumano morum contagia duct*
*Hoſpite.* —

---

## CONVICIVM.

Conuicium indignis ſi dicitur, maledict
Plaut. ſi verò dignis, benedictum eſſe dicitu
Curc. *Indignis ſi malèdicitur, maledictum id eſſe*
*Verùm ſi dignis dicitur, benedictum'ſt meo*
*dem animo.*

---

## CORRECTIO.

Corrigere opus aliquod, quam ſcribere laborioſius.

Ouid. 1. *Cùm relego, ſcripſiſſe pudet: quia plurima ce*
Pont. 6. *Me quoque, qui feci, iudice digna lini.*
*Nec tamẽ emẽdo: labor hic, quã ſcribere ma*
*Mensq; pati durum, ſuſtinet ægra nihil.*
Idem 3. * *Scribentem iuuat, ipſe fauor, minuitq; labo*
Pont. 9. *Cumque ſuo creſcens pectore feruet opus.*
*Corrigere at res eſt tantò magis ardua, quant*
*Magnus Ariſtarcho maior Homerus erat.*

---

## CREDVLITAS.

Ouid. 3. Credendum citò non eſt.
Art. *Nec citò credideris, quantum citò credere lædat*

Exem-



*Exemplum vobis non leue Procris erit.*

Nulla res tam facilis eſt, quin initio difficilis ſic creditu.

*Sed neq; tam facilis res vlla'ſt, quin ea primum* Lucr. 2.
*Difficilis magis ad credendum conſtet. itemq;*
*Nil adeo magnum, neq; tam mirabile quicquã,*
*Quod non paullatim minuant mirarier omnes.*

Propriæ potius conſcientiæ credendum quàm alterius encomio.

*Tu rectè viuis, ſi curas eſſe, quod audis.*
*Iactamus tam pridem omnis te Roma beatum:* Hor. 1.
*Sed vereor ne cui de te plus, quàm tibi, credas,* Epiſt. 6.
*Néve putes alium ſapiente, bonoq; beatum.*

Credibilia, ſcilicet, credenti nihil nocent.

— *At vos, quod quisque loquatur,* Ouid. 2.
*Credite: credenti nulla procella nocet.* Amor.
*Vix equidem credar, ſed cùm ſint præmia falſi* 11.
*Nulla, ratam debet teſtis habere fidem.* Idem 3.

--- Triſt. 10.

## CRVDELITAS.

Crudelitatis maximæ intimatio.

*Te lapis & montes, innataque rupibus altis* Ouid.
*Robora, te ſæuæ progenuere feræ.* Epiſt. 7.
*Sæuior es triſti Buſiride, ſæuior illo,* Idem 3.
*Qui falſum lento torruit igne bouem.* Triſt. 11.
*Quiq; bouem Siculo fertur donaſſe tyranno,*
*Et dictis artes conciliaſſe ſuas.*
— *Quid ſanguine Manes* Luca. 2.

Universidad de Deusto Biblioteca



*Placatos Catuli referam? ùm victima tri*
*Inferias Marius, forſan nolentibus umbris,*
*Pendit inexpleto non fanda piacula buſto:*
*Cùm laceros artus, æqu itaq́ʒ vulnera mem*
*Vidimus, & toto quamuis in corpore caſ.*
*Nil animæ lethale datum, moremq́ʒ nefan*
*Dirum ſæuitiæ pereuntis parcere morti.*
*Auulſæ cecidere manus, exſectaq́ʒ lingua*
*Palpitat, & muto vacuum ferit aëra mot*
*Hic aures, alius ſpiramina naris aduncæ*
*Amputat: ille cauis euoluit ſedibus orbes,*
*Vltimaq́ʒ effodit ſpectatis lumina membris.*
*Vix erat ulla fides, tam ſæui criminis unum*
*Tot pœnas cepiſſe caput. ſic mole ruinæ*
*Fracta ſub ingenti miſcentur pondere mem*
*Nec magis informes veneunt ad litora trun*
*Qui medio periere freto.—*
Claud. 1. *— Quis prodere tanta relatu*
Ruff. *Funera, quis cædes poſſet deflere nefandas?*
*Quid tale immanes unquam geſsiſſe ferun*
*Vel Scinis Iſthmiaca pinu, vel rupe profund*
*Scyron, vel Phalaris tauro, vel carcere Sylla*
*O mites Diomedis equi, Buſiridis aræ*
*Clementes, iam Cinna pius: iam Spartace*
*Rufino collatus eris —*
Ouid. 6. * *Filia carpento patrios initura penates,*
Faſt. *Ibat per medias alta feroxque vias.*
Tullia. *Corpus ut adſpexi, lacrymis auriga profuſis*
*Re*



*Reſtitit, hunc tali corripit illa ſono.* Seruij
*Vadis, an exſpectas pretium pietatis amarum?* Tullij
*Duc inquam inuitas ipſa per ora rotas.* crudeli-
*Certa fides facti eſt, dictus Sceleratus ab illa* tas.
*Vicus, & æterna res ea preſſa nota eſt.*
[Ob hoc tam immane facinus Tullia non ſolum hic punita eſt: ſed & apud inferos acerrimas pœnas ſuſtinet.]
*Dedit infandi* Sen.
*Sceleris pœnas cum Tarquinio* Cæ.
*Tullia coniux, quæ per cæſi*
*Membra parentis egit ſæuos*
*Impia currus, laceroque ſeni*
*Violenta rogos nata negauit.*
* *Cùm ſubito adſpectu turbatus Scipio, poſcit* Silius 13
*Quæ pœnæ cauſa, & qui ſint in crimine Manes.*
*Tum virgo, patrios fregit quæ curribus artus,*
*Et ſtetit adductis ſuper ora trementia frenis*
*Tullia, non ullos ſatis exhauſtura labores,*
*Ardenti Phlegetonte natat. fornacibus acris*
*Fons rapidus furit, atq́ʒ uſtas ſub gurgite cautes* Ouid. 1.
*Egerit, & ſcopulis pulſat flagrantibus ora.* Amor.
* *Ex quibus exierat, traiecit viſcera ferro* 10.
*Filius, & pœnæ cauſſa monile fuit:*
* *Præfixo paribus ligno mucronibus omnes* Silius 6.
*Armantur laterum crates, denſusq́ʒ per artem* Pœnorũ
*Texitur erectis, ſtantisq́ʒ ex ordine ferri* in Regu-
*Infelix ſtimulus, ſomnisq́ʒ hac fraude negatis* lum cru-
delitas.

*Quoſcunq; inflexus producto tempore tortor*
*Inclinauit iners, fodiunt ad viſcera corpus.*
Luca. 2. ** Sylla quoq; immenſis acceſsit cladibus vl*
*Ille quod exiguum reſtabat ſanguinis vrbi*
*Hauſit, dumq; nimis iã putrida mẽbra reci*
*Exceſsit medicina modum, nimiumq; ſecuta*
*Qua morbi duxere manus, periere nocentes*
*Sed cùm iam ſoli poſſent ſupereſſe nocentes,*
*Tunc data libertas odiis, reſolutaq; legum*
*Frenis ira ruit. non vni cuncta dabantur.*
*Sed fecit ſibi quisq; nefas, ſemel omnia victor*
*Iuſſerat. infandum domini per viſcera ferru*
*Exegit famulus: nati maduere paterno*
*Sanguine: certatum eſt, cui ceruix caſa pare*
*Cederet: in fratrum ceciderunt præmia frat*
*Buſta repleta fuga, permiſtaq; viua ſepultis*
*Corpora: nec populum latebræ cepere ferarũ*
*Hic laqueo fauces, eliſaq; guttura fregit:*
*Hic ſe præcipiti iaculatus pondere, dura*
*Deſiluit percuſſus humo, morteſq; cruento*
*Victori rapuere ſuas: hic robora buſti*
*Exſtruit ipſe ſui, necdum omni ſanguine fuſo*
*Deſilit in flammas, & dum licet, occupat ign*
*Colla ducum pilo trepidam geſtata per vrbe*
*Et medio congeſta foro cognoſcitur illic*
* iacet. *Quidq; d vbiq; * latet ſcelerũ. nõ Thracia tan*
*Vidit Biſtonij ſtabulis pendere tyranni:*
*Poſtibus Antæi Libya: nec Græcia mærens*





*Tot laceros artus Piſæa fleuit in aula.*

Crudelitatis reprehenſio perpulcra.

*Quæ tibi res animos in me facit improbe? curve* Ouid. 5.
*Caſibus inſultas, quos potes ipſe pati?* Triſt. 9.
*Nec mala te reddunt mitẽ, placidumve iacenti*
*Noſtra quibus poſſunt illacrymare feræ, &c.*
*Exiget at dignas vltrix Rhamnuſia pœnas,*
*Impoſito calcas quod mea facta, pede.*
** Dij te ſummoueant ô noſtri infamia ſecli* Idem 7
*Orbe ſuo, tellusq; tibi, pontusque negetur.* Met.

Ad crudelitatem deponendam exhortatio. Martialis 9.

*Deponas animos truces monemus.*

Crudelis exiſtens multos caueat. Periand. per Auſ.

*Multis terribilis, caueto multos.*

## CVLPA.

Culpæ conſcius dum reprehenditur, pallet, ſtupet, ac tacet.

*Heu quã difficilè eſt crimen non prodere vultu.* Ouid. 2
** Furor ne cæcus, an rapit vis acrior?* Met.
*An culpa? reſponſum date.* Hor. 7.
*Tacent, & ora pallor albus inficit,* Epod.
*Menteſque perculſæ ſtupent.*
** Enſe velut ſtricto, quoties Lucidius ardens* Iuuenal. 1. ſ.
*Infremuit, rubet auditor cui frigida mens eſt.*
*Criminibus tacita ſudant præcordia culpa*
*Inde iræ, & lacrimæ. —*
** Effare. dubitas? cur genas mutat color?* Sen. Oedipo.

Universidad de Deusto Biblioteca



*Quid verba quæris? veritas odit moras.*

Culpa cui obiecta eſt, omne quod dubium putat, odit.

Sen. *— Quiſquis in culpa fuit,*
Oedipo. *Demiſſus, omne odit quod dubium putat.*

Culpa nemo carere dicitur.

Ter. *Mulier fecit. mirandum ne id eſt? cenſen' te*
Hec. *Vllam reperire mulierem, quæ careat culpa?*
*An quia non delinquunt viri?*

Culpa vacans confidenter pro ſe loqui debet.

Plaut. *Mulier es, audacter iuras.* ALC. *quæ non de-*
Amph. *liqui, decet*
*Audacē eſſe, confidēter pro ſe, & proteruè loqui.*
Plaut. ** Decet innocentem ſeruum, atq; innoxium*
Capt. *Confidentem eſſe, ſuum apud herum potiſſimum.*

Culpa ſi non reciditur ſupplicio, nihil proſunt triſtes querimoniæ.

Horat. 3 *Quid triſtes querimoniæ*
Car. 24. *Si non ſupplicio culpa reciditur?*

---

CVPIDITAS.

Cupiditatis ſedes iecur.

Claud. 4 *At ſibi cuncta petens, nil collatura cupido*
Hon. *In iecur, & tractus imos compulſa receſsit.*
*Quæ velut immanes reſerat dum bellua rictus,*
*Expleri, paſciq; nequit, nunc verbere curas*
*Torquet auaritia, ſtimulis nunc flagrat amoris.*
*Nunc*



*Nunc gaudet, nunc mæſta dolet, ſatiataq; rurſus*
*Exoritur, cæſaque redit pollentius hydra.*

Cupiditas diuitiarum, malorum ferè omnium cauſſa eſt.

*— Quid non mortalia pectora cogis*
*Auri ſacra fames?* Virg. 3
** Conſilium ſapiens, ſceleris niſi præmia, magnas* Æn.
*Adieciſſet opes, animi irritamen auari.* Ouid. 13
*— Concidit auguris* Met.
*Argiui domus, ob lucrum* Horat. 3
*Demerſa exſcidio. diffidit vrbium* Car. 16.
*Portas vir Macedo, & ſubruit æmulos*
*Reges muneribus. munera nauium*
*Sæuos illaqueant duces.*
** Inde ferè ſcelerum cauſſa, nec plura venena* Iuuena-
*Miſcuit, aut ferro graſſatur. ſæpius vllum* lis 14.
*Humanæ mentis vitium, quàm ſæua cupido*
*Indomiti cenſus. nam diues qui fieri vult,*
*Et cito vult fieri. ſed quæ reuerentia legum,*
*Quis metus aut pudor eſt vnquā properantis a-*
** Rupere fœdus impius lucri furor,* (uari?
*Et ira præceps.* Sen.
Hipp.
** Odi ego aurū, multa multis ſæpe ſuaſit perperā.* Plaut.
** Denique auarities, & honorum cæca cupido,* Capt.
*Quæ miſeros homines cogunt tranſcendere fines* Lucret. 3.
*Iuris, & interdum ſocios, ſcelerumque miniſtros*
*Noctes atq; dies niti præſtante labore*
*Ad ſummas emergere opes.*

Idem 5. * Nunc aurum & purpura curis
Exercent hominum vitam, belloq́; fatigant.
Silius 13 * Prodigere in bellum facilis præmiſſa feroci
Augebant animos argenti pondera, & auri.

Cupiditas habendi maxime creuit.

Virg. —Subter
Ætna. Scrutamur rimas, euertimus omne profundum
Quæritur argenti ſemen, nunc aurea vena.
Boet. 2. 5 * Sed ſæuior ignibus Ætnæ
Feruens amor ardet habendi.

Cupiditas hominum finem non habet.

Ouid. 1 Faſt. Vix ego Saturno quenquam regnante videbam
Cuius non animo dulcia lucra forent.
Tẽpore creuit amor, qui nunc eſt ſummus, habendi,
Vix vltra quò iam progrediatur, habet.
Pluris opes nũc ſunt, quàm priſci temporis annis,
Dum populus pauper, dum noua Roma ſuit:
At poſtquam fortuna loci caput extulit huius,
Et tetigit ſummos vertice Roma Deos:
Creuerunt & opes, & opum furioſa libido,
Et cùm poſſideant plurima, plura petunt.
Quærere vt abſumãt, abſumpta requirere certant,
Atq; ipſa vitiis ſunt alimenta vices.
Sic quibus intumuit ſuffuſa venter ab vnda,
Idem 2. Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.
Amor. 9 * Venator ſequitur fugientia, capta relinquit,
Iuuenalis 14. Semper & inuentis vlteriora petit.
* Intereà pleno cùm turget ſacculus ore,

Creſcit



Creſcit amor nũmi, quantũ ipſa pecunia creſcit,
Et minus hanc optat, qui nõ habet. ergo paratur
Altera villa tibi, cùm rus non ſufficit vnum,
Et proferre libet fines, maiorq́; videtur,
Et melior vicina ſeges. mercaris & hanc, &
Arbuſta, & denſa montem qui canit oliua.
* Habet Africanus millies, & tamen captat. Martialis 12.
Fortuna multis nimis dat, ſatis nulli.

Homines cupiditate habendi cæcati, vtilia nociuáve non cernunt.

Huic Deus optanti gratum, ſed inutile fecit Ouid. 11 Met. Mida votum.
Muneris arbitrium, gaudens altore recepto.
Ille male vſurus donis, ait, effice quidquid
Corpore contigero, fuluum vertatur in aurum.
Annuit optatis, nocituraq́; munera ſoluit
Liber, & indoluit quod non meliora petiſſet:
Lætus abit, gaudetq́; malo Berecyntius heros,
Pollicitiq́; fidem tangendo ſingula tentat.
Tum verò ſiue ille ſua Cerealia dextra
Munera contigerat, Cerealia dona rigebant.
Siue dapes auido conuellere dente parabat:
Lamina fulua dapes admoto dente regebant.
Miſcuerat puris auctorem muneris vndis,
Fuſile per rictus aurum fluitare videres.
Attonitus nouitate mali, diueſq́; miſerq́;
Effugere optat opes, & quæ modò vouerat, odit.
Copia nulla famem releuat: ſitis arida guttur
Vrit, & inuiſo meritus torquetur ab auro.



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

Lucr. 4. * *Namfaciunt homines plerumq; cupidine cæci*
*Et tribuunt ea, quæ nõ ſunt ſibi commoda v...*

Cupiditas regnandi malum exitum habet.

Maphæus Vegius Supp. *— Quantos humana negotia motus*
*Alternasq; vices miſcent? quo turbine fertur*
*Vita hominũ? ô fragilis dãnoſa ſuperbia ſcept...*
*O furor, ô nimium dominandi innata cupido,*
*Mortales quò cæca vehis? quò gloria tantis*
*Inflatos transfers animos quæſita periclis?*
*Quot tecũ inſidias, quot mortes, quanta malo...*
*Magnorum tormenta geris? quot tela, quot ex...*
*Ante oculos, ſi cernis, habes? heu dulce venenu...*
*Et mundi lethalis honos. heu triſtia regni*
*Munera, quæ haud paruo cõſtent: & grãdia re...*
*Põdera, quæ nunquã placidam promittere pac...*
*Nec requiem conferre queant. heu ſortis acerb...*
*Et miſera regale decus: magnoq; timori*
*Suppoſitos regum caſus, paciq; negatos.*

Iuuenalis 10. * *Vnus Pellæo iuueni non ſufficit orbis,*
*Æſtuat infelix anguſto limite mundi,*
*Vt Gyaræ clauſus ſcopulis, paruaq; Seripho,*
*Cùm tamen à figulis munitam intrauerit urbe...*
*Sarcophago contentus erit. —*

Cupidus timidusque catenam nectit qua trahi valeat.

Boet. 1. 4 *At quisquis trepidus pauet, vel optat,*
*Quòd non ſit ſtabilis, ſuiq; iuris,*
*Abiecit clypeum, locoq; motus*

Nectit,



*Nectit, qua valeat trahi, catenam.*

Cupidorum caſtigatio accommodata.

*— Tanti tibi non ſit opaci* Iuuenalis 3.
*Omnis arena Tagi, quodq; in mare voluitur aurum,*
*Vt ſummo careas, ponendaq; præmia ſumas*
*Triſtis, & à magno ſemper timearis amico.*

## CVRAE.

Inanis hominum curæ taxatio.

*O curas hominũ; ô quantum eſt in rebus inane!* Perſius 1

Cura interdum nulla arte, niſi mora eſt medicabilis.

*Cura quoq; interdum nulla medicabilis arte:* Ouid. 1.
*Aut ſi ſit, longa eſt attenuanda mora.* Pont. 4.

Curæ animo incluſæ, affligunt magis quàm propalatæ.

*— Inuigilant animo, ſcelerisq; parati* Stat. 3.
*Supplicium exercent curæ. —* Theb.
* *Nulla vis flammæ, tumidiq; venti* Sen.
*Tanta, nec teli metuenda torti,* Med.
*Quanta cùm coniux viduata telis*
*— Ardet, & odit.*

Curæ hominum opibus haud leuantur, ſed creſcunt magis.

*Non enim gazæ, neq; conſularis* Hora. 2.
*Submouet lictor miſeros tumultus* Car. 15.
*Mentis, & curas laqueata circum*
*Tecta volantes.*

L 4

Universidad de Deusto
Biblioteca



Idem 3.1 —Timor & minæ
Scandunt eodem quo dominus: neq;
Decedit ærata triremi: &
Poſt equitem ſedet atra cura.
Idem 3. * Creſcentem ſequitur cura pecuniam,
Carm 6 Maiorumq́; fames.—
Tibul. 3. * Nã graue q̃d prodeſt põdus mihi diuitis au-
3. Aruaq́; ſi findant pinguia mille boues?
Quidve domus prodeſt Phrygiis innixa co-
Tænare ſiue tuis, ſiue Caryſte tuis? (mu-
Et nemora in domibus ſacros imitantia lucos,
Aurataq́; trabes, marmoreumq́; ſolum?
Quidve in Erythræo legitur quæ litore concha,
Tinctaq́; Sidonio murice lana iuuat?
Et quæ præterea populus miratur in illis,
Inuida quæ falſo plurima vulgus amat.
Non opibus mentes homini, curæq́; leuantur,
Nam fortuna ſua tempora lege regit.
Claud. 2 * At procul exſanguis Ruffinum perculit horror
Ruf. Infectæ pallore genæ, ſtetit ore gelato
Incertus peteretne fugam, veniamne ſub actus
Poſceret, an tantos ſeſe transferret in hoſtes.
Quid nunc diuitiæ? quid fului vaſta metalli
Congeries? quid purpureis effulta columnis
Atria, prolatave iuuant ad ſidera moles?
Addit iter, numerat q́; dies, ſpatioq; viarum
Metitur vitam, torquetur peſte futura:
Nec recipit ſomnos, & ſæpe cubilibus amens

Excu-



Excutitur, pœnamq́; luit formidine pœnæ.

---

CVRIOSITAS.

Curioſus alienas res procurat.

Sed curioſi ſunt hic quam plures mali,
Alienas res qui curant ſtudio maximo, Plaut.
Quibus ipſis nulla eſt res, quam procurent, ſua. Stich.
* More hominũ euenit, vt quid ſim nactus mali Ter.
Prius reſcires tu, quam ego illu', quod tibi eue- And.
nit boni.

Curioſus nullus eſt, qui maleuolus non ſit. Plaut.
* Nam curioſus nemo eſt, qui non ſit maleuolus. Stich.

---

## D.

DAMNATI.

Damnati multi, electi verò pauci.

—Pauci quos æquus amauit
Iupiter, aut ardens euexit ad æthera virtus. Virg. 6

Damnati quietem optant, ſed Dei lex Æn.
iuſtitiaq; vetant.

Optat quietem Pelopis infidi pater Hora. 17
Egens benignæ Tantalus ſemper dapis. Epod.
Optat Prometheus obligatus aliti:
Optat ſupremo collocare Siſyphus
In monte ſaxum: ſed vetant leges Iouis.

Damnatorum pœnæ diuerſæ, innumerabi-
les atque perpetuæ ſunt.

Universidad de Deusto Biblioteca



Ouid. *Noxia mille modis lacerabitur vmbra, tuaq́;*
Ibid. *Æacus in pœnas ingenioſus erit.*
*Nec mortis pœnas mors altera finiet huius,*
*Horaque erit tantis vltima nulla malis.*
*Nec mala voce mea poterunt tua cūcta referri:*
*Ora licèt tribuas multiplicata mihi.*

---

### DECEPTIO.

Deceptus ſemel, veretur etiam non verenda.

Plaut. *Nunc certum eſt nulli poſt hac quidquā credere.*
Capt. *Satis ſum deceptus ſemel.*
Ouid. 2. **Proxima ſubſequitur, qd agas, audire volūtas:*
Pont. 7. *Et modo ſi quid agas, ſit tibi cura mei.*
*Nec dubito quin ſit, ſed me timor ipſe malorum*
*Sæpe ſuperuacuos cogit habere metus.*
*Da veniam quæſo, nimioq́; ignoſce timori:*
*Tranquillas etiam naufragus horret aquas.*
Ibidem. * *Membra reformidant mollem quoque ſaucia tactum,*
*Vanaq́; ſollicitis incitat vmbra metum.*
*Sic ego Fortunæ telis confixus iniquis,*
*Pectore concipio nil niſi triſte meo.*

Decipi te potius ſinas, quam tu alios fallas.

Sen. *Quoties neceſſe eſt fallere, aut falli à ſuis,*
Theb. *Patiare potius ipſe, quam facias ſcelus.*

DELI-



### DELICIAE.

Deliciis ad aſtra non itur.

*Non eſt ad aſtra mollis è terris via.* Sen.
* *Ipſe quoque æthereas meritis inuectus es arces,* Herc.
*Quò non exiguo facta labore via eſt.* fur.

Delicioſorum intimatio perpulcra, ſeu potius reprehenſio notabilis. Ouid. 5. Triſt. 5.

*Te nunc delicias extra communia cenſes*
*Ponendum: quia tu gallinæ filius albæ,* Iuuenalis 13.
*Nos viles pulli nati infelicibus ouis.*

---

### DESIDIA.

Deſidia Ægyſtho cauſſa adulterii fuit.

*Quæritur, Ægyſthus quare ſit factus adulter:* Ouid. 1.
*In promtu cauſſa eſt, deſidioſus erat.* Remed.
*Pugnabant alii tardis apud Ilion armis,*
*Quo tulerat vires Græcia tota ſuas.*
*Siue operam bellis vellet dare, nulla gerebat,*
*Siue foro, vacuum litibus Argos erat.*
*Quod potuit fecit: ne nil ageretur, amauit.*
*Sic venit ille puer, ſic puer ille manet.*

Deſidiam vitare qui cupit, amet.

*Qui nolet fieri deſidioſus, amet.* Ouid. 1.
[Nā inertes amor odit, vt ſuprà tit. De amore oſtenſum eſt prolixius.] Amor. 9

---

DESPERATIO.

Universidad de Deusto Biblioteca



Non eſt deſperandum in aduerſis.

Ouid. Confugit interdum templi violator ad aram,
Pont. 2. Nec petere offenſi numinis horret opem.
Sen. * Qui nil poteſt ſperare, deſperet nihil.
Med. Deſperatio audaces homines reddit.
Ouid. 2. Qui rapitur fatis, quid præter fata requirit?
Pont. 2. Porrigit ad ſpinas, duraq; ſaxa manus.
Accipitrem metuens pennis trepidantibus ales
Audet in humanos feſſa venire ſinus.
Nec ſe vicino dubitat committere tecto,
Quæ fugit infeſtos territa cerua canes.

Deſperare ſalutem nonnunquam ſolatio eſt.

Ouid. 3. Proximus huic gradus eſt, bene deſperare ſaluti,
Pont. 7. Seq; ſemel vera ſciſſe periſſe fide.

---

## DETRACTORES.

Detractores bonum quenq; corrumpere ſtudent, poſſuntque.

Ter. Id iſti vituperant factum, atq; in eo diſputant,
And. Contaminari non decere fabulas.
Prologo. Faciunt næ intelligendo, vt nihil intelligant.
Dehinc vt quieſcant, porrò moneo: & deſinant
Maledicere, malefacta ne noſcant ſua.
Ter. —Nihil eſt Antipho,
Phorm. Quin male narrando poſsit deprauarier.
Tu id quod boni eſt excerpis, dicis quod mali eſt.

Detractores fugiendi ſunt ſummopere.

—Ab-



—Abſentem qui rodit amicum: Horat. 1
Qui non defendit alio culpante: ſolutos Serm. 4.
Qui captat riſus hominum, famamq; dicacis:
Fingere qui non viſa poteſt: commiſſa tacere
Qui nequit: hic niger eſt, hunc tu Romane caueto.
* Vt penitus notum, ſi tentent crimina, ſerues, Hor. 1.
Tuteriſq; tuo fidentem præſidio: qui Epiſt. 18.
Dente Theonino cùm circumroditur ecquid
Ad te pòſt paulò ventura pericula ſentis?
Nam tua res agitur, paries cùm proximus ardet:
Et neglecta ſolent incendia ſumere vires.

Detractores muribus ſimiles ſunt: eò quod alienum cibum, i. famam, aſſiduè rodunt, id eſt, deturpant.

Quaſi mures ſemper edimus alienum cibum, Plaut.
Vbi res prolatæ ſunt: cùm rus homines eunt, Capt.
Simul prolatæ res ſunt noſtris dentibus.

Detractorum admonitio lepidiſſima, vt à ſua deſiſtant detractione.

Caue, caue: nanque in malos aſperrimus Hor. 6.
Parata collo cornua. Epod.
Qualis Lycambæ ſpretus infido gener,
Aut acer hoſtis Bupalo.
An ſi quis atro dente me petiuerit,
Inultus vt flebo, puer?

[Vide item tit. de Alienis de Mænio, qui Nouium teſte Horat. lib. 1. Satyr. 3. carpſerat.]

Audes præterea, quos nullus nouerit, in me Martialis 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Scribere verſiculos, miſeras & perdere chart*
*At ſi quid noſtræ tibi bilis inuſſerit ardor,*
*Viuet, & hærebit, totoque legetur in orbe.*
*Stigmata nec vafra delebit Cinnamus arte.*
*Sed miſerere tui, rabido nec perditus ore*
*Fumantem naſum viui tentaueris vrſi.*
*Sit placidus licèt, & lambat digitoſq; manus*
*Si dolor & bilis, ſi iuſta coegerit ira,*
*Vrſus erit, vacua dentes in pelle fatiges,*
*Et tacitus quæras, quam poſſis rodere carnem.*
Ter. **Nullum eſt iam dictũ, quod non dictũ ſit pri*
Eun. *Quare æquum eſt vos cognoſcere atq; ignoſce*

---

### DEVS.

Deus creator gubernatorq; omnium rerum eſt.

Boet. 1. 5. *O ſtelliferi conditor orbis,*
*Qui perpetuo nixus ſolio*
*Rapido cælum turbine verſas,*
*Legemq; pati ſidera cogis, &c.*
*Tu frondifluæ frigore brumæ*
*Stringis lucem breuiore mora.*
*Tu cùm feruida venerit æſtas,*
*Agiles noctes diuidis horas,*
*Tua vis varium temperat annum,*
*Vt quas Boreæ ſpiritus aufert,*
*Reuehat mitis Zephyrus, frondes:*
*Quæque Arcturus ſemina vidit,*





*Seirius altas vrat ſegetes.*
*Nihil antiqua lege ſolutum*
*Linquit propriæ ſtationis opus.*
*Omnia certo fine gubernat.*

Deum feciſſe omnia ex quodam Chao quidam aſſerunt, ſed falſo: cùm veritas doceat omnia ex nihilo eſſe producta.

*Ante mare & terras, & quod tegit omnia cælũ,* Ouid. 1
*Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,* Met.
*Quem dixere Chaos, rudis indigeſtaque moles,*
*Nec quidquam, niſi pondus iners congeſtaq; eodẽ*
*Nõ bene iunctarum diſcordia ſemina rerũ, &c.*
*Hanc Deus, & melior litem natura diremit.*
*Nam cælo terras, & terris abſcidit vndas,*
*Et liquidum ſpiſſo ſecreuit ab aëre cælum.*
*Quæ poſtquam euoluit, cæcoq; exemit aceruo,*
*Diſſociata locis concordi pace ligauit.*

[Reliqua ſuis locis patebunt.]

*Me Chaos antiqui (nam ſum res priſca) vocabãt:* Idem 1
*Adſpice quàm longi temporis acta canam.* Faſt.
*Lucidus hic aer, & quæ tria corpora reſtant,*
*Ignis, aqua, & tellus, vnus aceruus erant.*
*Vt ſimul hæc rerum ſeceſſit lite ſuarum,*
*Inque nouas abiit maſſa ſoluta domos, &c.*

[Vide item Claudianum de laude Stiliconis 2. lib tit. de Clementia.]

Deum autem gubernare omnia, paſſim autores tradunt.

Hor. 1. — Qui res hominum, ac Deorum,
Carm. Qui mare, & terras, variiſq; mundum
Temperat horis.
Virg. * Nec curare Deum credis mortalia quęque
Ecl. 8. * Qui terram inertem qui mare temperat
Hor. 3. Ventoſum, & vrbes, regnaque triſtia,
Carm. 4 Diuosque, mortalesque turbas
Imperio regit vnus æquo.
Calpur. — Deus ipſe canatur,
Ecl. 4. Qui populos, vrbesq; regit, pacemq; togatam
Sen. Hip. * O magna parens natura Deûm,
Tuq; igniferi rector Olympi.
Qui ſparſa cito ſidera mundo,
Curſusq; vagos rapis aſtrorum,
Celeriq; polos cardine verſas,
Cur tibi tanta eſt cura perennes
Agitare vias ætheris alti?
Vt nunc canæ frigora brumæ,
Nudent ſiluas,
Nunc arbuſtis redeant vmbræ:
Nunc æſtiui colla Leonis
Cererem magno feruore coquant,
Vires ſuas temperet annus.
Boet. 4. * Sedet interea conditor altus,
6. Rerumq; regens flectit habenas,
Rex & dominus, fons & origo,
Lex & ſapiens arbiter æqui:
Et quæ motu concitat ire,



Siſtit retrahens, ac vaga firmat.
Nam niſi rectos reuocans itus,
Flexos iterum cogat in orbes,
Quæ nunc ſtabilis continet ordo:
Diſſepta ſuo fonte fatiſcant.
Iuſtitiæ, rectiq; dator, qui cuncta gubernas. Silius 6.
-- Cuncta hæc, Superum demiſſa ſuprema Stat. 5.
Mente fluunt. — Theb.
* Ac mihi tam præſens ratio non vlla videtur, Manili-
Quà pateat mundum diuino numine verti, us 1.
Atq; ipſum eſſe Deum: nec ſorte coiſſe magiſtra,
Vt voluit credi, qui primus mœnia mundi
Seminibus ſtruxit minimis, inq; illa reſoluit
Æquis & maria, & terras, & ſidera cæli:
Ætheraq; immenſos fabricantem finibus orbes,
Soluentemq; alios, conſtare & cuncta reuerti
In ſua principia, & rerum mutare figuras.
Quis credat tantas operum ſine numine moles
Ex minimis, cæcoq; creatum fœdere mundum?
Si ſors iſta dedit nobis, ſors ipſa gubernet.
At cur diſpoſitis vicibus conſurgere ſigna,
Et velut imperio præſcriptos reddere curſus
Cernimus, ac nullis properantib. vlla relinqui?
Cur eadem æſtiuas exornant ſidera noctes
Semper, & hibernas eadē, certamque figuram,
Quisque dies reddit mūdo, certamq; relinquit?
* Sæpe mihi dubiam traxit ſententia mentem, Claud. 1.
Curarent Superi terras, an nullus ineſſet Ruf.

M

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



Rector, & incerto fluerent mortalia caſu:
Nam cùm diſpoſiti quæſiſſem fœdera mund
Præſcriptosque maris fines, annique meat
Et lucis noctisque vices, tunc omnia rebar
Conſilio firmata Dei, qui lege moueri
Sidera, qui fruges diuerſo tempore naſci,
Qui variam Phœben alieno iuſſerit igne
Compleri, Solemque ſuo, porrexerit vndis
Litora, tellurem medio librauerit axe.

Deus immobilis cuncta mouet, ſeu moueri facit.

Sen. Res Deus noſtras celeri citatas
Thyeſt. Turbine verſat.
Boët. 3. *O qui perpetua mundum ratione gubernas
9. Terrarum cælique ſator qui tempus ab æuo
Ire iubes, ſtabilisque manẽs das cuncta mo
Quem non externæ pepulerunt fingere cauſ
Materiæ fluitantis opus, verùm inſita ſum
Forma boni, liuore carens. --
Plaut. * Qui gentes omnes, mariaq; & terras mo
Rud. Eius ſum ciuis ciuitate Cælitum, &c.
Manil. Deus eſt, qui non mutatur in æuo.
1. Nunquã trãſuerſas Solem decurrere ad Arct
Nec mutare vias, & in ortum vertere curſ
Auroramque nouis naſcentem oſtendere terr
Nec Lunam certos excedere luminis orbes:
Sed ſeruare modũ, qua creſcat, quóve recedat
Nec cadere in terram pendentia ſidera cælo.
Deum



Deum mundi animam eſſe quidam aſſerũt. ſed falsò, quia tũc paſſibilis eſſet. niſi intelligant quòd Deus ſit omnia, id eſt, omnium cauſſa.

Ab Ioue principium Muſæ: Iouis omnia plena.
Ille colit terras, illi mea carmina curæ. Virg.
-- Deum nanque ire per omnes Ecl. 4.
Terrasque, tractusq; maris, cælumq; profundũ. Idem 4.
Hinc pecudes, armẽta, viros, genus omne ferarũ Georg.
Quemq; ſibi tenues naſcentem arceſſere vitas.
*Principio cælum, ac terras, camposq; liquẽtes, Idem 6.
Lucentemq; globum Lunæ, Titaniaq; aſtra Æn.
Spiritus intus alit, totamq; infuſa per artus
Mens agitat molẽ, & magno ſe corpore miſcet:
Inde hominũ pecudumq; genus, vitæq; volantũ,
Et quæ marmoreo fert mõſtra ſub æquore põtus.
Igneus eſt ollis vigor, & cæleſtis origo.
*Eſtq; Dei ſedes niſi terra, & pontus, & aer. Lucan.
Eſt cælũ, & virt᾿. Superos quid quærim᾿ vltra? 9.
Iupiter eſt quodcunq; vides, quocunq; moueris.
*Hoc opus immenſi conſtructum corpore mũdi Manil.
Membraq; naturæ diuerſa condita forma 1.
Aëris atque ignis, terræ, pelagique iacentis
Vis animæ diuina regit, ſacroque meatu
Conſpirat Deus, & tacita ratione gubernat.
Et multa in cunctas diſpenſat fœdera partes,
Altera vt alterius vires faciatque, feratque.
Sũmaq; per varias maneant cognata figuras,

Universidad de Deusto
Biblioteca



Idem 2. *Namq; canam tacita naturæ mente poten
Infuſumq; Deum cælo, terriſque, fretoque,
Ingentem æquali moderantem fœdere mol
Totumq; alterno conſenſu viuere mundum,
Et rationis agi motu, cùm ſpiritus vnus
Per cunctas habitet parteis, atq; irriget orbe
Omnia peruolitans, corpusq; animale figuret.
Quòd niſi cognatis membris contexta maner
Machina, & impoſito pareret tota magiſtro,
Ac tantum mundi regeret prudentia ſenſum:
Non eſſet ſtatio terris, non ambitus aſtris,
Hæreretq; vagus mundus, ſtandoq; rigeret:
Nec ſua diſpoſitos ſeruarent ſidera curſus,
Noxq; alterna diem fugeret, rurſumq; fugar
Non imbres alerent terras, non æthera venti,
Non pondus grauidas nubes, nec flumina pon
Nec pelagus fõtes, nec ſtaret ſumma per omni
Pars ſemper partes æquo digeſta parente,
Vt neque deficerent vndæ, nec ſidera nobis,
Nec cælum iuſto maiusve, minusve volaret.
Motus alit, non mutat opus: ſic omnia toto
Diſpenſata manent mundo, dominũq; ſequũtur
Hic igitur Deus & ratio, quæ cuncta guberna
Ducit ab æthereis terrena animalia ſignis.
Quæ quanquam longo cogit ſubmota receſſu,
Sentiri tamen vt vitamque, ac fata miniſtr
Gentibus ac proprios per ſingula corpora more
Nec minus eſt quærenda fides: ſic tẽperat arua

Cælum:



Cælum: ſic varias fruges redditque, rapitque:
Sic pontum mouet, & terris immittit & aufert.

Deus amore gubernat omnia.

Quòd mundus ſtabili fide Boët. 2.
Concordes variat vices, 8.
Quòd pugnantia ſemina
Fœdus perpetuum tenent,
Quòd Phœbus roſeum diem
Curru prouehit aureo,
Vt quas duxerit Heſperus
Phœbe noctibus imperet,
Vt fluctus auidum mare
Certo fine coerceat,
Ne terris liceat vagis
Latos tendere terminos.
Hanc rerum ſeriem ligat,
Terras, ac pelagus regens,
Et cælo imperitans amor.
*Hic eſt cunctis communis amor, Idem 4.
Repetuntq; boni fine teneri: 6.
Quia non aliter durare queant,
Niſi conuerſo rurſus amore
Refluant cauſſæ, quæ dedit eſſe.
*Nónne vides, operum qui ſe pulcerrimus ipſe Claud.
Mundus amore ligat, nec vi connexa per æuum 4. Hor.
Conſpirant elementa ſibi? qui limite Phœbus
Contentus medio, contentus litore pontus:
Et, qui perpetuo terras ambitque, vehitque,

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Nec premat incumbens oneri, nec ceſſerit, aer.*

Deus amantibus omnibus gignitiuam virtutẽ tradidit, ob ſpeciei conſeruationẽ.

Sen. *Prouidit ille maximus mundi parens*
Hip. *Cùm tam rapaces cerneret fati minas,*
*Vt damna ſemper ſobole repararet noua.*
Neme- **Cerua marẽ ſequitur, taurũ formoſa iuuẽca*
ſianus *Et venerem ſenſere lupæ, ſenſere leænæ,*
Ecl. 4. *Et genus aereum volucres, & ſquamea turba*
*Et montes, ſiluæq́; ſuos habet arbor amores.*

Deus audit omnia, quæ homines fantur, videtq́; : moraliter.

Ouid. 4. *Et tamen hæc tangent aliquando Cæſaris aures*
Pont. 9. *Nil illum, toto quod fit in orbe, latet.*
*Tu certè ſcis hæc Superis adſcite, videsque*
*Cæſar, & eſt oculis ſubdita terra tuis.*
Plaut. **Eſt profecto Deus, qui, quæ nos gerimus, auditque, & videt.*
Capt.

Deus ſolus nouit omnia, præsẽtia, præterita & futura. Ergo Iupiter, Diana, Cęſar, &c. non ſunt dii, quia non nouerunt omnia.

Ouid. 1. *Si tamen acta Deos nunquam mortalia fallũt,*
Triſt. 2. *A culpa facinus ſcitis abeſſe mea.*
Iuuena- *—At illis*
lis 10. *Notum qui pueri, qualisq; futura ſit vxor.*
Lucan. *—Nequeunt animam ſibi reddere fata*
6. Ouid. *Conſumto iam iure ſemel.—*
1. Põt. 3. **Neſcit enim Cæſar, quãuis Deus omnia norit,*
*Vlti-*



*Vltimus hic qua ſit conditione locus.*

Deus videt cuncta.

*Adſpiciunt oculis Superi mortalia iuſtis.*
**Haud ſic magni conditor orbis.* Ouid. 3.
*Huic ex alto cuncta tuenti* Met.
*Nulla terræ mole reſiſtunt:* Boët. 5.
*Non nox atris nubibus obſtat:* 2.
*Quæ ſint, quæ fuerint, veniantque*
*Vno mentis cernis in ictu.*
*Quem, quia reſpicit omnia ſolus,*
*Verum poſsis dicere Solem.*
*—Vidit, qui cuncta ſuorum* Stat. 5.
*Nouit, & inſpectis ambit latus omne miniſtris.* Silua. 1.
*Nec mirũ: videt ille ortus, obitusq́; quid Arctos,*
*Quid Boreas hibernus agat, ferrique, togæque*
*Conſilia, atque ipſam mentem probat.—*

Deus cauſſas omnium cognoſcit tantúm.

*Solis ſcire modũ, & quãto minor orbita Lunæ* Virg.
*Cur illi breuior, cur iſti peruolet orbis.* (eſt, Ætna.
*Scire vices etiam ſignorum, & tradita iura.*
*Nubila cur cælo terræ denuntiet imbres,*
*Quo rubeat Phœbe, quo frater palleat igni,*
*Tempora cur variant anni primaque iuuenta,*
*Ver prait æſtatem, cur æſtas ipſa ſeneſcit,*
*Autumnoq; obrepit hyems, & in orbe cucurrit,*
*Axem ſcire Helices, & triſtem noſſe Cometem,*
*Lucifer vnde micet, quaq; Heſperus, vnde Bootes.*

Universidad de Deusto Biblioteca



*Saturni cur ſtella tenax, cur Martia pugnax,*
*Quò rapiant nautæ, quò ſidera lintea tendant:*
*Scire vias maris, & cæli prædicere curſus,*
*Quò volet Orion, quò Sirius incubet index,*
*Et quæcunq; iacent toto miracula mundo,*
*Non digeſta pati, nec aceruo condita rerum,*
*Sed manifeſta notis certa diſponere ſede*
*Singula, diuini eſt animi, ac iucunda volupt*

Ouid. 8. Met. — Deus volita peragit omnia.

*—Immenſa eſt, finemq; potentia cæli (&*
*Non habet: & quidquid ſuperi voluêre perac*

Hor. 1. Epiſt. 18. — Deus vitam viuentium dat aufertque.

*Sed ſatis eſt orare Iouem, qui donat, & aufer*
*Det vitã, det opes: æquũ mi animũ ipſe parab*

Ouid. 4. Met. — Deus poteſt omnia.

*—Pars omnia veros*
*Poſſe Deos memorant.—*

Idem 8. Met.

*—Immenſa eſt, finemque potentia cæli*
*Non habet,—*

Ouid. 1. Art.

*—Facile eſt omnia poſſe Deo.*

Boët. 3. 6. — Deus pater eſt omnium.

*Omne hominum genus in terris*
*Simili ſurgit ab ortu:*
*Vnus enim rerum pater eſt,*
*Vnus qui cuncta miniſtrat.*
*Ille dedit Phœbo radios,*
*Dedit & cornua Lunæ:*
*Ille homines etiam in terris*

Dedit,



*Dedit, & ſidera cælo.*
**Denique cæleſti ſumus omnes ſemine oriundi* — Lucret. 2.
*Omnibus ille idem pater eſt.*

Deus perfectiſſimus eſt, perfecteque cunctas mundi partes abſoluit.

*Perfectaſq; iubens perfectum abſoluere partes.* — Boët. 3. 9.

Deus pulcerrimus eſt.

*—Tu cuncta ſuperno* — Ibidem.
*Ducis ab exemplo, pulcrum pulcerrimus ipſe*
*Mundũ mente gerens, ſimiliq; imagine formãs.*

Deus prudentiſſimus eſt, nã terras ab aquis prudenter ſeiunxit.

*Nequidquam Deus abſcidit* — Hor. 1.
*Prudens Oceano diſſociabili* — Carm. 3.
*Terras: ſi tamen impiæ*
*Non tangenda rates tranſiliunt vada.*

Deus tempora quæq; propriis officiis aptat.

*Signat tempora propriis* — Boët. 1.
*Aptans officiis Deus,* — 6.
*Nec, quas ipſe coercuit,*
*Miſeri patitur vices.*

Deus principio caret: moraliter.

*—Si numina naſci* — Lucan.
*Credimus haud unquã fas eſt cœpiſſe Deorũ.* — 8.

Deo nihil maius eſt. — Hor. 1.

*Vnde nil maius generatur ipſo:* — Carm.
*Nec viget quidquam ſimile, aut ſecundum.* — 1. 2.

Universidad de Deusto Biblioteca



Deo ſubiiciuntur omnia.

*Nil ita ſublime eſt, ſupraque pericula tendit,*
Ouid. 4. *Non ſit vt inferius, ſuppoſitumque D[e]o.*
Triſt. 8.

Dei voluntate omnia fiunt, qua ſemota nihil fieri, ſeu eſſe poteſt.

Lucan. *Hæremus cuncti, Superis, temploque tacente*
9. *Nil agimus niſi ſponte Dei. —*

Plaut. **Ita quoque comparatũ eſt in ætate hominum,*
Amph. *Ita diis placitum, voluptati vt mœror comes conſequatur.*

Dei voluntas, ſeu diſpoſitio, immutabilis eſt.

Stat. 1. *Ne pete Dardaniã fruſtra Theti mergere claſſe*
Ach[il]. *Fata vetant, ratus ordo Deûm, miſcere cruẽtas*
*Europaque, Aſiaque manus, conſultaque bella*
*Iupiter, & triſtes edixit cædibus annos.*

Deos reſiſtere fas poſſibileq́; homini non eſt.

*Signa quidem ô ſocii Diuos attollere contra*
*Nec fas eſt, nec poſſe reor. —*

Deus manum ſi ſubtrahere ſuam, i. amorem, à rerum gubernatione, omnia in nihilum cederent.

Boët. 2. *Hi ſi frena remiſerit,*
8. *Quidquid nunc amat inuicem,*
*Bellum continuò geret:*
*Et quam nunc ſocia fide*
*Pulcris motibus incitant,*

Certent



*Certent ſoluere machinam.*

Deus inuiſibilis eſt, ſcilicet corporali viſione.

*Tenuis enim natura Deûm, longeque remota* Lucret.
*Senſibus à noſtris, animi vix mente videtur.* 5.

Deus cognoſcibilis eſt per effectus tantùm.

*Ignarum mortale genus per fulmina tantum* Lucan.
*Sciret adhuc cælo ſolum regnare tonantem.* 3.

Deus requies, vector, dux, via, principiũ, finíſve vltimatus eſt omnium.

*Tu requies tranquilla piis: te cernere finis,* Boët. 3.
*Principium, vector, dux, ſemita, terminus idẽ.* 9.

Deus diligit nos magis, quàm ipſi nos.

*Nam pro iucundis aptiſſima quæque dabũt dii.* Iuuenalis 10.
*Charior eſt illis homo quàm ſibi. —*

Deus honorandus eſt, ſuper omnia, & animo & lingua.

*In primis venerare Deos, atque annua magnæ* Virg. 1.
*Sacra refer Cereri. —* Georg.

*— Cognouit Numina caſtus* Ouid. 13.
*Euinctus vitta crines albente ſacerdos.* Met.

*En Deus eſt, Deus eſt, animis linguisque fauete*
*Quisquis adeſt, dixit. —*

**Expedit eſſe Deos, & vt expedit, eſſe putemus,* Idem 1.
*Dentur in antiquos thura, merumque focos.* Art.

Deo parent omnia & ab illius nutu dependent, moraliter

Universidad de Deusto
Biblioteca



Petronius. Quidquid in orbe vides, paret mihi florida tell
Cùm volo ſpiſſatis areſcit languida ſuccis:
Cũ volo fũdit aquas ſcopulus, atq; horrida ſax
Niliades iaculantur aquas. mihi põtus inert
Submittit fluctus, Zephyriq; iacentia ponunt
Ante meos ſua flabra pedes. mihi flumina pari
Hyrcanæq; tigres, iuſsi & ſeruire dracones.

Cui Deus beneuult, illi ne bina quidem ve-
nena nocere poſſunt.

Auſon. Epig. 11. Toxica Zelotypo dedit vxor mœcha marito:
Nec ſatis ad mortem credidit eſſe datum.
Miſcuit argenti lethalia pondera viui,
Cogeret vt celerẽ vis geminata necem, &
Quàm pia cura Deûm. prodeſt crudelior vxor,
Et cùm fata volunt, bina venena iuuant.

Deus mentes & pectora hominum gaudet
inhabitare, non metallo, &c.

Stat. 12. Theb. Nulla autem effigies, nulli commiſſa metallo
Forma Dei: mẽtes habitare, & pectora gaudet.

Deus ſcit quę nobis potiſſimum conueniãt:
ideoq; Dei voluntas vbiq; petenda eſt.

Iuuenalis 10. Nil ergo optabunt homines? ſi conſilium vis.
Permittes ipſis expendere numinibus, quid
Conueniat nobis, rebusq; ſit vtile noſtris.
Nam pro iucundis aptiſsima quæq; dabunt dii.
Carior eſt illis homo, quàm ſibi nos animorum
Impulſu, & cæca, magnaq; cupidine ducti
Coniugium petimus, partumq; vxoris: at illis

Notum,



Notum, qui pueri, qualisq; futura ſit vxor.

Deus maiora dona, quàm exigimus ſæpe
præſtat: moraliter.

Non precor, vt redeam, quãuis maiora petitis Ouid. 2.
Credibile eſt magnos ſæpe dediſſe Deos. Triſt.

Deus bonorum omniũ remunerator eſt.

Dii pia facta vident. aſtris Delphina recepit Ouid. 2.
Iupiter, & ſtellas iuſsit habere nouem. Faſt.

*Eſt profecto Deus, qui, quæ nos gerimus audit- Plaut.
que & videt: Capt.
Bene merẽti bene pfuerit, male merẽti par erit.

Deus miſericors eſt ſũmopere: moraliter.

Crede mihi, miſeris cæleſtia numina parcunt.
Nec ſemper læſos, & ſine fine premunt. Ouid. 3.
*Si quoties peccant homines ſua fulmina mit- Pont. 6.
Iupiter, exiguo tempore inermis erit. (tat Idem 2.
Nunc vbi detonuit, ſtrepituq; exterruit orbem, Triſt.
Purum diſcuſsis aera reddit aquis.
Iure igitur rectorq; Deûm, genitorque vocatur:
Iure capax mundus nil Ioue maius habet.

Deus orantes exaudit.

Flectitur iratus voce rogante Deus. Ouid. 1.
*Sed ſolet interdum fieri placabile numen: Art.
Nube ſolet pulſa candidus ire dies. Idem 2.
*Et dominum mundi flectere vota ſolent. Triſt.

Deus orantes in eorum detrimentũ, exaudit Martia-
ſæpiſſimè, vt moraliter de Midæ regis hi- lis 8.
ſtoria explicari poteſt.

Universidad de Deusto Biblioteca



Ouid. 11. Met. *Huic Deus optanti gratum ſed inutile fecit*
*Muneris arbitrium gaudens altore recepto:*
*Ille malè vſurus donis, ait: effice quidquid*
*Corpore contigero fuluũ vertatur in aurum.*
*Annuit optanti, nocituraque munera ſoluit*
*Liber, & indoluit quòd nõ meliora petiſſet.* &c.

[Reliqua pete ex tit. de Cupiditate.]

Deus nunc haud ſyncere colitur.

Stat. 5. Theb. *—Niger omnibus aris*
*Ignis. & in nullis ſpirat Deus integer extis.*

Deus cor hominum mutare poteſt.

Virg. 1. Æn. *Ponuntque ferocia Pœni*
*Corda, volente Deo.* --

Deus ſuperbis reſiſtit, atq; eos humiliat.

Hor. 1. Carm. 34. *—Valet ima ſummis*
*Mutare, & inſignem attenuat Deus,*
*Obſcura promens.*

Sen. Herc. fur. **Dominare tumidus, ſpiritus altos gere.*
*Sequitur ſuperbos victor à tergo Deus.*

Deum offendens, ſ. peccando, impunis non erit.

Lucanus 3. *— Quis enim læſos impune putaret*
*Eſſe Deos? ſeruat multos Fortuna nocentes,*
*Et tantum miſeris iraſci Numina poſſunt.*

Ouid. 1. Art. **Nec ſecura quies illos, ſimilisque ſopori*
*Detinet, innocui viuite, Numen adeſt.*
*Reddite depoſitum, pietas ſua fœdera ſeruet,*
*Fraus abſit, vacuas cædis habete manus.*

Deus



Deus tyrannos alacriter punit.

Perſius 3. *Magne pater Diuum ſæuos punire tyrannos*
*Haud alia ratione velis, cum dira libido*
*Mouerit ingenium feruenti tincta veneno.*
*Virtutem videant, intabeſcantque relicta.*
*Anne magis Siculi gemuerunt æra iuuenci?*
*Et magis auratis pendens laquearibus enſis*
*Purpureas ſubter ceruices terruit?* --

Deus malorum acerrimus punitor eſt.

Ouid. 1. Met. *Occidit vna domus: ſed non domus vna perire*
*Digna fuit. qua terra patet, fera regnat Erinnys.*
*In facinus iuraſſe putes: dent ocyus omnes*
*Quas meruere pati, ſic ſtat ſententia, pœnas.*

Hor. 3. Car. 4. *—Scimus vt impios*
*Titanas, immanemque turbam*
*Fulmine ſuſtulerit caduco.*

Dei ira malum omne ſecum trahit, moraliter. nec ei quidquam reſiſtere poteſt.

Ouid. 3. Triſt. 11. *Omne trahit ſecum Cæſaris ira malum.*

Idem 4. Triſt. 8. **Nil adeo validũ eſt, adamas licet alliget illud,*
*Vt maneat rapido firmius igne Iouis.*

Dei ira quos premit, miſeros facit.

Sen. Oct. *Cæleſtis ira, quos premit, miſeros facit:*
*Humana nullos.* —

Deus timendus eſt, & ad hoc exhortatio vtilis.

Virg. 1. Æn. *Si genus humanũ, & mortalia temnitis arma:*
*At ſperate Deos memores fandi, atq; nefandi.*

Universidad de Deusto Biblioteca



Plaut. Pſeud. *Deos maxime æquum eſt metuere.

Deus iudex iuſtiſſimus rerum omnium eſt.

Plaut. Rud. *Quotidie ille ſcit, quis hic quærat malum,*
*Qui hic litem adipiſci poſtulat periurio.*
*Mali res falſas qui impetrant apud iudicem,*
*Iterum ille eam rem iudicatam iudicat.*
*Maiore mulcta mulctat, qui litem adferunt.*

Stat. 3. Theb. *Bonos in aliis tabulis exſcriptos habet.*

Deus peccantibus quandoque obſtat.

*-- Deus ecce furentibus obſtat.*

Deo opera hominum, bono malave ſint, nihil conferunt.

Lucan. 3. *-- Si cælicolis furor arma dediſſet,*
*Aut ſi terrigenæ tentarent aſtra Gigantes,*
*Non tamen auderet pietas humana vel armis*
*Vel votis prodeſſe Ioui: ſortisque Deorum*
*Ignarum mortale genus. --*

Dei gloria augeri non poteſt. moraliter.

Ouid. 2. Triſt. *Non tua carminibus maior ſit gloria, nec quo*
*Vt maior fiat, creſcere poſſit, habet.*

Dei ignorare bona, ſcelerum omnium cauſſa eſt.

Silius 4. *Heu primæ ſcelerum cauſſæ mortalibus ægris*
*Naturam neſcire Deûm. --*

Dei dona ſunt quæ homines poſſident.

Martialis II. *Omnia cum tibi ſint dono conceſſa Deorum,*
*Si quod habes, non vis, ergo quid accipies?*

Deo



Deo gratiæ ob bona innumera nobis cõceſſa, aſſiduè referẽdæ ſunt, aliorũ exẽplo.

Virg. Ecl. I. *O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit.*
*Nanque erit ille mihi ſemper Deus, illius aram*
*Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.*
*Ille meas errare boues, vt cernis, & ipſum*
*Ludere, quæ vellem, calamo permiſit agreſti.*

Ter. Phorm. *Diis magnas merito gratias habeo, atq; ago,*
*Quando euenere hæc frater nobis proſpere.*

Deus terrena paruifacientibus, amore ſui, ſ. innumera largitur bona.

Hor. 3. Carm. 16. *Quanto quiſque ſibi plura negauerit,*
*A Diis plura feret. --*

Deo vacans ſegnis vocandus non eſt.

Paulinus Auſonio Epiſt. II. *Hunc vacantem, vel ſtudentem, & deditum,*
*In hoc reponentem omnia,*
*Ne quæſo ſegnem, neve peruerſum putes,*
*Ne criminer is impium.*

Dei ſpiritus in Poetis eſſe dicitur. Quia quidquid boni dicunt, à Deo eſt.

Ouid. 6. Faſt. *Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo.*
*Impetus hic ſacræ ſemina mentis habet.*

Idem 3. Art. **Eſt Deus in nobis, ſunt & commercia cæli:*
*Sedibus æthereis ſpiritus ille venit.*

Dei charitatem ſeu lucẽ quiſquis notare poterit, ſolis radios lucidos eſſe negabit.

Boeth. 3. Amph. *Hanc quiſq; us poterit notare lucem*
*Candidos Phœbi radios negabit.*

N

Universidad de Deusto Biblioteca



Deum videns felix eſt.

*Felices illi, qui non ſimulacra, ſed ipſos,*
Ouid. 2. *Quique Deum coram corpora vera vid*
Pont. 8.

Dei viſio eſt vltimatus hominum fi

Boet. 3. *Tu requies tranquilla piis: te cernere finis,*
9. *Principium, vector, dux, ſemita, terminu*
Idem 3. **Felix, qui potuit boni*
12. *Fontem viſere lucidum.*

Dii gentium nihil numinis habent, q
victi dicuntur.

Virg. 1. *Gens inimica, mihi Tyrrhenum nauigat*
Æn. *Ilium in Italiam portans, victosque Pen*
Martia- **Qui fingit ſacros auro, vel marmore vu*
lis 8. *Non facit ille Deos; qui rogat, ille facit*

Diis æquandus eſt, qui cũ fortuna, id e
uerſitate moritur.

Sen. Oet. *Par ille eſt Superis, cui pariter dies*
*Et fortuna fuit.*

Deos nocere ac inuidere mortalibus
decet.

Claud. *—Nec enim liueſcere fas eſt,*
3. Rapt. *Vel nocuiſſe Deos.—*

---

## DIES.

Nullus eſt dies mœrore vacans in hac vi

Sen. *—Nulla dies*
Troad. *Mœrore caret: ſed noua fletus*
*Cauſſa miniſtrat.—*



[Hoc adeò verum eſſe Dionyſius Tyrannus exemplo notabili comprobauit, cum cuidam, qui illum felicem adſerebat, enſem alligatum ſetę equinæ capiti ſuperimponeret.]

*Diſtrictus enſis cui ſuper impia* Hor. 3.
*Ceruice pendet, non Siculæ dapes* Carm. 1.
*Dulcem elaborabunt ſaporem*
*Non auium, citharæque cantus*
*Somnum reducent.—*

Dies lętitiæ poſt ęrumnas quandoque
aduenit.

*Venit poſt multos vna ſerena dies.* Tibul-
**Sed ſolet interdum fieri placabile Numen:* lus 3. 6.
*Nube ſolet pulſa candidus ire dies.* Ouid. 2.

Dies ſereni plures quàm nebuloſi. Triſt.

*Si numeres anno Soles, & nubila toto,* Ouid. 5.
*Inuenies nitidum ſæpius iſſe diem.* Triſt. 9.

Dies perfido nocendi aditum prętat.

*Aditum nocendi perfido præſtat dies.* Sen. Oet.

Diei indagatio lepidiſſima.

*Aurora interea miſeris mortalibus almam* Virg. 11.
*Extulerat lucem, referens opera atque labores.* Æn.

---

## DISCIPVLI.

Diſcipulorum officium.

*Diſce libens; terrici nec præceptoris habenas* Auſon.
*Deteſtere nepos: nunquam horrida forma magi-* Eidyll. 5.
*ſtri.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Ille licet triſtis ſenio, nec voce ſerenus*
*Aſpera contracta miniteur iurgia frontis.*
*Nũquã immanis erit, placita aſſuetudine v*
*Qui ſemel imbuerit; rugas nutricis amabit,*
*Qui refugit matrem, pappos, auiasq; treme*
*Anteferunt patribus ſeri noua cura nepot*
*Sic neque Peliden terrebat Achillea Chiro*
*Theſſalico permixtus equo, nec pinifer Atl*
*Amphitryoniaden puerum, ſed blandus v*
*Mitibus alloquiis teneros mulcebat alum*
*Tuquoq; ne metuas, quãuis ſchola verbere*
*Increpet, & truculẽta ſenex gerat ora mag*
*Degeneres animos timor arguit: at tibi co*
*Intrepidus, nec te clamor, plagaq; ſonantes,*
*Nec matutinus agitet formido ſub horis,* (
*Quòd ſceptrũ vibrat ferulæ, quòd multa ſ*
*Virgea, quòd mollis ſcuticam prætexit alut*
*Quòd feruent trepido ſubſellia veſtra tum*
*Pompa loci, & vani fugiatur ſcena timoris.*
Ouid. 1. Art. **Phillyrides puerum cythara præfecit Ach*
*Atque animos molli contudit arte feros.*
*Qui toties ſocios, toties exterruit hoſtes,*
*Creditur annoſum pertimuiſſe ſenem.*
*Quas Hector ſenſurus erat, poſcente magiſt*
*Verberibus iuſſas præbuit ille manus.*

---

### DISCORDIA.

Diſcordiæ deſcriptio.

*Intremu*



*Intremuere tubæ, ac ſciſſo diſcordia crine* Petronius
*Extulit ad ſuperos Stygium caput: huius in ore*
*Concretus ſanguis: contuſaq; lumina flebant,*
*Stabant irati ſcabra rubigine dentes.*
*Tabo lingua fluens, obſeſſa draconibus ora,*
*Atque inter toto laceratam pectore veſtem*
*Sanguineã tremula quatiebat lãpada dextra.*

Diſcordia res maximæ dilabuntur.

*Impius hæc tam culta noualia miles habebit?* Virg.
*Barbarus has ſegetes? en, quò diſcordia ciues* Ecl. 1.
*Perduxit miſeros: en, queis conſeuimus agros.*

Diſcordia cælos intrauit, & ſuperos ad bella coëgit.

*-- Diſcordia demens* Silius 7.
*Intrauit cælos, Superosque ad bella coegit.*

[Diſcordia demens dicitur, eo quod dementet homines.]

Diſcordia gaudet ima ſummis permiſcere.

*-- Et diſcordia gaudens* Silius 13.
*Permiſcere fretum cælo. --*

---

### DISSIMVLATIO.

Diſſimulatoris intimatio reprehenſione digniſſima.

*Decipies alios verbis, vultuque benigno:* Martialis 4.
*Nam mihi iam notus diſſimulator eris.*

Diſſimulata verba ſæpe profectu carent.

*Cùm toties eadem dicam, vix audior vlli,*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ouid. 3. Verbaque profectu diſsimulata carent.
Pont. Diſſimulare afflicto, non eſt facile.
Tibul. 3. Hei mihi difficile eſt imitari gaudia falſa,
6. Difficile eſt triſti fingere mente iocum.
Nec bene mendaci riſus componitur ore,
Nec bene ſollicitis ebria verba ſonant.
Corn. *Certè difficile eſt abſcondere pectoris æſtus:
Gallus. Panditur & clauſo ſæpius ore furor.
Diſſimulaſſe vtile multis fuit.
Ouid. 2. Brutus erat ſtulti ſapiens imitator, vt eſſet
Faſt. Tutus ab inſidiis dire Superbe tuis.
Idem 2. *Vtile quæ multis diſsimulaſſe fuit.
Art.

---

DIVITIAE.

Diuitiarum vis ac poteſtas.

Petroni- Quiſquis habet nummos ſecura nauiget aura,
us Fortunamque ſuo temperet arbitrio.
Vxorem ducat Danaen, ipſumque licebit
Acriſium iubeat credere, quod Danaen.
Carmina cõponat, declamet, concrepet, omnia
Et peragat cauſſas, ſit que Catone prior.
Iuriſconſultus, paret, non paret, habeto,
Atque eſto, quidquid Seruius, & Labeo.
Multa loquor: quiduis nummis præſentib. opta,
Et veniet: clauſum poſſidet arca Iouem.

Diuitiæ, animi corporiſve ægritudines non leuant.

Non domus, & fundus, nõ æris aceruus, & auri
Ægroto



Hor. 1. Ægroto domini deduxit corpore febres,
Epiſt. 2. Non animo curas. valeat poſſeſſor oportet,
Si comportatis rebus bene cogitet vti.

Diuitiæ non ſunt appetendę affectu, ſcilicet, maximo: quia congeſtę aſſiduè hominẽ cruciant.

Iuuenalis 10. Sed plures nimia congeſta pecunia cura
Strangulat, & cuncta exſuperans patrimonia cenſus.

Diuitiæ mẽtis aciem haud illuſtrant, ſed potius in veri boni ignorantia cæcos inuoluunt poſſidentium animos.

Boët. 1. 2. Heu, quàm præcipiti merſa profundo
Mens hebet, & propria luce relicta,
Tendit in externas ire tenebras,
Terrenis quoties flatibus acta
Creſcit in immenſum noxia cura.
Hic quondam cælo liber aperto,
Suetus in æthereos ire meatus,
Cernebat roſei lumina Solis,
Viſebat gelidæ ſidera Lunæ,
Et quæcunque vagos ſtella recurſus
Exercet, varios flexa per orbes,
Compreſſam numeris victor habebat.
Idem 3. 18. *Non quidquid Tagus aureis arenis
Donat, aut Hermus rutilante ripa,
Aut Indus calido propinquus orbi,
Candidis miſcens virides lapillos,

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Illuſtrant aciem, magisque cæcos*
*In ſuas condunt animos tenebras.*

Diuitiæ ignobilem nobilitare haud valent.

Hor. 4. **Licet ſuperbus ambules pecunia,*
Epod. *Fortuna non mutat genus.*

Diuitiæ à morte reuocare vel liberare neminem poſſunt.

*Nulla calum reparabile gaza.*
Val. **Cedes coemtis ſaltibus, & domo*
Flaccus *Villaque, flauus quam Tiberis lauit,*
6. Hor. *Cedes: & exſtructis in altum*
2. Car. 3. *Diuitiis potietur heres.*
*Diuéſne priſco natus ab Inacho,*
*Nil intereſt, an pauper, & infima*
* dio. *De gente ſub * diuo morêris.*
*Victima nil miſerantis Orci.*
Idem 3. **Eſt, vt viro vir latius ordinet*
Carm. 1. *Arbuſta ſulcis: hic generoſior*
*Deſcendit in campum petitor:*
*Moribus hic, meliorque fama*
*Contendat: illi turba clientium*
*Sit maior. æqua lege neceſſitas*
*Sortitur inſignes, & imos.*
*Omne capax mouet vrna nomen.*
Hor. 2. ** Quid vici pſunt, aut horrea, quidve Calabris*
Epiſt. 2. *Saltibus adiecti Lucani, ſi metit Orcus*
*Grandia cum paruis, non exorabilis auro!*
Sen. Oct. **Licet exſtruat marmoribus, atque auro tegat*
*Superbus*



*Superbus aulam, limen armatæ ducis*
*Seruent cohortes, mittat immenſas opes*
*Exhauſtus orbis, ſupplices dextram petant*
*Parthi cruentam, regna diuitias ferant:*
*Veniet dies, tempusque, quo reddat ſuis*
*Animam nocentē ſceleribus, iugulum hoſtibus,*
*Deſertus, & deſtructus, & cunctis egens.*
**Diuitior Criſpo, Thraſea conſtantior, ipſo* Martia-
*Lautior & nitido ſis meliore licet:* lis 5.
*Nil adicit penſo Lacheſis, fuſosque ſororum*
*Explicat, & ſemper de tribus vna negat.*
** Quid probitas, aut caſta fides? quid numina* Stat. 2.
*proſunt* Sil. 1.
*Culta Deûm? furuæ miſerã circũ vndiq; lethi*
*Vallauere plagæ, tenuantur dura ſororum*
*Licia, & exacti ſupereſt pars vltima fili.*
*Nil famuli cœtus, nil ars operoſa medentûm*
*Auxiliata malis. --*
**Effigiem Rex Crœſe tuam ditiſsime regum*
*Vidit apud Manes, Diogenes Cynicus.* Auſon.
*Conſtitit, vtque procul ſolito maiore cachinno* Epig. 55.
*Concuſſus, dixit, quid tibi diuitiæ*
*Nunc proſunt Regum Rex ô ditiſsime, cùm ſis*
*Sicut ego ſolus, me quoque pauperior?*
*Nam quæcunq; habui, mecũ fero, cùm nihil ipſe*
*Ex tantis tecum Crœſe feras opibus.*

Diuitię vt in morte homines haud ſequũtur, ita nec auro ſepultos in cælum perducũt.

Universidad de Deusto Biblioteca



Ouid. 5. Non ego diuitias dando tibi plura dediſſem,
Triſt. 15. Diuitis ad Manes nil feret vmbra ſuos.
Hor. 2. *Linquenda tellus, & domus, & placens
Car. 14. Vxor: neque harum, quas colis, arborum
Te præter inuiſas cupreſſos
Vlla breuem dominum ſequetur.
Idem 2. *Sed vocat vſque ſuũ, qua populus aſsita cert
Epiſt. 2. Limitibus vicina refugit iurgia: tanquam
Sit propriũ quicquã, puncto quod mobilis hor
Nũc prece, nũc pretio, nũc vi, nũc ſorte ſuprem
Permutet dominos, & cedat in altera iura.
Sic quia perpetuus nulli datur vſus, & heres
Heredẽ alterius, velut vnda ſuperuenit vndã
Quid vici proſunt, aut horrea? —
Silius 5. — Ditiſsimus agri
Occumbis generoſe Volunx, nec clauſa repoſt
Pondera theſauris, patrio nec regia quondam
Præfulgens ebore, & poſſeſſa mapalia ſoli
Profuerint. quid rapta iuuãt? quid gentib. aur
Nunquam exſtincta ſitis? modò quẽ fortuna ſt
Congeſtis opibus, donisq; referſit opimis, (uid
Nudum Tartarea portabit nauita cymba.
Propert. *Nũc maris in tantũ ventis iactamur, & hoſt
3. 3. Quærimus, atq; armis nectimus arma noua.
Haud vllas portabis opes Acherontis ad vndas:
Nudus ab inferna ſtulte vehere rate.
Victor cum victis pariter miſcebitur vmbris,
Conſule cum Mario capte Iugurtha ſedes.
Lydes



Lydes Dulychio non diſtat Crœſus ab Iro,
Optima mors, parca quæ venit apta die.
*Non illuc auro poſiti, nec thure ſepulti Lucan.
Perueniunt. — 9.
Diuitiæ malè acquiſitę diuturnę eſſe nõ poſ-
ſunt, & vt ita ſint, precatio notatu digna.
O ſi neglecti quiſquam est Deus vltor amantis, Ouid. 3.
Tam malè quæſitas puluere mutet opes. Amor.
Diuitiæ malorum innumerorum ſæpe 7.
cauſſa ſunt.
Sæpe ſolent auro multa ſubeſſe mala. Tibul. 1.
Diuitiæ maximę ſunt, ęquo animo 9.
parcè viuere.
Quod ſi quis vera vitam ratione gubernat, Lucret.
Diuitiæ grandes homini ſunt, viuere parcè 5.
Æquo animo: neq; .n. eſt vnquã penuria parui.
Diuitiæ homini nihil proſunt niſi
eis vtatur.
Quid mihi diuitiæ, quarum ſi demſeris vſum, Corn.
Quamuis largus opum, ſemper egenus ero. Gallus.
Immo etiam pœna eſt, partis incumbere rebus,
Quas cùm poſsideas, eſt violare nefas.
Non aliter ſitiens vicinas Tantalus vndas
Captat, & appoſitis abſtinet ora cibis.
Diuitiarum accumulatores ſeipſos fraudãt,
ſuo malo, quas alii cũ gaudio profundũt.
*Heu me miſerum, miſerum, perii malè perdi- Plaut.
tus, peſsimè ornatus eo. Aulul.

Universidad de Deusto Biblioteca



*Tantum gemiti & malæ moleſtiæ, hic dies mihi obtulit famem & pauperiem.*
*Perditiſſimus ego ſum omnium in terra.*
*Nam quid mihi opus vita'ſt, qui tantum auri*
*Perdidi, quod cuſtodiui, ſedulo? egomet me fraudaui,*
*Animumq; meum, Geniumq; m. u̅ nunc eo, ali*
*Lætificantur meo malo & damno: pati nequeo.*

Diuitiarum cuſtodia maxima eſt, quæ miſera eſſe dicitur, quia miſerum ſæpiſſimè hominem reddit.

Iuuenalis 14. *Tantis parta malis, cura maiore, metuque*
*Seruantur. miſera eſt magni cuſtodia cenſus.*

Diuitiis parent omnia.

Hor. 2. *-- Omnis enim res,*
Serm. 3. *Virtus, fama, decus, diuina, humanaq; pulcris*
*Diuitiis parent: quas qui conſtruxerit, ille*
*Clarus erit, fortis, iuſtus, ſapiens, etiam Rex,*
*Et quidquid volet. hoc veluti virtute paratu̅*
*Sperauit magnæ laudi fore. --*
Lucret. 5. **Poſterius res inuenta'ſt, aurumq; repertum:*
*Quod facile & validis, & pulcris dempſit honorẽ.*
*Diuitioris enim ſectam plerumque ſequuntur*
*Quamlibet & fortes, & pulcro corpore creti.*
Ouid. 3. Amor. 7. **Iupiter admonitus nihil eſſe potentius auro,*
*Corruptæ pretium virginis ipſe fuit.*
*Dum merces aberat durus pater, ipſa ſeuera,*
*Ærati poſtes, ferrea turris erat.*

Sed



*Sed poſtquam ſapiens in munera venit adulter,*
*Præbuit ipſa ſinus, & dare iuſſa, dedit.*

Vt diuitiæ elargiantur pauperibus, exhortatio obſeruatione digna.

*-Ego vectigalia magna,* Hor. 2.
*Diuitiasque habeo tribus amplas Regibus. ergo* Serm. 2.
*Quod ſuperat, nõ eſt, melius quo inſumere poſſis?*
*Cur eget indignus quiſquam te diuite? quare*
*Templa ruu̅t antiqua Deûm? cur, improbe caræ*
*Non aliquid patriæ tanto emetiris aceruo?*
*Vni nimirum rectæ tibi ſemper erunt res?*
**Nã propriæ telluris heru̅ natura, neq; illum,* Et infrà.
*Nec me, nec quenquam ſtatuit. --*

Quatenus vtendum diuitiis.

*Re fruere, vt natus mortalis: dilige ſed rem,* Auſon.
*Tanquã immortalis. ſors eſt in vtroque ferẽda.* Epig. 142.

Diuitiæ, bona quæq; temporalia, rectè vtenti, bona ſunt, & econtrà.

*Quid reliqui eſt, quin habeat, quæ quidẽ in homine dicuntur bona?* Ter. Heaut.
*Parentes, patriam incolumẽ, amicos, genus, cognatos, diuitias:*
*Atq; hæc perinde ſunt, vt illius animus eſt, qui ea poſſidet.*
*Qui vti ſcit, ei bona: illi qui non vtitur rectè, (mala.*

Diuitiæ imperãt, ſi eis vti homines ignorant, ſin verò econtrà ſeruiunt.

*Imperat, aut ſeruit collecta pecunia cuique.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Hor. 1. *Tortum digna ſequi potiùs, quàm ducere ſu*
Epiſt. 10. Diuitię immenſę animo non ſufficiunt
Iuuena- *Nec Crœſi fortuna vnquam, nec Perſica reg*
lis 14. *Sufficient animo nec diuitia Narciſsi,*
*Indulſit Caſar cui Claudius omnia. —*
Diuitię in communi vt ponantur, vel vt c
temnantur, exhortatio perpulcra.
Hor. 3. *Vel nos in Capitolium,*
Car. 24. *Quò clamor vocat, & turba fauentium:*
*Vel in mare proximum*
*Gemmas, & lapides, aurum & inutile*
*Summam materiam mali,*
*Mittamus.* *(eſt lucru*
Ter. **Pecuniã in loco negligere, maximũ interdu*
Adel. Ditior eſſe nequit quæ victui ſuppetunt ha
bens, vna cum corporali valetudine.
Hor. 1. *— Tolle querelas.*
Epiſt. 12. *Pauper enim non eſt, cui rerum ſuppetit vſus.*
*Si ventri bene, ſi lateri eſt, pedibusque tuis: n*
*Diuitia poterunt regales addere maius.*
Ditior eſt qui nil cupit, quàm qui totum
poſſidet orbem.
Iuuena- *Senſit Alexander, teſta cùm vidit in illa*
lis 14. *Magnum habitatorem, quanto felicior hic, qu*
*Nil cuperet, quàm qui totum ſibi poſceret orb*
*Paſſurus geſtis æquanda pericula rebus.*
Bias per ** Quis diues? qui nil cupiat.*
Auſon. Diues amicos habet, pauper econtrá.
*Nam*



*Nam hoc tu facito cgites: vt cuiq; homini res* Plaut.
*parata eſt,* Stich.
*Firmi amici ſunt: ſi res laſſa labant, itidem a-*
*mici collabaſcunt.*
*Res amicos inuenit. —*
Diues eſſe, fieriq; citò qui vult, quid fas ſit
atq; nefas haud curat, cernitque.
*Nam diues qui fieri vult,* Iuuena-
*Et citò vult fieri, ſed quæ reuerentia legum,* lis 14.
*Quis metus, aut pudor eſt vnquam properan-*
*tis auari?*
Diuites ſi beneficium ab aliquo receperint,
ipſorum gratia leuis eſt, ſin verò iniuriã,
iras plumbeas gerunt.
*— Verùm ita ſunt iſti noſtri diuites,* Plaut.
*Si quid benefacias, leuior pluma eſt gratia: ſi* Pſeud.
*quid peccatum'ſt,*
*Plumbeas iras gerunt.*
Diuites elati atque ſuperbi ſunt:
*Quia paululũ v[e]t[er]is acceſsit, ſublati sũt animi.* Ter.
Diuites pauperes faſtidire non debent, & ad Hecyr.
hoc notabilis exhortatio.
*Sunt tibi confiteor, diffuſi iugera campi,*
*Vrbanique tenent pradia multa lares:* Martia-
*Et ſeruit domina numeroſus debitor arca,* lis 3.
*Suſtentatque tuas aurea menſa dapes:*
*Faſtidire tamen noli Rufine minores,*
*Plus habuit Didymus, plus Philomel⁹ habet.*

Universidad de Deusto Biblioteca

## DOCTRINA.

Doctrina in tenera ætate acquiſita, indelebilis eſſe dicitur.

Sen. *Dediſcit animus ſero, quod didicit diu.*
Troad, **Cætera iam pridem didici puerilibus annis,*
Ouid. 6. *Non tamen iccirco prætereunda mihi.*
Faſt. Qui bona didicit, haud æquum facit ſi
Plaut. ea dediſcit.
Amph. *Haud æquũ facit quod qui didicit, id dediſ*

Addiſcere qui dedignatur, non leui caſtigatione dignus eſt.

*Cur neſcire pudens praue, quàm diſcere mal*
Hor. **Ne cures ea, quæ ſtulte miraris, & optas:*
Art. *Diſcere, & audire, & meliori credere non v*
Idem 1. Doceri ab hoſte fas eſt, ſ. quandoque.
Epiſt. 1. *— Fas eſt & ab hoſte doceri.*
Ouid. 4. Docere quilibet audet ea, quæ bene didici
Met. at non econtrà.
Hor. 2. *Nauem agere ignarus maris timet, abrot*
Epiſt. 1. *agro*
*Nõ audet, niſi qui didicit dare. quod medico-*
*rum eſt*
*Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.*
Propert. **Nauita de ventis, de tauris narrat arator,*
2. 1. *Enumerat miles vulnera, paſtor oues.*
Hor. 1. Docere ignota atque non ſcita nullus poteſt.
Epiſt. 18. *Inter cuncta leges, & percunctabere doctos:*





*Qua ratione queas traducere leniter æuum.*

Docens vtilia, deſiſtere non decet, Horatii exemplo.

*Dixerit inſanum qui me totidem audiet, atque* Hor. 2.
*Reſpice ignoto diſcet pendentia tergo.* Serm. 3.

## DOLOR.

Qui verè atque ex animo doleat.

*Non luget quiſquis laudari Gellia quærit,* Martia-
*Ille dolet verè, qui ſine teſte dolet.* lis 1.

Doloris maximi intimatio.

*Et lacrymæ deerant oculis, & verba palato,* Ouid.
*Adſtrictum gelido frigore pectus erat.* Epiſt. 21
*Poſtquã ſe dolor imminuit, mea pectora planxi,*
*Nec puduit ruptis exululare comis.*
*Non aliter quàm ſi nati pia mater ademti*
*Portet ad exſtructos corpus inane rogos.*
**Iam dolor in morem venit meus: vtq; caducis* Idem 2.
*Percuſſu crebro ſaxa cauantur aquis,* Pont. 7.
*Sic ego continuo fortunæ vulneror ictu,*
*Vixq; habet in nobis iam noua plaga locum.*
*Nec magis aſſiduo vomer tenuatur ab vſu,*
*Nec magis eſt curuis Appia trita rotis:*
*Pectora quam mea ſunt ſerie calcata malorum.*
**Vtque reformidant inſuetum lumina Solem,* Idem 3.
*Sic ad lætitiam mens mea ſegnis erat.* Pont. 4.
** Quocunq; adſpiceres, gemitus, luctusq; ſona-* Idem 1.
*bant,* Triſt. 3.

Universidad de Deusto Biblioteca



Formaque non taciti funeris intus erat.
Si licet exemplis in paruis grandibus vti,
Hæc facies Troiæ, cum caperetur, erat.
Idem 3. *Nil niſi flere libet, nec noſtro parcior imber
Triſt. 2. Lumine, quam verna de niue manat aqu
Idem 3. *Viuere me dices, ſed ſic, vt viuere nolim,
Triſt. 7 Nec mala tam longa noſtra leuata mora.
Mens tamē ægra iacet, nec tēpore robora ſump
Idem 5. Affectusque animi, qui fuit ante manet.
Triſt. 2. Quæque mora, ſpatioque ſuo coitura putant
Vulnera, non aliter, quàm modo facta, do
Scilicet exiguis prodeſt annoſa vetuſtas,
Grandibus accedunt tempore damna ma
Plaut. *Cor miſerum meum quidē guttatim cōta
Mil. Quaſi in āquam indideris ſalem. (ſa

Dolorem comitatur gaudium.

Claud -Semperque viciſſim
bello Ge- Gaudia præmiſſi cumulant inopina dolores.
tico.

Dolore vinci malum eſt, nec virum dece

Sen. *Sed flecte mentem, pectus antiquum aduoca
Theb. Victasque magno pectore ærumnas doma,
Reſiſte tantis in malis vinci malum eſt.
Ibidem. *Pauca ô parens magnanime miſerāda precor,
Vt verba natæ mente placata audias:
Non te vt reducam veteris ad ſpecimen domus,
Habitumque regni flore pollente inclyti,
Peto, aut vt iras tempore, aut ipſa mora
Fractas remiſſo pectore, ac placido feras,
El



Et hoc decebat roboris tanti virum,
Non eſſe ſub dolore, nec victum malis
Dare terga. non eſt vt putas virtus pater
Timere vitam, ſed malis ingentibus
Obſtare, nec ſe vertere, ac retro dare.

Dolor conſtantes etiam frangit.

Bis Zephyri iam vela vocant, fiducia mæſtis Val.
Nulla viris, ægro aſſiduè mens carpitur æſtu. Flaccus
Ipſe etiam Æſonides, quāquam triſtiſſima rerū 3.
Caſtiganda ducit, vultuque premenda ſereno,
Dulcibus indulget lacrymis, aperitque dolorem.
*Non ego firmus in hoc: non hæc patiētia noſtro Tibul-
Ingenio. frangit fortia corda dolor. lus 3.2.

Dolor incluſus homines magis cruciat. Ouid. 5.

Strangulat incluſus dolor, atq; cor æſtuat intus, Triſt. 1.
Cogitur & vires multiplicare ſuas. Sen.
*Magis exurunt, quos ſecretæ lacerant curæ. Agam.

Dolor animum ſummopere rodit, ingenio item artibusq; aduerſatur.

-Exedere animum dolor, iraq; demens.
*Nūc vellem facunda forē, dolor artibus obſtat Stat. 2.
Ingeniumq; meis ſubſtitit omne malis. Theb.
Non mihi reſpondent veteres in carmine vires, Ouid.
Plectra dolore tacent, muta dolore lyra eſt. Epiſt. 21

Dolor lacrymis egeritur, vindictaq; minuitur.

Fleque meos caſus: eſt quædam flere voluptas. Ouid. 4.
Expletur lacrymis, egeriturque dolor. Triſt. 3.
Sen.
Troad.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Arbitrio tuo
Implere lacrymis fletus, ærumnas leuat:

Ouid. 1. Amor. *At tu, ne dubita, minuet vindicta dolorem

Sen. Troad. Leuis eſt dolor, qui conſilium capere po
*Leuis eſt dolor qui conſilium capere poteſt.

Maior dolor cauſſatur vt plurimum exter narum rerum, quàm de amicorum & pro pinquorum amiſſione.

Iuuenalis 13. Quãdoquidẽ accepto claudẽda eſt ianua d
Et maiore domus gemitu, maiore tumultu
Planguntur nummi, quàm funeramẽta d
Fingit in hoc caſu, veſtem diducere ſumma
Contentus, vexare oculos humore coacto.
Ploratur lacrymis amiſſa pecunia veris.

Dolor vt abſit ab aliquo, deprecatio lep diſſima.

Ouid. 5. Triſt. 5. Dii facerent vtinam talis ſtatus eſſet in illo,
Vt non triſtitiæ cauſſa dolenda foret.

Doloris immenſi ex alicuius amici mor cauſſati expreſſio.

Virg. 4. Georg. Septem illum totos perhibent ex ordine men
Rupe ſub aerea deſerti ad Strymonis vndam
Fleuiſſe, & Helidis hæc euoluiſſe ſub antris:
Mulcentem tigres & agentem carmine quercu
Qualis populea mærens philomela ſub vmbra
Amiſſos queritur fetus, quos durus arator
Obſeruans, nido implumes detraxit: at illa
Flet noctem, ramoque ſedens miſerabile carmen

Inte



Integrat, & mæſtis latè loca queſtibus implet.

*Non mihi ſi centum Deus ora ſonantia linguis, Ouid. 8.
Ingeniumque capax, totumq; Helicona dediſſet, Met.
Triſtia proſequerer miſerarum dicta ſororum.

*Aſpicit eiectum Polydori in litore corpus, Idem 13.
Factaque Threiciis ingentia vulnera telis. Met.
Troades exclamant, obmutuit illa dolore,
Et pariter vocem, lacrymasq; introrſus obortas
Deuorat ipſe dolor, duroque ſimillima ſaxo
Torpet, & aduerſa figit modo lumina terra,
Interdum toruos extollit ad æthera vultus,
Nunc poſiti ſpectat vultum, nunc vulnera nati,
Vulnera præcipuè ſeq; armat, & inſtruit ira.
Qua ſimul exarſit, tanquam Regina maneret,
Vlciſci ſtatuit, pœnaque in imagine tota eſt.
Vtq; furit catulo lactente orbata leæna,
Signaq; nacta pedũ ſequitur, quẽ non videt, hoſtem:
Sic Hecube, poſtquam cum luctu miſcuit iram,
Non oblita animorum annorum oblita ſuorum,
Vadit ad artificem diræ Polymneſtora cædis.
Colloquiumq; petit: nam ſe monſtrare relictum
Velle, latens illi, quod nato redderet aurum.
Credidit Odryſius, prædaque aſſuetus amore, Idem
In ſecreta venit — Philo-

*Omnis adeſt ætas, mærent iuueneſq;, ſeneſque, mela.
Auſoniæ matres, Auſoniæque nurus.

Hor. 2. Car. 9. *Tu ſemper vrges flebilibus modis

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Miſten ademtum: nec tibi Veſpero*
*Surgente decedunt amores,*
*Nec rapidum fugiente Solem.*

Stat. 5. Sil. 1. ** Sera quidem tanto ſtruitur medicina dolo[ri]*
*Altera cũ volucris Phœbi rota torqueat au[...]*
*Sed cum plaga recẽs, & adhuc in vulnere pri[...]*
*Nigra domus quæſtu, miſeráq; acceſſus ad a[...]*
*Coniugis orbati, tunc flere, & ſcindere veſtes,*
*Et famulos laſſare greges, & vincere plãctus,*
*Fataque, & iniuſtos rabidis pulſare querelis*
*Cælicolas, ſolamen erat licet ipſe leuandos*
*Ad gemit⁹ ſiluis cõitatus, & amnibus Orphe[us]*
*Afferet, atq; omnis pariter matertera vatem*
*Omnis Apollineus tegeret, Bacchiq; ſacerdo[tes]*
*Nil cantus, nil fila, deis pallentis Auerni,*
*Eumenidumque audita comis mulcere valere[nt]*
*Tantus in attonito regnabat pectore luctus.*

## DOLVS.

Dolus an virtus in hoſte quis quærit?
q.d. nullus vel rarus.

Virg. 2. Æn. *Mutemus clypeos, Danaumque inſignia nobis*
*Aptemus. dol⁹ an virtus quis in hoſte requirat?*

Doloſi vt vulpes fugiendi.

Hor Art. *Nunquam te fallant animi ſub vulpe latentes.*

## DORMITATIO.

Dormiens



Dormiens multum, infelix dicitur.

*Infelix tota quicunque quieſcere nocte* Ouid. 2.
*Suſtinet, & ſomnos præmia magna vocat.* Amor. 9

Dormientes libenter, cum paruo damno
haud quieſcunt. Plaut.

*-Vigilare decet hominem,* Rud.
*Qui vult ſua tempori conficere officia.*
*Nam qui dormiunt libenter, ſine lucro, & cum malo quieſcunt.*

## DOS.

Dos puellarum veræ diuitiæ nõ ſunt, ſed pudicitia, pudor, cupiditatumq; refrenatio. Hor. 3. Carm. 24.

*Dos eſt magna parentium*
*Virtus, & metuens alterius viri*
*Certo fœdere caſtitas:*
*Et peccare nefas, aut pretium mori.* Plaut.

** Non ego illã mihi dotẽ duco eſſe, q̃ dos dicitur,* Amph.
*Sed pudicitiam & pudorẽ, & ſedatum Cupidinẽ.*
*Deûm metum, parentûm amorẽ, & cognatûm concordiam.* (probis.
*Tibi morigera, atq; vt munifica ſim bonis, ꝓſim* Idem
** Dũmodo morata rectè veniat, dotata eſt ſatis.* Aulul.
** Quæ dos matronis pulcerrima? vita pudica.* Bias per Auſon.

Dos magis, quám fama puellarum
diligitur. Plaut.

*Tace ſtulta, nõ tu nunc hominum mores vides.* Perſ.

Universidad de Deusto Biblioteca



*Quoiuſmodi? hic cùm mala fama facilè nu...*
*Dum dos ſit, nullum vitiũ vitio vortitur. (...*

Dotem accipiens imperium vendit.

Plaut. Aſin. *Argentum accepi, dote imperium vendidi.*

[Vide de his plura in titulo De mulieribu... Mulieres dotatæ, &c.]

## DVCES.

Dux alios virtute atq; in omni re præcede... debet, præcipuè Catonis exemplo, &... hoc exhortatio notabilis.

Lucan. 7. *O quibus vna ſalus placuit mea ſigna ſecutis*
*Indomita ceruice mori, componite mentes*
*Ad magnũ virtutis opus, ſummosq; labores, &...*
*—Primus arenas*
*Ingrediar, primusq; gradus in puluere ponam*
*Me calor æthereus feriat, mihi plena veneno*
*Occurrat ſerpens, fatoq; pericula veſtra*
*Prætentate meo. ſitiat, quicunque bibentem*
*Viderit: aut vmbras nemorũ quicunq; petentẽ*
*Æſtuet: aut equitẽ peditum præcedere turmas*
*Deficiat: ſi quo fuerit diſcrimine notum*
*Dux, an miles eam.—*

Et infrà. **Ipſe manu ſua pila gerens, præcedit anheli*
*Militis ora pedes, monſtrat tolerare labores,*
*Non iubet, & nulla vehitur ceruice ſupinus,*
*Carpentoque ſedens ſomni parciſſimus ipſe eſt.*
*Vltimus hauſtor aquæ: cùm tandẽ fonte reperto*

*Indiga*



*Indiga cogatur laticeſ potare iuuentus,*
*Stat, dum lixa bibat —*
*—Cogit tantos tolerare labores* Et infrà.
*Summa ducis virtus, qui nuda fuſus arena*
*Excubat, atque omni fortunam prouocat hora.*
**Primus inire manũ, poſtremus ponere Martẽ.* Silius 1.
*—Nec deſine tales* Claud.
*Nate ſequi: ſi bella tonant, prius agmina duris* 4. Hon.
*Exerce ſtudiis, & ſæuo præſtrue Marti.*
*Non bruma requies, non hibernacula ſegnes*
*Eneruent torpore manus.—*
*—Si longa moretur* Et ſequitur.
*Obſidio, tum vota caue ſecura remittas,*
*Incluſumque putes: multis damnoſa fuere*
*Gaudia, diſperſi pereunt ſomnoq; ſoluti.*
*Sæpius incauta nocuit victoria turba.*
*Neu tibi regificis tenteria longa redundent*
*Deliciis, non imbelles ad ſigna miniſtros*
*Luxuries armata trahat: neu flantibus Auſtris*
*Neu pluuiis cedas, neu defenſura calorem*
*Aurea ſubmoueant rapidos vmbracula Soles.*
*Inuentis vtêre cibis, ſolabere partes*
*Æquali ſudore tuas. ſi collis iniquus,*
*Primus ini: ſiluam ſi cædere prouocat vſus,*
*Ne pudeat ſumta quercum ſtrauiſſe bipenni.*
*Calcatur ſi pigra palus, tuus ante profundum*
*Prætentet ſonipes, primus tu protere curru.*
*Hærentes glacie liquido tu ſcinde natatu.*

Universidad de Deusto Biblioteca



*Nunc eques in medias equitū te conſere turmas,*
*Nunc pedes aſsiſtas pediti, tum promptius ibunt*
*Te ſocio tum conſpicuus, gratusq; geretur*
*Sub te teſte labor —*

Ducis eſt ſubiectis parcere, ſuperbos verò debellare.

Virg. 6. Æn. *Hæ tibi erunt artes, paciq; imponere morem,*
*Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.*
Claud. bello Getico. *—Ignoſcere pulchrum*
*Iam miſero, tœraq; genus vidiſſe precantem.*

Ducis præſentia non parum prodeſt, abſentia verò econtrá.

Virg. 9. Æn. *Tum verò incumbunt, vrget præſentia Turni.*
Plaut. Amph. **Vbi ſummus imperator non adeſt ad exercitũ*
*Citius quod non facto eſt vſus ſit, quam facto eſt opus.*

Ducis virtus maxima eſt hoſtē interimere, ex Neronis ſententia.

Sen. Oct. *Extinguere hoſtem maxima eſt virtus ducis.*

Nulla ducis virtus excellentior eſſe dicitur amore & liberalitate.

Martialis 5. *Quatenus hi non ſunt, eſto tu Cæſar amicus,*
*Nulla ducis virtus dulcior eſſe poteſt.*

Duci turpis eſt ſomnolentia.

Silius 3. *Turpe duci totam ſomno conſumere noctem,*
*O rector Libyæ: vigili ſtant bella magiſtro.*

Dux optimus quis ſit.

*—Ductorque placebat,*



*Non qui præcipiti traheret ſimul omnia caſu:* Claud.
*Sed qui maturo vel læta, vel aſpera rerum* bello Ge-
*Conſilio momenta regens, nec triſtibus impar,* tico.
*Nec proſucceſſu tumidus, ſpatiumq; morandi,*
*Vincendiq; modum mutatis noſſet habenis.*

Duce percuſſo milites diffugiunt.

*Diffugiunt Tyrii, quo quenq; agit error: vt olim* Ouid. 3.
*Amiſſo dubiæ rege vagantur apes.* Faſt.
**Ebricas extem, loſpargit fuga, nullus ademti* Val.
*Regis amor, montem celeres ſiluamq; capeſſunt.* Flaccus
Ciues ſeruare virtus eſt maxima ducis, ex 4.
Senecæ ſententia.

*Seruare ciues, maior eſt virtus patriæ patri.* Sen. Oct.

## E

### EBRIETAS

Ebrietas quæ ſit ferenda.

*Aut nulla ebrietas, aut tanta ſit, vt tibi curas* Ouid. 2.
*Eripiat, ſi qua eſt inter vtrumque, nocet.* Remed.

Ebrietatem ſubſequitur arcanorũ proditio, philautia & ſuperbia.

*Arcanum demens detegit ebrietas.* Virg. Opuſ.
*—Subſequitur cæcus amor ſui,* Hor. 1.
*Attollens vacuum plus nimio gloria verticem,* Carm.
*Arcanique fides prodiga perlucidior vitro.* 18.
**Quid non ebrietas deſignat? operta recludit,* Idem 1.
*Spes iubet eſſe ratas, in prælia trudit inermem:* Epiſt. 5.

Universidad de Deusto Biblioteca



*Sollicitis animis onus eximit, addocet artes.*
*Fecundi calices quem non fecere diſertum?*
*Contracta quem non in paupertate ſolutum?*

Ebrietas vt vera nocet, ſic ficta prodeſt ſæpe.

Ouid. Art. *Ebrietas vt vera nocet ſic ficta iuuabit.*

Ebrietas voluptatis comes eſt.

Silius 15. *Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atris*
*Circa te ſemper volitans infamia pennis.*

Vinum immoderatè ſumptum non parum obeſt.

Ouid. 2. Remed. *Quid tibi præcipiam de Bacchi munere quæris?*
*Vina parant animos Veneri —*

Idem 1. Art. **Vina parant animos, faciuntq; caloribus aptos.*
*Cura fugit multo, diluiturq; mero.*
*Tunc veniunt riſus, tunc pauper cornua ſumit,*
*Tunc dolor, & curæ, rugaq; frontis abit.*
*Tunc aperit mentes æuo rariſsima noſtro*
*Simplicitas, artes excutiente Deo.*

Tibul. 1. 7. **Ille liquor docuit voces inflectere cantu,*
*Mouit & ad certos neſcia membra modos.*
*Bacchus & agricolæ magno confecta labore*
*Pectora triſtitiæ diſſoluenda dedit.*
*Bacchus & afflictis requiē mortalibus adfert,*
*Crura licet dura compede pulſa ſonent.*

Hor. 1. Carm. 18. **At, ne quis modici tranſiliat munera Liberi,*
*Cētaurea monet cùm Lapithis rixa ſuper mero*
*Debellata: monet Sithoniis non leuis Euius:*
*Cùm fas, atq; nefas exiguo fine libidinum*

Diſ-



*Diſcernunt auidi —*
**Vino forma perit, vino corrumpitur ætas.* Propert. 2.33.

---

ELECTI.

Electi ſunt pauci.

*— Pauci quos æquus amauit* Virg. 6. Æn.
*Iupiter, aut ardens euexit ad æthera virtus.*
*— Pauci læta arua tenemus.* Ibidem.
**Vir bonus & ſapiens, qualē vix repperit vnū* Auſon. Eidyll. 12. Idem de ſeptē ſapient.
*Millibus è multis hominum conſultus Apollo.*
**Plures eſſe Bias prauos, quàm clara Pyrene.*

---

ELEMENTA.

Elemēta quatuor ſunt, ex quibus duo leuia exiſtūt, ſ. ignis & aër: quę ſurſum naturaliter tendunt. Aqua verò & terra grauia ſunt, & deorſum naturaliter tendunt.

*Quattuor æternus genitalia corpora mundus* Ouid. 15. Met.
*Continet: ex illis duo ſunt oneroſa, ſuoq;*
*Pondere in inferius, tellus atque vnda ferūtur.*
*Et totidem grauitate carent, nulloq; premente*
*Alta petunt, aer atque aere purior ignis.*
**Altū flamma petit, propior locus aera cepit:* Idem Faſt.
*Sederunt medio terra fretumq; loco.*
**Ignis in æthereas volucer ſe ſuſtulit auras,* Manil. 1.
*Summaq; complexus ſtellantis culmina cœli*
*Flammarum vallo naturæ mœnia fecit.*
*Proximus in tenues deſcendit ſpiritus auras,*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Æraque extendit medium per inania mundi.*
*Ignem flatus alit vicinis ſubditus aſtris.*
*Tertia ſors vndas ſtrauit, flatusq; natantes.*
*Æquora, perfudit toto naſcentia ponto.*
*Vt liquor exhalet tenueis, atque euomat auras,*
*Aeraque ex ipſo ducentem ſemina paſcat,*
*Vltima ſubſedit glomerato pondere tellus.*
Ouid. 1. Met. **Ignea conuexi vis & ſine pondere cæli*
*Emicuit, ſummaque locum ſibi legit in arce.*
*Proximus eſt aer illi leuitate, locoq;:*
*Denſior his tellus elementaq; grandia traxit,*
*Et preſſa eſt grauitate ſui: circunfluus humor*
*Vltima poſſedit, ſolidumque coercuit orbem.*
**Neu regio foret vlla ſuis animalibus orba,*
*Aſtra tenent cæleſte ſolum, formæq; Deorum:*
*Ceſſerunt nitidis habitandæ piſcibus vndæ.*
*Terra feras cepit, volucres, agitabilis aer.*

Elementa generabilia corruptibiliáve inuicem ſunt.

Idem 15. Met. *Quæ quanquã ſpatio diſtant, tamẽ omnia fiunt*
*Ex ipſis, & in ipſa cadunt, reſolutaque tellus*
*In liquidas rareſcit aquas: tenuatur in auras,*
*habet. *Aeraq; humor* abit: demto quoq; põdere rurſus*
*In ſuperos aer tenuiſsimus emicat ignes.*
*Inde retro redeunt, idemque retexitur ordo.*
*Ignis enim denſum ſpiſſatus in aera tranſit,*
*Hinc in aquas: tellus glomerata cogitur vnda.*

Elementa omnia & cæleſtia quęque communia ſunt.

*Acceſ-*



*Acceſsit, poſitoque genu Titania terram* Ouid. 6. Met.
*Preſsit, vt hauriret gelidos potura liquores.*
*Ruſtica turba vetat. Dea ſic affata vetantes.*
*Quid phibetis aquas? vſus cõmunis aquarũ eſt.*
*Nec ſolem proprium natura, nec aera fecit,*
*Nec tenues vndas: ad publica munera veni.*
*Quæ tamen, vt detis, ſupplex peto.—*

---

## ELOQVENTIA.

Eloquentię vis quanta.

*Sic ait, & dicto citius tumida æquora placat,* Virg. 1. Æn.
*Collectasq; fugat nubes, Solemque reducit.*
*Ac veluti magno in populo cùm ſæpe coorta eſt*
*Seditio, ſæuitque animis ignobile vulgus,*
*Iamq; faces, & ſaxa volãt furor arma miniſtrat:*
*Tũ pietate grauem, ac meritis ſi fortè virũ quẽ*
*Conſpexère. ſilent, arrectisq; auribus adſtant.*
*Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.*
*Sic cũctus pelagi cecidit fragor, æquora poſtquã*
*Proſpiciens genitor, &c.*
**Iudicis affectum, poſſeſſaque pectora ducis*
*Victor, ſponte ſua ſequitur quocunque vocaſti,* Lucanus ad Piſonem.
*Flet, ſi flere iubes: gaudet gaudere coactus:*
*Et te dante capit iudex, quam non habet, iram,*
*Sic auriga ſolet feruentia Theſſalus ora*
*Mobilibus frenis in aperto flectere campo,*
*Qui modò non ſolùm rapido permittit habenas*
*Quadrupedi, ſed calce citat, modò torquet in auras*

Universidad de Deusto Biblioteca



*Flexibiles rictus, & nunc ceruice rotata*
*Incipit effuſos in gyrum carpere curſus.*
*Quis non attonitus iudex tua reſpicit ora?*
*Quis regit ipſe ſuã, niſi per tua pondera, ment...*
*Nã tu, ſiue libet pariter cum grandine nimb...*
*Denſaque vibrata iaculari fulmina lingua,*
*Seu iuuat adſtrictas in nodum cogere voces,*
*Et dare ſubtili viuacia verba catena,*
*Vim Laertiadæ, breuitatem vincis Atridæ.*
*Dulcia ſeu mauis liquidoque fluentia curſu*
*Verba, nec incluſo, ſed aperto pingere flore:*
*Inclyta Nectorij cedit tibi gratia mellis.*

Eloquens forti viro dignior eſt, eique præponitur,

Ouid. 13. *Quippe manu fortes, nec ſunt tibi marte ſecũ...*
Met. *Conſiliis ceſſere meis. tibi dextera bello*
*Vtilis, ingeniũ eſt quod eget moderamine noſt...*
*Tu vires ſine mente geris, mihi cura futuri...*
*Tu pugnare potes: pugnandi tempora mecum*
*Eligit Atrides. tu tantum corpore prodes,*
*Nos animo. quãtoq; ratem qui temperat, ante...*
*Remigis officium, quantò dux milite maior,*
*Tantum ego te ſupero: nec non in corpore noſt...*
*Pectora ſunt potiora manu: vigor omnis in illi...*
Ibidẽ. **Mota manᵘ procerũ eſt, &, quid facũdia poſſet,*
Val. *Tunc patuit, fortiſq; viri tulit arma diſertus.*
Flaccus 4. **Sed te non animis, nec ſolis viribus æquum*
*Credere: ſæpe acri potior prudentia dextra.*

Elo-



Eloquentiæ fructus maximus eſt.

*Diſcitur, innocuas vt agat facundia cauſſas;* Ouid. 2.
*Protegit hæc ſontes, immeritoſque premit.* Triſt.
*—Romani maximus auctor* Lucan.
*Tullius eloquii, cuius ſub iure togaque* 7.
*Pacificas ſæuus tremuit Catilina ſecures.*
*Addidit inualidæ robur facundia cauſſæ.*
**Quin agè maiorum iuuenis facunde tuorum,* Lucanus
*Scande ſuper titulos, & auitæ laudis honores,* ad Piſo-
*Armorumque decus præcede forenſibus actis.* nem.
*Sic etiam magno iam tunc Cicerone vigente*
*Laurea facundis ceſſerunt arma togatis.*

Eloquentia affectu maximo appetenda non eſt, cùm noceat quandoque.

*Eloquiũ, ac famã Demoſthenis, aut Ciceronis* Iuuena-
*Incipit optare, &c.* lis 10.
*Eloquio ſed vterque perit orator; vtrunque*
*Largus, & exundans letho dedit ingenii fons.*
*Ingenio manus eſt, & ceruix cæſa: nec vnquam*
*Sanguine cauſidici maduerunt roſtra puſilli.*

---

## EXEMPLA.

Exempla aliorum quam vim habeant.

*—Inſueuit pater optimus hoc me,* Hor. 1.
*Vt fugerem, exemplis vitiorum quæq; notando,* Serm. 4.
*Cùm me hortaretur parcè, frugaliter, atque*
*Viuerẽ vti contentus eo, quod mî ipſe paraſſet:*
*Nónne vides Albi vt malè viuat filius? vtque*

Universidad de Deusto Biblioteca



*Barrus inops : magnum documentum, ne p-*
*triam rem*
*Perdere quis velit. à turpi meretricis amore*
*Cùm deterreret : Sectani diſsimilis ſis.*
*Ne ſequerer mœchas, conceſſa cum Venere*
*Poſſem : deprehenſi nō bella eſt fama Trebon*
*Aiebat, &c.*
*—Sic me*
*Formabat puerum dictis : &, ſiue iubebat,*
*Vt facerem quid, habes auctorē, quo facias*
*Vnum ex iudicibus ſelectis obiiciebat :*
*Siue vetabat : an hoc inhoneſtum, & inutile*
**factū. factu,*
*Necne ſit, addubites? flagret rumore malo c*
*Hic atq; ille? auidos vicinum funus vt ægr*
*Exanimat, mortisq; metu ſibi parcere cogit:*
*Sic teneros animos aliena opprobria ſæpe*
*Abſterrent vitiis.—*
*Iuuenalis 14.* **Sic natura iubet, velocius & citius nos*
*Corrūpunt vitiorū exempla domeſtica, mag*
*Cùm ſubeant animos auctoribus, &c.*
*Ibidem.* *-- Quoniam dociles imitandis*
*Turpibus, ac prauis omnes ſumus. --*

EXPERIENTIA.

Experientia ad ſcientiam acquirendam maximè confert.

*Ter. Adelph.* *Nunquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit,*



*Quin res, ætas, vſus ſēper aliquid apportet noui,*
*Aliquid moneat, vt illa quæ te ſcire credas, neſcias :*
*Et quæ tibi putaris prima, in experiūdo repudies.*
*-- Seris venit vſus ab annis.*

Experientia facit artem.

*Ouid. 6. Met.*
*Poſtquam omnis cæli ſpecies redeuntibus aſtris* *Manil. 1.*
*Percepta in proprias ſedes, & reddita certis*
*Fatorum ordinibus ſua cuique potentia formæ,*
*Per varios vſus, artem experientia fecit.*
*Exemplo monſtrante viam. --*
**Scit bene venator ceruis vbi retia tendat,* *Ouid. 1.*
*Scit bene qua frendens valle moretur aper.* *Art.*
*Aucupibus noti frutices : qui ſuſtinet hamos,*
*Nouit quæ multo piſce natentur aquæ.*

Experientia eſt prouidentiæ magiſtra.

*Venturam melius præſagit nauita mortem :* *Propert.*
*Vulneribus didicit miles habere metum.* *3.11.*
**Da veniam, quæſo, nimioq; ignoſce timori,* *Ouid. 2.*
*Tranquillas etiam naufragus horret aquas.* *Pont. 7.*
*Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo,*
*Omnibus vnca cibis æra ſubeſſe putat.*
*Sæpe canem viſum longè fugit agna, lupumque*
*Credit, & ipſa ſuam neſcia vitat opem.*
*Membra reformidat mollē quoq; ſaucia tactū,*
*Vanaque ſollicitis incitat vmbra metum.*
*Sic ego fortunæ telis confixus iniquis,*
*Pectore concipio nil niſi triſte meo.*

## F

### FACILITAS.

Facilia queque in principio difficilia videntur.

Lucret. 2. *Sed neq; tam facilis res vlla'ſt, quin ea pri*
*Difficilis magis ad credendum conſtet.—*

Facilia aggredi difficile non eſt.

Ouid. 3. Triſt. 11. *In cauſſa facili, cuiuis licet eſſe diſerto,*
*Et minimæ vires frangere quaſſa valent.*
*Subruere eſt arces, & ſtantia mœnia virtus:*
*Quilibet ignaui præcipitata premunt.*

Manil. 3. *—Facile eſt ventis dare vela ſecundis,*
*Fecundumque ſolum varias agitare per arte*
*Auroq;, atq; ebori decus addere, cùm rudis ip*
*Materies niteat.—*

Facilitate atque clementia nil homini melius.

Ter. Adelph. *—Re ipſa repperi:*
*Facilitate nihil eſſe homini meli⁹, neq; clemẽtia*

### FACTVM.

Quæ quis vult facere, ea publicare non debet.

Thales per Auſon. *Quod facturus eris, dicere *ſuſtuleris.*
*diſtuleris.

Factum æternum haud eſſe poteſt, quia nil ſit æternum.

*Verum eſt quod cecinit ſacer*

Tangens



*Tangens Threiciam chelyn* Sen.
*Orpheus Calliopæ genus?* Herc.
*Æternum fieri nihil.* Oet.

Facti fama etiam poſt mortem manet.

*Fama manet facti, poſito velamine currunt.* Ouid. 2.
*Et memorem famam, qui bene geſsit, habet.* Faſt.

Factum ſemel, infectum fieri non poteſt, ob contradictionis repugnãtiam.

*—Cras vel atra* Hor. 3.
*Nube polum, pater, occupato,* Car. 29.
*Vel Sole puro, non tamen irritum*
*Quodcunque retro eſt efficiet, neque*
*Diffinget, infectumque reddet,*
*Quod fugiens ſemel hora vexit.*

**Factum eſt illud, fieri infectum non poteſt.* Plaut.
**Quod malè feci crucior, modò ſi infectum fieri poſsit.* Aulul. Idem

Facinus maximum abſque periculo non committitur. Capt.

**Non fit ſine periculo facinus magnum, & memorabile.* Ter. Heaut.

### FALLACIA.

Fallacia alia aliam ſæpe expellit.

*Fallacia alia aliam trudit.* Ter. And.

Fallere aliquem ſub amici nomine, tuta frequenſq; eſt via, at criminoſa tamen.



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ouid. 1. Tuta, frequensq; via eſt per amic. fallere nom...
Art. Tuta frequensq; licet ſit via crimen hab...

Fallentes fallere licet.

Ibidem. Fallite fallentes: ex magna parte profanum
Sunt genus: in laqueos quos poſuere cad...

## FAMA.

Fama velox eſt, atque eundo creſcit: men... igitur fallax loquaxq; dicitur.

Virg. 4. *Extemplo Libyæ magnas it fama per vrbes,
Æn. Fama malum, quo non aliud velocius vllum
Mobilitate viget, vireſque adquirit eundo,
Parua metu primo, mox ſeſe attollit in auras,
Ingrediturque ſolo, & caput inter nubila cond...
Illam terra parens ira irritata Deorum,
Extremã, vt perhibent Cœo, Enceladoq; ſoror...
Progenuit pedibus celerem & pernicibus al...
Monſtrum horrendũ, ingens: cui quot ſunt cor-
pore plumæ,
Tot vigiles oculi ſubter (mirabile dictu)
Tot linguæ, totidẽ ora ſonant, tot ſurrigit aures.
Nocte volat cæli medio, terræq; per vmbram,
Stridens, nec dulci declinat lumina ſomno,
Luce ſedet cuſtos aut ſummi culmine tecti,
Turribus aut altis, & magnas territat vrbes,
Tam ficti, prauique tenax, quàm nuntia veri.
Ouid. 9. -- Fama loquax peruenit ad aures
Met. Deianira tuas, quæ veris addere falſa
Gaudet:



Gaudet: & è minimo ſua per mendacia creſcit.
*Orbe locus medio eſt inter terraſq; fretumque, Idem 12.
Cæleſteſque plagas, triplicis confinia mundi. Met.
Vnde quod eſt vſquã, quamuis regionib. abſit,
Inſpicitur, penetratq; cauas vox omnis ad au-
Fama tenet, ſũmaq; domũ ſibi legit in arce (res.
Innumeroſque aditus, ac mille foramina tectis
Addidit, & nullis incluſit limina portis.
Nocte dieque patet: tota eſt ex ære ſonanti,
Tota fremit, voceſq; refert, iteratq; quod audit.
Nulla quies intus, nullaque ſilentia parte:
Nec tamẽ eſt clamor, ſed paruæ murmura vocis,
Atria turba tenet, veniũt leue vulgus, euntq;
Mixtaq; cum veris paſſim cõmenta vagantur
Millia rumorum, confuſaq; verba volutant.
E quibus hi vacuas implent ſermonibus aures,
Hi narrata ferunt alio, menſuraque ficti
Creſcit, & auditis aliquid nou' adiicit auctor,
Ipſa quid in cælo rerũ, pelagoq; geratur, (&c.
Et tellure videt, totumque inquirit in orbem.
*En ego lætarum venio tibi nuntia rerum Idem 4.
Fama per immenſas aere lapſa vias. Pont. 4.
*Certus abeſt auctor, ſed vox hoc nũtiat omnis, Martia-
Credo tibi, verum dicere fama ſolet. lis 7.
*Inimici famam non ita, vt nata eſt, ferunt. Plaut.
Famam bonã amittere peius eſt, quàm Perſ.
nobiliſſima quæque.

—Vnde

Universidad de Deusto
Biblioteca



Hor. 1. *Fama malum grauius, quã res, trahit. an*
Serm. 2. *abunde*
*Perſonam ſatis eſt, non illud, quidquid vbique*
*Offi[]it, euitare? bonã deperdere famam.*
Famã incontaminatam ſeruãs, diues ſat e
Plaut. *Ego ſi bonã famam mihi ſeruaſſo, ſat ero diues*
Moſtell. Fama hominũ licèt longa ſit, tamẽ à mo
te ſecunda tandem delebilis eſt.
Boeth. *Quid ô ſuperbi colla mortali iugo*
27. *Fruſtra leuare geſtiunt?*
*Licet remotos fama per populos means*
*Diffuſa linguas explicet,*
*Et magna titulis fulgeat claris domus,*
*Mors ſpernit altam gloriam,*
*Inuoluit humile pariter, & celſum caput,*
*Æquatque ſummis infima.*
*Vbi nunc fidelis oſſa Fabricii manent?*
*Quid Brutus, aut rigidus Cato?*
*Signat ſuperſtes fama tenuis, pauculis*
*Inane nomen literis.*
*Sed quid decora nouimus vocabula?*
*Num ſcire conſumt[]s datur?*
*Iacetis ergo prorſus ignorabiles,*
*Nec fama notos efficit.*
*Quòd ſi putatis longius vitam trahi,*
*Mortalis aura nominis,*
*Cùm ſera vobis rapiet hoc etiam dies,*
*Iam vos ſecunda mors manet.*

**Mire-*



**Miremur periiſſe homines? monumẽta fatiſcũt.* Auſon.
*Mors etiam ſaxis, nominibusque venit.* Epig. 35.
Fama, ſeu virtutis nomen ſupereſt tàntùm,
cætera verò mortis ſunt.
*Fama manet facti, poſito velamine currunt:* Ouid. 2.
*Et memorem famam, qui bene geſſit, habet.* Faſt.
**At mihi Pegaſides blãdiſſima carmina dictãt.* Idem E-
*Iam canitur toto nomen in orbe meum.* piſt. 21.
**Corpora debentur mæſtis exſanguia buſtis.* Idem 3.
*Effugiunt ſtructos nomen, honosque rogos.* Pont. 2.
*Occidit & Theſeus, & qui comitauit Oreſtem,*
*Sed tamen in laudes viuit vterque ſuas.*
**Famaque poſt cineres maior venit.—* Idem 4.
**Scindentur veſtes, gemmæ frãgentur, & aurũ* Pont. 16.
*Carmina quam tribuẽt, fama perennis erit.* Idem 1.
**Singula quid referã? nil nõ mortale tenemus,* Amor.
*Pectoris exceptis, ingeniique bonis.* 10.
*En ego cùm patria caream, vobisque, domoq;,* Idem 1.
*Raptaq; ſint, adimi quæ potuere mihi:* Triſt. 7.
*Ingenio tamen ipſe meo comitorque, fruorque:*
*Cæſar in hoc potuit iuris habere nihil.*
*Quilibet hanc ſæuo vitam mihi finiat enſe,*
*Me tamen extincto fama ſuperſtes erit.*
**At non ingenio quæſitum nomen ab æuo* Propert.
*Excidet: ingenio ſtat ſine morte decus.* 3. 1.
**Vita perit, mortis gloria non moritur.* Thales per Auſon.

FAMES.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Famis deſcriptio.

Ouid. 8. *Eſt locus extremis Scythiæ glacialis in oris*
Met. *Triſte ſolū, ſterilis, ſine fruge, ſine arbore tell*
*Frigus iners: illic habitant Pallorq; Tremo*
*Et ieiuna Fames.—*
Et infrà. ** Quæſitamq; famem lapidoſo vidit in an*
*Vnguibus, & raris vellentem dentibus herb*
*Hirtus erat crinis, caua lumina, pallor in or*
*Labra incana ſitu, ſcabri rubigine dentes,*
*Dura cutis, per quam ſpectari viſcera poſſen*
*Oſſa ſub incuruis extabant arida lumbis.*
*Ventris erat pro ventre locus, pendere putar*
*Pectus, & à ſpina tantummodo crate teneri*
*Auxerat articulos macies; genuumq; tume*
*Orbis, & immodico prodibant tubere tali.*

Latrante ſtomacho omnis mora bilem mouet.

Plaut. *Fames, & mora bilem in naſum conſciunt.*
Amph.

Eſurienti dulcia guſtabilia ve ſunt quæque.

Ouid. 6. *Hauſtus aquæ mihi nectar erit, vitāq; fateb*
Met. *Accepiſſe ſimul, vitam dederitis in vndis.*
Hor. 2. ** ieiunus ſtomachus raro vulgaria temnit.*
ſat. 2.

FATVM.

Fatum ſeu cauſſarū ordo immutabile eſt, ex quo humanū genus regi neceſſariò quidā opinantur, ſed falſo, niſi intelligāt per fatum



fatum Dei voluntatē, & hæc immutabilis eſt, vt ſuprà oſtēſum eſt, titulo de Deo.

*Deſine fata Deûm flecti ſperare precando.*
** Fata regunt homines.—* Virg. 2.
** Fatis agimur, cedite fatis.* Æn.
*Non ſollicitæ poſſunt curæ* Iuuena-
*Mutare rati ſtamina fuſi:* lis 9.
*Quidquid patimur mortale genus,* Sen.
*Quidquid facimus, venit ex alto,* Oed.
*Seruatque ſuæ decreta colus*
*Lacheſis: dura reuoluta manu*
*Omnia certo tramite vadunt,*
*Primusque dies dedit extremum.*
*Non illa Deo vertiſſe licet,*
*Quæ nexa ſuis currunt cauſſis,*
*It cuique ratus prece non vlla*
*Mobilis ordo: multis ipſum*
*Timuiſſe nocet: multi ad fatum*
*Venere ſuum, dum fata timent.*
** Regitur fatis mortale genus:* Idem
*Nec ſibi quiſquam ſpondere poteſt* Oct.
*Firmum, & ſtabile: perque caſus*
*Voluitur varios ſemper nobis*
*Metuenda dies.*
** Mitto, quod certum eſt, & ineuitabile fatum.* Manili-
** Soluite mortales animos, curasque leuate,* us 2.
*Totque ſuperuacuis vitam deflete querelis.* Idem 4.
*Fata regunt orbem, certa ſtant omnia lege.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Longaque per certos ſignantur tempora curſu.*
*Naſcentes morimur, finiſq; ab origine pendet.*
*Tunc & opes, & regna fluunt, & ſæpius orta*
*Paupertas, arteſque datæ, moreſque creati,*
*Et vitia & clades, damna & compendia vitæ.*
*Nemo caret damno, poterit nec habere negata,*
*Fortunamve ſuis inuitam perdere votis,*
*Aufugere inſtantem ſors eſt ſua cuiq; ferẽda.*
*At niſi fata darent leges vitæque, neciſque*
*Fugiſſent ignes Æneam: Troia ſub vno*
*Non euerſa viro fatis viciſſet in ipſis.*
*Aut lupa proiectos nutriſſet Martia fratres,*
*Romaque ſic enata foret, pecudumq; magiſtri*
*In Capitolinos auxiſſent culmina monteis,*
*Includive ſua potuiſſet Iupiter arce*
*Captus, vel caput hic orbis foret: igne ſepulto,*
*Vulneribus victor repetiſſet Mucius vrbem,*
*Solus & oppoſitis clauſiſſet Horatius armis*
*Pontem, vrbẽque ſimul: rupiſſet fœdera virgo*
*Treſque ſub vnius fratres virtute iacerent.*
*Nulla acies tunc euicit: pendebat ab vno*
*Roma viro, regnumq; orbis ſortita iacebat.*

Fatum diuinæ ſubiicitur poteſtati.

*Stat. 5. Sil. 1.*

*—Heu durus fati tenor, eſt ne quod illi*
*Non liceat? quanta poterant mortalibus annis*
*Acceſſiſſe mora? ſi tu pater omne teneres*
*Arbitrium: cæco gemeret mors cluſa barathro,*
*Longius & vacuæ poſuiſſent ſtamina Parcæ.*

Fata,



Fata, id eſt, aduerſa qui procul cauit, ac vitæ bona, i. proſpera proiecit, nullo ei opus eſt, vt mortem cupiat, petatque. Vtrumq; enim velle, timidi eſt.

*Qui fata proculcauit, ac vitæ bona*
*Proiecit, atque abſcidit, & caſus ſuos*
*Onerauit: ipſi, ceu video, nullo eſt opus,*
*Quare ipſe mortem cupiat, aut quare petat.*
*Vtrunque timidi eſt velle: contemſit mori*
*Qui non concupiſcit.—*

*Sen. Oedipo.*

## FAVOR.

Fauor hominũ nulla arte quæritur melius, quàm ſeruare hominem.

*Conueniens hominum eſt, hominem ſeruare voluptas:*
*Et melius nulla quæritur arte fauor.*
*Quis non Antiphatẽ Læſtrygona deuouet? aut*
*Munifici mores improbat Alcinoi? (quis*

*Ouid. 2. Pont. 9.*

Fauor opus adiuuat, laboreq; minuit.

*Scribentem iuuat ipſe fauor, minuitq; laborem:*
*Cumque ſuo creſcens pectore feruet opus.*

*Ouid. 3. Pont. 9.*

## FELICITAS.

Felix, boni fontem, i. Deum, videre qui potuit.

*Felix, qui potuit boni*
*Fontem viſere lucidum:*

*Boët. 3. 12.*

Universidad de Deusto Biblioteca



*Felix, qui potuit grauis*
*Terræ ſoluere vincula.*

Felix non erat, qui potuit cadere.

Boët. 1. 1. *Quid me felicem toties iactaſtis amici?*
*Qui cecidit, ſtabilis non erat ille gradu.*

Felix dicitur, quem aliena pericula cautum reddunt.

Tibul. 3. 6. *Vos ego nunc moneo, felix quicunque dolore*
*Alterius diſces poſſe carere tuo.*

Plaut. **Feliciter ſapit, qui alieno periculo ſapit.*

Ter. **Ex aliis periculũ facito, tibi quod ex vſu ſiet.*

Felix dicitur mortis metum qui ſuis ſubiecit pedibus.

Virg. 2. Georg. *Felix, qui potuit rerum cognoſcere cauſſas:*
*Atque metus omneis, & inexorabile fatum*
*Subiecit pedibus, ſtrepitumq; Acherontis auari.*

Felix dicitur, qui ſuis cõtentus viuit, neq; ſe aliis negotiis immiſcet.

Claud. de ſene Veroneſi. *Felix, qui propriis æuum tranſegit in aruis.*
*Ipſa domus puerum, quem videt ipſa ſenem.*
*Qui baculo nitens, in qua reptauit arena*
*Vnius numerat ſæcula longa caſæ.*
*Illum non vario traxit fortuna tumultu,*
*Nec bibit ignotas mobilis hoſpes aquas.*
*Non freta mercator timuit, non claſsica miles:*
*Non rauci lites pertulit ille fori.*
*Indocilis rerum, vicinæ neſcius vrbis,*
*Adſpectu fruitur liberiore poli.*

Frug-



*Frugibus alternis, non Conſule computat annũ,*
*Autumnum pomis, ver ſibi flore notat.*
*Idem condit ager Soles, idemque reducit,*
*Metiturque ſuo ruſticus orbe diem.*
*Ingentem meminit paruo qui gramine quercũ*
*Æquæuumque videt conſenuiſſe nemus.*
**Erret & extremos alter ſcrutetur Iberos,* Ibidem.
*Plus habet hic vitæ, plus habet ille viæ.*

Felix eſſe dicitur qui terrenas cupiditates ſuperauit.

*—Plurima felix* Iuuenalis 13.
*Paulatim vitia, atque errores exuit omnes.*
**Felix qui potuit grauis* Boeth. 3. 12.
*Terræ ſoluere vincula.*

Felices dicuntur, æquanimiter ſuſtinentes incommoda præſentis vitæ.

*—Dicimus autem* Iuuenalis 13.
*Hos quoque felices, qui ferre incommoda vitæ,*
*Nec iactare iugum vita didicere magiſtra.*

Felices vocãtur illi, quorũ amor, ſ. Dei, & proximi vſq; ad mortem perſeuerat.

*Felices ter, & amplius,* Hor. 1. Car. 13.
*Quos irrupta tenet copula, nec malis*
*Diuulſus querimoniis,*
*Suprema citius ſoluet amor die.*

---

FIDES.

Fidei commendatio maxima, eo quod ſine ipſa pax nuſquam reperitur. Silius 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Ante Iouē generata decus Diuumq́;, homini*
*Quæ ſine non tellus, pacē non æquora norunt,*
*Iuſtitiæ conſors, tacitumque in pectore numen*
*Exitiumne tuæ dirum ſpectare Sagunti,*
*Et tot pendentem pro te Dea cernere pœnas*
*Vrbē lenta potes? moritur tibi vulgus, & v*
*Te matres vincente fame, te mœſta virorum*
*Ora vocant, primaque ſonant, te voce min*
*Fer cœlo auxilium, & feſsis da ſurgere rebu*
*Hæc ſatus Alcmena.--*

Fidei ad Herculem reſpōſio lepidiſſima q
ait, ſe regiones omnib. malis pollutas h
bitare non poſſe. *Ibidem.*

*--Contrà cui talia virgo,* (rump
*Cerno equidem, nec pro nihilo eſt mihi fœde*
*Statq́; dies auſis olim tam triſtibus vltor.*
*Sed me pollutas properantem linquere terras,*
*Sedibus his, tectisque Iouis ſuccedere adegit*
*Fœcundū in fraudes hominū genus, impia ling*
*Et quantum terrent, tantum metuentia regn*
*Et furias auri, nec vilia præmia fraudum:*
*Et ſuper hæc ritu horrificos, ac more ferarum*
*Viuenteis rapto populos, luxuque ſolutum*
*Omne decus multaque oppreſſum nocte pudor*
*Vis colitur, iurisq́; locum ſibi vindicat enſis,*
*Et probris ceſsit virtus. en adſpice gentes,*
*Nemo inſons: pacē ſeruant commercia culpæ.*

Fides Clementiæ germana.

*Hui*



*Huic Diuæ germana Fides, eademque ſororis* *Claud.*
*Corde tuo delubra tenens.* *2. Stil.*

Fides amorē amicitiasq; maximè ſeruat. *Ibidem.*

*Hæc & amicitias longo poſt tempore firmat,*
*Manſuroq; adamante ligat, nec mobile mutat*
*Ingenium, paruæ ſtrepitu nec vincula noxæ*
*Diſſolui patitur, nec faſtidire priorem*
*Allicitur veniente nouo. benefacta tenere,*
*Reſtuere offenſas facilis, pariterque minoris*
*Officii, magnique memor ſuperare laborat:*
*Vtq́; hoſtes armis, meritis ſic vincit amicos.*
**Multū in amore fides, multū cōſtantia prodeſt.* *Propert.*

Fides Deo placet magis, quàm ſacrificium. *2.26.*

*Non boue mactato cæleſtia Numina gaudent,* *Ouid.*
*Sed quæ præſtanda eſt, & ſine teſte, fide.* *Epiſt.18.*

Fides tarda ſolet eſſe in rebus magnis. *Ouid. Epiſt.16*

*Tarda ſolet magnis rebus ineſſe fides.*

Fides aduerſis rebus abeſt.

*Clauſa fides miſeris.* *Lucanus.*
**Non rata fides, vbi iam melior*
*Fortuna ruit.--* *Sen.*
*--Stat nulla diu mortalibus vſquam* *Herc.*
*Fortuna titubante fides --* *Oet.*

Fides emta haud perdurat. *Silius 11.*

*Perdurat non emta fides, nec pectora merces* *Claud. 4*
*Alligat.* *Hon.*

Universidad de Deusto Biblioteca



Ouid. 4. Fides opere, non verbo præſtanda eſt.
Faſt. *Surgit, cui dederat clarum Collatia nomen:*
*Non opus eſt verbis, credite rebus, ait.*

Fides regnis poſtponenda non eſt.

Silius 2. ** Quis vero non æqua dedit victoria nomen!*
*Audite ô gentes, non rumpite fœdera pacis,*
*Nec regnis poſt ferte fidem.—*

Sen. Fides prohibet arcana loqui.
Oedipo. *Patere ne te cogat ad verum dolor.*
SENEX *Prohibet fides.—*

Fides in ſenibus maior eſt, quàm in iuuenibus, ipſa quippe robuſtos annos exigit.

Luca- *Ardua quippe fides robuſtos exiget annos.*
nus 8. ** Pellæusque puer gladio tibi colla recidit*
Ibidem *Magne tuę —*
Sen. Oct. ** Teneris in annis haud ſatis clara eſt fides.*
Claud 4. *—Præmiſſa futuris*
Hon. *Dant exempla fidem.*

Fides atq; taciturnitas ſeruis neceſſaria eſt.

Ter. *Nihil iſtac opus eſt arte ad hanc rem, quã paro,*
And. *Sed his, quas ſemper in te intellexi ſitas,*
*Fide & taciturnitate.—*

Fides nuſquam tuta eſt.

Virg. 4. *Nuſquam tuta fides.*
Æn. ** Perq; tot ætates hominũ, tot tempora & annos*
Manili- *Tot bella, & varios etiam ſub pace labores,*
us 2. *Cùm fortuna fidem quærat, vix inuenit vſquã,*
*At quãta eſt ſcelerum moles per ſæcula cuncta,*

*Quam-*



*Quamque onus inuidiæ non excuſabile terris?*
*Venales ad fata patres, matrumque ſepulcra.*
*Impoſuit Phœbus noctem terras que reliquit.*
*Quid loquar euerſas vrbeis, & prodita templa*
*Et varias pacis clades, & mixta venena,*
*Inſidiasque fori, cædes in mœnibus ipſis,*
*Et ſub amicitiæ graſſantem nomine turbam?*
*In populo ſcelus eſt, & abundant cuncta furore,*
*Et fas atque nefas mixtum, legesque per ipſas*
*Sæuit nequities, pœnas iam noxia vincit.*
*Corpora naſcuntur, pars & ſublata per orbem,*
*Et fidei rarum fœdus pacisque tributum:*
*Vtque ſibi cælum, ſic tellus diſſidet ipſa,*
*Atque hominum gentes inimica ſorte feruntur.*

Fidei violator amariſſimas luet pœnas.

*—Dubio qui frangere rerum*
*Gaudebit pacta, ac tenues ſpes linquet amici:* Silius 13.
*Non illi domus, aut coniux, aut vita manebit*
*Vnquam expers luctus, lacrymaque, aget æquore ſemper,*
*Ac tellure premens aget ægrum nocte dieque*
*Deſpecta, ac violata fides.*

Quantum nummorum habent homines, tantum habent & fidei.

*Quantum quiſq; ſua nummorũ ſeruat in arca,* Iuuenalis 3.
*Tantum habet & fidei.*

---

FIDELITAS.

Fidelis in pecuniis, etiam in arcano tegendo fidelis exiſtimandus eſt.

Ter. *Cuius tu fidem in pecunia perſpexeris,*
Phorm. *Vereree ei verba credere?—*

Fidem in mala, iniuſtáve cauſſa ſeruare, ſcelus eſt.

Sen. *Præſtare fateor poſſe me tacitam fidem,*
Herc. *Si ſcelere careat, interim ſcelus eſt fides.*
Oet. Fidelitatis ſeruãdæ precatio, ſeu admonitio dignißima.

Ouid. *Vt valeant, aliæ ferrum patiuntur & ignes:*
Epiſt.19. *Fert aliis triſtem ſuccus amarus opem.*
*Nil opus eſt iſtis: tantum periuria vita,*
*Teque ſimul ſerua, meque datamque fidem.*
** Sed te per omne cælitum numen precor,*
Sen. *Per hunc timorem, quidquid arcani apparo*
Herc. *Penitus recondas, & fide tacita premas.*
Oet. **Fac fidelis ſis fideli: caue fluxam fidem geras.*
Plaut. **Vox (ſcilicet fidei) occulta ſubit, paſſim diffuſa per aures:*
Capt.
Silius13. *Fœdera mortales ne ſæuo rumpite ferro,*
*Sed caſtam ſeruate fidem: fulgentibus oſtro*
*Hæc potior regnis.--*

Fidelitatis ſeruãdę promiſſio prõtiſſima.

Ter. *Iſthæc mihi res ſollicitudini eſt.*
Phorm. *Neque defetiſcar vnquam adeò experirier,*
*Donec tibi id, quod pollicitus ſum, effecero.*
Ibidem. ** Quanta hæc mea paupertas eſt, tamen*

*Adhuc*

Universidad de Deusto Biblioteca



*Adhuc curaui vnũ hoc quidẽ, vt mihi eſſet fides.*

Fideliſſimi viri intimatio perpulcra, maximè in promiſſorũ ſinceriſſ. obſeruatione.

*Eidem homini ſi quid recte curatum velis* Plaut.
*Mandes: mori ſeſe miſerè mauolet,* Aſin.
*Quàm non perfectum reddat, quod promiſerit.*

Fideles, ſeu fœdera obſeruantes nunc egent: fœdifragi verò ditantur.

*— At nunc qui fœdera rumpit,* Claud.
*Ditatur: qui ſeruat, eget.--* 2. Eutrop.

## FILII.

Filii domandi ſunt, atque ad laborẽ paullatim aſſuefaciendi. moraliter.

*Tu, quos ad ſtudiũ, atq; vſum formabis agreſtẽ,* Virg.3.
*Iam vitulos hortare, viamq; inſiſte domandi,* Georg.
*Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas:*
*Ac primum laxos tenui de vimine circlos*
*Ceruici ſubnecte: dehinc, vbi libera colla*
*Seruitio aſſuerint, ipſis è torquibus aptos*
*Iunge pares, & coge gradum conferre iuuencos.*
** Mox vbi firmaſti recto veſtigia greſſu,* Claud.
*Non tibi deſidias molles, nec marcida luxu* 3. Hon.
*Otia, nec ſomnos genitor permiſit inertes:*
*Sed noua per duros inſtruxit membra, labores,*
*Et cruda teneras exercuit indole vires.*
*Frigora ſæua pati, grauibus non cedere nimbis,*
*Æſtiuum tolerare iubar, tranſnare ſonoras*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Torrentum furias, aſſenſu vincere montes,*
*Planitiem curſu, valles & concaua ſaltu:*
*Necnon in clypeo vigiles perducere noctes,*
*In galea portare niues, nunc ſpicula cornu*
*Tendere, nunc glandes Baleari ſpargere funda:*
*Quoq; magis nimiũ pugnæ inflammaret amorẽ,*
*Facta tui numerabat aui. &c.*
*Hos tibi virtutum ſtimulos, hæc ſemita laudũ,*
*Hæc exempla dabat, non ocius hauſit Achilles*
*Semiferi præcepta ſenis, ſeu cuſpidis artes,*
*Siue lyræ cantus, medicas ſeu diſceret herbas.*

Filius à parentum moribus degenerans.

Hor. 3. Carm. 6. *Ætas parentum peior auis, tulit*
*Nos nequiores, mox daturos*
*Progeniem vitioſiorem.*

Filii tales eſſe dicuntur, vt eos parentes eſſe ſinunt.

Ter. Adelph. *Sic fiet modo, vt nunc eſt, quæſo.*
*Vt quiſque filium ſuum vult eſſe, ita eſt.*

Filii parentum acta moreſque vt plurimum imitantur. De quo infrà tit. de parentibus plura.

Hor. 4. Carm. 4. *Fortes creantur fortibus & bonis;*
*Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum*
*Virtus, nec imbellem feroces*
*Progenerant aquilæ columbam.*

Sen. Hipp. *—Redit ad auctores genus,*
*Stirpemq; primum degener ſanguis refert.*

Filii



Filii obedientes hilariter quod decet parẽtibus peragunt.

*P. Neque iſtic, neque alibi tibi vſquam erit in memora, &c.* Ter. And.
*—S. Facis quod te decet,*
*Cùm iſtoc, quod poſtulo, impetro cum gratia.*

Filii parentum mortem appetunt ſæpiſſimè.

*—Porrò autem, dum ſtudeo illis vt quàm plurimum* Ter. Adelph.
*Facerẽ, contriui in quærendo vitam, atq; ætatẽ meam:*
*Nunc exacta ætate hoc fructi pro labore ab his fero, odium, &c.*
*—Meam autem mortem exſpectant.*

Filias nuptui inuitas tradere, inſcitia eſt. Plaut. Stich.

*Stultitia eſt pater, venatũ ducere inuitos canes.*
*Hoſtis eſt vxor, inuita quæ ad virum nuptum datur.*

Filiarum pudicitiam parentes ſeruare non nimis poſſunt. Plaut. Epid.

*—Docte, & ſapienter*
*Dicis, non nimis poteſt pudicitiam quiſquã ſuæ ſeruare filia.*

---

Ouid. Epiſt. 1.

FINIS.

Finis acta probat.

*Exitus acta probat: careat ſucceſſibus opto.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Quiſquis ab euentu facta notanda putat.*

Miſerabilis ſummorum imperatorum
ac regum finis.

Ouid. 6. Faſt. *Craſſus ad Euphraten aquilas, natumq; ſuosq;*
*Perdidit, & letho eſt vltimus ipſe datus.*
Lucan. 1. *-- Miſerando funere Craſſus*
*Aſſyrias Latio maculauit ſanguine Carras.*
Ouid. 4. Pont. 3. **Diuitis audita eſt cui non opulentia Crœſi!*
*Nempe tamen vitam captus ab hoſte tulit.*
*Ille Syracuſia modò formidatus in vrbe,*
*Vix humili duram reppulit arte famem.*
Idem 5. Triſt. 9. **Vilia qui quondam miſeris alimenta negarat,*
*Nunc mendicato paſcitur ille cibo.*
Iuuenalis 10. *-- Qui dabat olim*
*Imperium, faſces, legiones, omnia, nunc ſe*
*Continet, atque duas tantum res anxius optat.*
Ibidem. **Expēde Hānibalē: quot libras in duce ſummo*
*Inuenies? hic eſt, quē non capit Africa Mauri*
*Perfuſa Oceano, Niloque admota tepenti.*
*Rurſus ad Æthiopū populos, altosq; elephantes*
*Additur imperiis Hiſpania: Pyrenæum*
*Tranſilit: oppoſuit natura Alpemque, niuemq;*
*Diduxit ſcopulos, & montem rupit aceto.*
*Iam tenet Italiam, tamen vltro pergere tendit,*
*Actum, inquit, nihil eſt, ni Pœno milite portas*
*Frangimus, & media vexillum pono Suburra.*
*O qualis facies, & quali digna tabella,*
*Cùm Getula ducem portaret bellua luſcum!*

Exitus



*Exitus ergo quis eſt? ô gloria: vincitur idem*
*Nempe, & in exiliū præceps *abit, atq; ibi magnus* *fugit.
*Mirandusque cliens ſedet ad prætoria regis,*
*Donec Bithyno libeat iugulare tyranno.*
*Finem animæ, quæ res humanas miſcuit olim,*
*Non gladii, non ſaxa dabunt, non tela: ſed ille*
*Cannarum vindex & tanti ſanguinis vltor*
*Annulus. i demens, & ſæuas curre per Alpes,*
*Vt pueris placeas, & declamatio fias.*
*—Vagus exſul in orbe*
*Errabit toto, patriis proiectis ab oris,* Silius 2.
*Tergaque vertentē trepidās Carthago videbit.*
*Sæpe Saguntinis ſomno hic exterritus vmbris,*
*Optabit cecidiſſe manu, ferroque negato*
*Inuictus quondam Stygias bellator ad vndas*
*Deformata feret liuenti membra veneno.*
**Quid referā Cannas, admotaq; mœnib. arma* Manil. 1.
*Varronemq; pigrū, magnū quod viuere poſſet?*
*Poſtq; tuos Thraſimene lacus, Fabiūq; morantē*
*Accepiſſe iugum victas Carthaginis arces?*
*Spectatum Hannibalē noſtris cecidiſſe catenis,*
*Exiliumque rogi furtiua morte luiſſe?*
**ille Iugurthino clarus, Cimbroq; triumpho,*
*Quo victrix toties Conſule Roma fuit.* Ouid. 4.
*In cœno Marius iacuit cannaque paluſtri,* Pont. 3.
*Pertulit, & tanto multa pudenda viro.*
**Exſilium & carcer Minturnarumq; paludes,* Iuuenalis 10.
*Et mendicatus victa Carthagine panis*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Hinc cauſſas habuer ,quod illo cœue tuliſſe
Natura in terris, quid Roma beatius vnq
Si circumducto captiuorum agmine, & om
Bellorum pompa animam exhalaſſet opim
Lucan. 2 Cùm de Teutonico vellet deſcendere curru
*Cùm poſt Teutonicos victor, Libycosque tri-
phos
Exſul limoſa Marius caput abdidit vlua.
Stagna auidi texere ſoli, laxæque paludes
Depoſitum fortuna tuum: mox vincula ferri
Exedere ſenem, longusque in carcere pædor.
Ibidem. —Idem pelago delatus iniquo
Hoſtilem in terram, vacuisq; mapalibus a
Nuda triumphali iacuit per regna Iugurth
Et Pœnos preſsit cineres ſolatia fati
Carthago Mariusque tulit.
Et mox. *Septimus exequitur repetitis faſcibus ann
*Ille fuit vitæ Mario modus, omnia paſſo
*hæc ſe- Quæ peior fortuna poteſt, atq; omnibus vſo
quitur. Quæ melior, menſq; homini quid fata parar
Manil *Et Cimbrum in Mario, Mariumq; in carcere
4. victum.
Quod Conſul toties, exſulque ex exſule Conſul
Et iacuit Libycis compar iactura ruinis,
Atque crepidinibus cepit Carthaginis vrbem.
Hoc niſi fata darent, vnquam fortuna tuliſſe
Ouid. 4. *Quid fuerat Magno maius? tamẽ ille rogan
Pont. 3. Summiſſa fugiens voce clientis opem.
Cuique



Cuique viro totus terrarum paruit orbis,
Indigus effectus omnibus ipſe magis.
*Prouida Pompeio dederat Campania febres Iuuena-
Optandas, ſed multæ vrbes, & publica vota, lis 10.
Vicerunt. Igitur fortuna ipſius & vrbis
Seruatum victo caput abſtulit. Hoc cruciatu
Lentulus, hac pœna caruit, ceciditq; Cethegus
Integer, & iacuit Catilina cadauere toto.
*Quis te Niliaco periturum litore Magne Manil.
Poſt victas Mithridatis opes, pelagusq; receptũ, 4.
Et tres emenſo meritos ex orbe triumphos.
Cumq; etiam poſſes altum cognoſcere Magnum,
Crederet. vt corpus ſepeliret naufragus ignis,
Et collecta rogum facerent fragmenta carinæ?
Quis tantum mutare poteſt ſine numine fati?
*Ille etiam cælo genitus, cæloque receptus,
Cùm bene compoſitis victor ciuilibus armis Manil.
Iura togæ regeret, toties prædicta cauere 4.
Vulnera non potuit, toto ſpectante Senatu.
Indicium dextra retinens, nomenque cruore
Deleuit proprio, poſſent vt vincere fata.
*Incolumi Troia Priamus veniſſet ad vmbras Iuuena-
Aſſaraci magnis ſollennibus, Hectore funus lis 11.
Portante, ac reliquis fratrum ceruicibus, inter
Iliadum lacrymas, vt primos edere planctus
Caſſandra inciperet, ſciſſaq; Polyxena palla:
Si foret exſtinctus diuerſo tempore, quò iam
Cœperat audaces Paris ædificare carinas.
Longo dies igitur quid contulit? omnia vidit

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Euerſa, & flammis Aſiam, ferroq; cadentem*
*Tunc miles tremulus poſita tulit arma tiara,*
*Et ruit ante aram ſummi Iouis, vt vetulus bos,*
*Qui domini cultris tenue, & miſerabile collum*
*Præbet, ab ingrato iam faſtiditus aratro.*
*Exitus ille vtcunque hominis:—*
Sen. *—Ille tot Regum parens*
Troad. *Caret ſepulcro Priamus, & flamma indiget*
*Ardente Troia.—*
Manil. ** Quid numerẽ euerſas vrbes, Regumq; ruinas,*
4. *Inq; rogo Crœſum, Priamumq; in litore truncum,*
*Cui nunc Troia rogus?--*
Claud. ** Vnus per medios audendi pronior enſe*
2. Ruf. *Proſilit exerto, dictisq; & vulnere toruus*
*Appetit hac Stilico, quem iactas pellere dextra,*
*Te ferit. hoc abſens inuadit viſcera ferro.*
*Sic fatus, meritoq; latus tranſuerberat ictu.*
*Felix illa manus, talem quæ prima cruorem*
*Hauſerit, & feſsi pœnam liberauerit orbis.*
*Mox omnes fodiunt haſtis, artusq; trementes*
*Dilaniant, vno tot corpore pila tepeſcunt.*
*Et non infecto puduit mucrone reuerti.*
*Hi vultus auidos, & adhuc ſpirantia vellunt*
*Lumina: truncatos alii rapuere lacertos.*
*Amputat ille pedes: humerũ quatit ille, ſolutis*
*Nexibus hic fracti reſerat curuamina dorſi,*
*Hic iecur, hic cordis fibras, hic pandit anheli*
*Pulmonis latebras: ſpatium non inuenit ira,*
Nec



*Nec locus eſt odiis conſumto funere, vix tum*
*Deſeritur, ſparſũq; cadit per tela cadauer, &c.*
*Nec minus aſsiduis certant elidere ſaxis*
*Prodigiale caput, quod iam de cuſpide ſumma*
*Nutabat, digna rediens ad mœnia pompa.*
*Dextera quinetiam ludo conceſſa vagatur,*
*Æra petens, pœnasq; animi perſoluit auari*
*Terribili lucro, vinosq; imitata retentus*
*Cogitur adductis digitos inflectere neruis.*
*—Creditur olim* Iuuena-
*Velificatus Athos, & quidquid Græcia mẽdax* lis 10.
*Audet in hiſtoria: conſtratũ claſsibus iiſdem,*
*Suppoſitumq; rotis ſolidũ mare. credimus altos*
*Defeciſſe amneis, epotaq; flumina Medo*
*Prandẽte, & madidis cantat quæ Soſtratus alis.*
*Ille tamen, qualis rediit Salamine relicta*
*In Corum, atq; Eurum ſolitus ſæuire flagellis*
*Barbarus, Æolio nunquã hoc in carcere paſſos,*
*Ipſum compedibus qui vicerat Ennoſigæum?*
*Mitius id ſanè, quod non & ſtigmate dignum*
*Credidit. huic quiſquam vellet ſeruire Deorũ?*
*Sed qualis rediit? nempe vna naue cruentis*
*Fluctibus, ac tarda per denſa cadauera prora.*
*Has toties optata exegit gloria pœnas.*

Finis attendendus eſt in re omni: nã metrũ & menſura omnium agentiũ eſt.

*Feſtino ad noſtros, & Regem tranſeo Ponti,* Iuuena-
*Et Crœſum, quem vox iuſti facunda Solonis.* lis 10.

Reſpicere ad longa iuſsit ſpatia vltima vitæ.
Auſon. * Exſpectare Solon finem do[c]et, ortus Athenis.
de ſeptē ### Finis vitæ incertus eſt.
ſapient. Vita data eſt vtenda, data eſt ſine fœnore nobis
Ouid. Mutua, nec certa perſoluenda die.
Philom. * Quod quiſq; vitet, nunquam homini ſatis
Hor. 2. Cautum eſt in horas.
Carm. Sed improuiſa leti
13. Vis rapuit, rapietq; gentes.
Hor. 17. * Fugit iuuentus, & verecundus color
Epod. Reliquit oſſa pelle amicta lurida:
Tuis capillus albus eſt odoribus:
Nullum à labore me reclinat otium.
Vrget diem nox, & dies noctem: neque eſt
Leuare tenta ſpiritu præcordia.
Sen. * Nemo tam Diuos habuit fauentes,
Thyeſt. Craſtinum vt poſſet ſibi polliceri.
Stat. 1. — Nos anxia plebes,
Sil. 1. Nos miſeri: quibus vnde dies ſuprema, quis æui
Exitus, incertum: quib. inſtet fulmen ab aſtris,
Quæ nubes fatale ſonent, nil flecteris iſtis?
Sed flectere libens.—
Ouid. 5. * Nil homini certum eſt. fieri quis poſſe putaret
Triſt. 6. Vt facerem in mediis hæc ego ſacra Getis?

Ad proprium finē omnia tendunt naturaliter, nec vnquam quieſcunt, quouſq; ei vnita fuerint.

Boët. 3. Repetunt proprios quæque recurſus,
2.

Reditu-



Reditúque ſuo ſingula gaudent.
Nec manet vlli traditus ordo,
Niſi quod fini iunxerit ortum,
Stabilemque ſui fecerit orbem.

---

## FORMA.

Forma colorq; naturalis nemini vitio datur, ſed adſcititius.

Vt natura dedit, ſic omnis recta figura: Propert.
Turpis Romano Belgicus ore color. 2. 18.

### Forma bonum fragile eſt.

Forma bonum fragile eſt, quantumq; accedit ad annos Ouid. 2.
Fit minor, & ſpatio carpitur ipſa ſuo. Art.
Nec ſemper violæ, nec ſemper lilia florent,
Et riget amiſſa ſpina relicta roſa.
Et tibi iam venient cani formoſe capilli,
Iam venient rugæ, quæ tibi corpus arent. Idem de
-- Formam populabitur ætas, medica-
Et placidus rugis vultus aratus erit. mine fa-
Tempus erit, quo vos ſpeculum vidiſſe pigebit, ciei.
Et veniet rugis altera cauſſa dolor.
* Quod ſolum formæ decus eſt, cecidere capilli, Petroni-
Vernantesque comas triſtis abegit hyems. us
Nunc vmbra nudata ſua iam tempora mœrēt,
Areaque attritis ridet aduſta pilis.
O fallax natura Deûm: quæ prima dediſti
Ætatis noſtræ gaudia, prima rapis.
* Anceps forma bonum mortalibus, Sen.
Hip.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



*Exigui donum breue temporis,*
*Vt velox celeri pede laberis,*
*Non ſic prata vere nouo decentia*
*Æſtatis calidæ diſpoliat vapor,*
*Sæuit ſolſtitio cùm medius dies.*
*Et noctem breuibus præcipitat rotis:*
*Langueſcunt folio lilia pallido,*
*Et gratæ capiti deficiunt roſæ.*
*Vt fulgor teneris qui radiat genis*
*Momento rapitur, nullaque non dies*
*Formoſi ſpolium corporis abſtulit.*
*Res eſt forma fugax.--*
**Vt alta ſiluas forma vernantes alit,* Idem
*Quas nemore nudo primus inueſtit tepor:* Herc.
*At cùm ſolutos extulit Boreas Notos,* Oet.
*Et ſæua totas bruma decuſſit comas,*
*Deforme foliis adſpicis truncis nemus:*
*Sic noſtra longum forma percurrens iter,*
*Deperdit aliquid ſemper, & fulget minus.*
*Malisq; minus eſt: quidquid in nobis fuit*
*Olim petitum cecidit, & partu labat,*
*Materq; multum rapuit ex illo mihi,*
*Ætas citato ſenior eripuit gradu.*
**Non hoc ſemper eris, perdunt & gramina flo-(reis,* Neme-
*Perdit ſpina roſas, nec ſemper lilia candent,* ſianus
*Nec lōgū tenet vua comas, nec populus vmbras.* Ecl. 4.
*Donū forma breue eſt, nec ſe tibi cōmodat omnis.*
**Nec forma æternū, aut cuiquam eſt fortuna* Propert.
*perennis.* 2.28.

For-



Forma pudicitiæ contraria eſt, atq; nociua.

*-- Sed te decor iſte quod optas*
*Eſſe vetat, votoque tuo tua forma repugnat.* Ouid. 1.
**Lis eſt cum forma magna pudicitiæ.* Met.
**Formam optat modico pueris, maiore puellis* Idem E-
*Murmure, cum Veneris fanū videt anxia ma-* piſt. 15.
*ter, &c.* Iuuena-
*Sed vetat optari faciem Lucretia, qualem* lis 10.
*Ipſa habuit. cuperet Rutila Virginia gibbum*
*Accipere, atq; ſuam Rutilæ dare. filius autem*
*Corporis egregii miſeros trepidosque parentes*
*Semper habet. rara eſt adeò concordia formæ,*
*Atque pudicitiæ. —*
*— Huius formam, atque ætatem vides:* Ter.
*Nec clam te eſt, quàm illi nūc vtraq; res inutiles* And.
*Et ad pudicitiam, & ad rem tutandam ſient.*
**Raro forma viris, ſæcula proſpice,* Sen.
*Impunita fuit. —* Hip.

Cuique ſua forma grata eſt.

*Eſt etiam placuiſſe ſibi quæcunque voluptas,*
*Virginibus cordi, grataque forma ſua eſt.* Ouid. de
*Laudatas homini volucris Iunonia pennas* med.
*Explicat, & forma multa ſuperbit auis.* fac.

Forma donec mulieribus adeſt, diliguntur ab adoleſcentibus.

*Quippe forma impulſi noſtra nos amatores co-* Terent.
*lunt:* Heaut.
*Hæc vbi immutata eſt, illi ſuum animum aliò*
*conferunt.*

Universidad de Deusto Biblioteca



Forma tam mala, quàm bona latere non poteſt.

Ouid. 4. *Tam mala Therſiten prohibebat forma latere,*
Pont. 13. *Quàm pulcra Nereus conſpiciendus erat.*

Formam ſuperbia comitatur.

Ouid. 1. *Faſtus ineſt pulcris, ſequiturq; ſuperbia formã.*
Faſt.

Forma vino perit.

Propert. *Vino forma perit: vino corrumpitur ætas:*
2. 33. *Vino ſæpe ſuum neſcit amica virum.*

---

## FORNICATIO.

Fornicationis deteſtatio caſtigatioq; vehemens.

Hor. 1. *—Quid inter*
Serm. 2. *Eſt, in matrona, ancilla peccésve togata?*
Ibidem. *—Quare, ne pœniteat te,*
*Deſine matronas ſectarier: unde laboris*
*Plus haurire mali eſt, quã ex re decerpere fruct.*

---

## FORTITVDO.

Fortis eſt qui æquanimiter vtranq; fortunã ſuſtinet.

Hor. 2. *Sperat infeſtis, metuit ſecundis*
Car. 10. *Alteram ſortem bene præparatum*
*Pectus. --*
Ibidem. **Rebus anguſtis animoſus, atque*
*Fortis appare: ſapienter idem*
*Contrahes vento nimium ſecundo*





*Turgida vela.*

Fortiſſimus eſt, qui pati metuenda prõptus eſt, ſi inſtent, & differre poteſt.

*-- Fortiſſimus ille eſt,* Lucan.
*Qui promtus metuenda pati, ſi cominus inſtẽt,* 7.
*Et differre poteſt. --*

Forti viro omne ſolum patria eſt.

*Omne ſolum forti patria eſt, vt piſcibus æquor,* Ouid. 1.
*Vt volucri vacuo quidquid in orbe patet.* Faſt.
**Omne homini natale ſolum. --* Stat. 8.

Fortis miſer non dicitur. Theb.

*Quemcunque fortem videris, miſerum neges.* Sen.

Fortitudo affectu maximo appetẽda nõ eſt, quia per ſe nociua eſt. Herc. fur.

*--Viribus ille* Iuuenalis 10.
*Confiſus periit admirandisque lacertis.*

Fortitudo bonum fragile eſt. Ouid. 15.

*-- Fletque Milo ſenior, cùm ſpectat inanes* Met.
*Illos, qui fuerant ſolidarum more ferarum*
*Herculeis ſimiles, fluidos pendere lacertos.*

Fortitudinem bonum fragile eſſe, & floris in morem citò euaneſcere, moraliter Fabula illa de Aiace innuit, qui cùm ſeipſum interemiſſet, cruor ille in florem dicitur commutatus.

*Hectora qui ſolus, qui ferrum ignemq; Iouẽque* Ouid. 13.
*Suſtinuit toties; vnam non ſuſtinet iram:* Met.
*Inuictumque virum vicit dolor, arripit enſem:*

*Et me⁹ hic certe eſt, an & hũc ſibi poſcit Vlyſſes?*
*Hoc, ait, vtendũ eſt in me mihi, quique cruore*
*Sæpe Phrygũ maduit, domini nũc cæde madebit,*
*Ne quiſquã Aiacem poſsit ſuperare, niſi Aiax.*
*Dixit, & in pectus tum demũ vulnera paſſum,*
*Qua patuit ferro, lethalem condidit enſem.*
*Nec valuere manus infixum educere telum:*
*Expulit ipſe cruor, rubefactaq; ſanguine tellus,*
*Purpureum viridi genuit de ceſpite florem.*

Fortis à debili opprimitur quandoque.

Ouid. 2. *Parua necat morſu ſpatioſum vipera taurum.*
Remed. *A cane non magno ſæpe tenetur aper.*

---

## FORTVNA.

Fortuna inſtabilis verſat hominum opera ſecundum quoſdam.

Virg. *—Sors omnia verſat.*
Ecl. 9. **O fortuna potens, quàm variabilis:*
Idem *Tantum iuris atrox quæ tibi vindicas,*
Opuſc. *Euertiſque bonos, * erigis improbos,*
* eligis. *Nec ſeruare potes muneribus fidem.*
*Fortuna immeritos auget honoribus;*
*Fortuna innocuos cladibus afficit.*
*Iuſtos illa viros pauperie grauat:*
*Indignos eadem diuitiis beat.*
*Hæc aufert iuuenes, & retinet ſenes.*
*Iniuſto arbitrio tempora diuidens.*
*Quod dignis adimit, tranſit ad impios.*

Nec



*Nec diſcrimen habet, rectaque iudicat:*
*Inconſtans, fragilis, perfida, lubrica.*
*Nec quos clarificat, perpetuò fouet:*
*Nec quos deſeruit, perpetuò premit.*
**Res humanas ordine nullo*
*Fortuna regit, ſpargitque manu* Sen.
*Munera cæca: peiora fouens.* Hip.
**Fortunæ ſors prima data eſt, hoc illa per artẽ* Manil.
*Cenſetur titulo: quia proxima continet in ſe* 3.
*Fundamenta domus, domuiq; hærentia cuncta.*
*Qui modus in ſeruis, qui ſit conſenſus in aruis.*
**Nempe per hoc etiam fortuna iniuria mores*
*Regnat, & incerta eſt hic quoq; nixa rota.* Ouid ad
*Hic quoq; ſentitur, ne quid nõ improba carpat,* Liuiam.
*Sæuit, & iniuſtum ius ſibi vbique facit.*
*Scilicet immunis ſi luctus vna fuiſſet*
*Liuia, fortunæ regna minora forent.*
**Siue nihil poſitũ eſt, ſed fors incerta vagatur,* Lucan.
*Fertq; refertq; vices, & habẽt mortalia caſum.* 2.
*Sit ſubitum quodcunque paras.--*
**Fortuna humana fingit, arctatque vt lubet.* Plaut.
**Quod fortuna ratũ faciat, quis dicere falſum* Capt.
*Audeat? & tantæ ſuffragia vincere ſortis?* Manil.
**Fortuna nunquam ſiſtit in eodem ſtatu,* 2.
*Semper mouetur, variat, & mutat vices,* Auſon.
*Et ſumma in imum vertit, ac verſa erigit.* Epig. 14.

[Iſtorum omnium opinio eſt falſa, vt infrà titulo de Sapientia liquebit, & hic eſt Ouidii Epiſt. 1.

R 5

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



-- Careat ſucceſsibus opto,
Quiſquis ab euentu facta notanda putat.

Fortuna ſeu caſus diuinæ ſubiicitur poteſtati.

Ouid.4. Ludit in humanis diuina potentia rebus,
Pont.3. Et certam præſens vix habet hora fidem.
Boët.5 1. *Rupis Achæmeniæ ſcopulis, vbi verſa ſequentum
Pectoribus figit ſpicula pugna fugax,
Tigris & Euphrates vno ſe fonte reſoluunt,
Et mox adiunctis diſſociantur aquis.
Si coeant, curſumq; iterum reuocentur in vnum,
Confluat alterni quod trahit vnda vadi.
Conueniant puppes, & vulſi flumine trunci,
Miſtaq; fortuitos implicet vnda modos.
Quos tamen ipſa vagos terræ decliuia caſus,
Gurgitis & lapſi defluus ordo regit:
Sic quæ permiſſis fluitare videtur habenis,
Fors patitur frenos, ipſaque lege meat.

Fortunam deam facere inſcitia eſt.

Iuuena- Nullum numen* abeſt, ſi ſit prudentia: ſed te
lis 10. Nos facimus, Fortuna, Deam, cæloq; locamus.
*habes.

Fortuna fortes timere dicitur, ignauos verò premere.

Sen. Med. Fortuna fortes metuit, ignauos premit.

Fortuna opes auferre poſſe dicitur, animum verò minimé.

Sen. Med. Fortuna opes auferre, non animum poteſt.

Fortu-



Fortunam proſperam retinens hic ſapiens habetur, aduerſam verò ſtultus.

Centum doctûm hominum conſilia, hæc vna Plaut.
deuicit Dea Pſeud.
(vtitur,
Fortuna: atq; hoc verũ eſt, perinde, & quiſq; ea
Ita præcellet, atq; exinde ſapere eũ omnes dicim⁹.
Bene vbi quid dicimus conſilium accidiſſe, hominem cautum eum
(malè.
Eſſe declaramus: ſtultũ autem illum, qui vortit

Fortunæ, i. præſentis vitæ bona fragilia inſtabiliaque ſunt.

Quid facis ah demens? cur, ſi fortuna recedat, Ouid.4.
Naufragio lacrymas eripis ipſe tuo? Pont.3.
Hæc Dea nõ ſtabili quàm ſit leuis orbe fatetur,
Quæ ſummum dubio ſub pede ſemper habet.
*Nempe dat, & quodcunque libet fortuna, rapitque:
Irus & eſt ſubitò, qui modò Crœſus erat.
*Paſſibus ambiguis fortuna volubilis errat, Idem 5.
Et manet in nullo certa, tenaxque loco. Triſt.7.
Sed modò læta manet, vult⁹ modò ſumit acerbos. Idem 5.
Et tantum conſtans in leuitate ſua eſt. Triſt.9.
Nos quoque floruimus: ſed flos fuit ille caducus,
Flammaque de ſtipula noſtra, breuisq; fuit.
-- Hinc apicem rapax Hor.1.
Fortuna cum ſtridore acuto Car.34.
Suſtulit: hîc poſuiſſe gaudet.
*Fortuna ſæuo læta negotio, &

Universidad de Deusto Biblioteca



Hor. 3. Ludum inſolentem ludere pertinax.
Car. 23. Tranſmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc alii benigna.
Iuuen. 7. *Si fortuna volet, fies de rhetore Conſul:
Si volet hæc eadem, fies de Conſule rhetor.
Sen. *Iniqua rarò maximis virtutibus
Herc. Fortuna parcit, nemo ſe tuto diu
fur. Periculis offerre tam crebris poteſt.
Quem ſæpe tranſit caſus, aliquando inuenit.
Idē Hip. Nec vlli præſtat velox
Fortuna fidem —
Idē Met. —Rapida fortuna, ac leuis,
Præceps que regno eripuit, exſilio dedit.
Confide regnis, cùm leuis magnas opes
Huc ferat & illuc, caſus.--
Idē Oct. *Quid me potens fortuna fallaci mihi
Blandita vultu, ſorte contentum mea
Alte extuliſti? grauius vt ruerem, edita
Receptus arce, totque proſpicerem metus?
Ibidem. *N. Fortuna noſtra cuncta permittit mihi.
S. Credo obſequenti parcius, leuis eſt Dea.
Boët. 1. 1. *Dū leuibus male fida bonis fortuna faueret,
Penè caput triſtis merſerat hora meum.
Nunc quia fallacem mutauit nubila vultum,
Protrahit ingratas impia vita moras.
Idē 2. 3. *Cum polo Phœbus roſeis quadrigis
Lucem ſpargere cœperit,
Pallet albentes hebetata vultus,

Flam-



Flammis ſtella prementibus.
Cùm nemus flatu Zephyri tepentis
Vernis irrubuit roſis,
Spirat inſanum nebuloſus Auſter.
Iam ſpinis abeat decus.
Sæpe tranquillo radiat ſereno
Immotis mare fluctibus.
Sæpe feruentes Aquilo procellas
Verſo concitat æquore.
Rara ſi conſtat ſua forma mundo.
Si tantas variat vices,
Crede fortunis hominum caducis.
Bonis crede fugacibus.
*O fortuna, vt nunquam perpetuò es bona. Ter.
*Iccirco tanta eſt rerum diſcordia in æuo. Hec.
Et ſubtexta malis bona ſunt, lacrymæq; ſequun- Manil.
Vota, nec in cūctis ſeruat fortuna tenorē. (cur 4.
Vſq; adeo permixta fluit, nec permanet vſquā,
Amiſitq; fidem variando cuncta per omnes.
Non annis anni, non menſes menſibus vſque
Conueniunt, ſeq; ipſe dies, aliumque relinquit.
Horaque non vlli ſimilis producitur hora.
*Quid numerē euerſas vrbes Regumq; ruinas, Idem. 4.
Inq; rogo Crœſum, Priamumq; in litore truncū,
Cui nec Troia rogus? quid Xerxē, maius & ipſo
Naufragium pelago? quid captos agmine reges?

---

FRATRES.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Fratrum beneuolentia tenuis eſt.

— Regna Tyri germanus habebat
Virg. 1. Pygmalion, ſcelere ante alios immanior omnes.
Æn. Quos inter medius venit furor. ille Sichæum
Impios ante aras atque auri cæcus amore,
Clam ferro incautum ſuperat, ſecurus amorum
Germanæ: factumque diu celauit, & ægram
Multa malus ſimulans, vana ſpe luſit amantem.
Ouid. 1. * Viuitur ex rapto: nõ hoſpes ab hoſpite tutus,
Met. Non ſocer à genero: fratrũ quoq; gratia rara eſt.
Silius 16. — Impia circo
Innumero fratres cauea damnante furorem
Pro ſceptro armatis inierunt prælia dextris.
Is genti mos dirus erat, patriumque petebant
Orbati ſolium lucis diſcrimine fratres.
Stat. 11. — Nondum ille peractis
Theb. Manibus, vltrices animam ſeruabat in iras.
Vtque ſuperſtantem, pronãque in pectore ſenſit
Erigit occultè ferrum, vitæque labantis
Relliquias tenui odio ſuppleuit, & enſem,
Iam latus fratri frater ſub corde reliquit.
Manil. 4 * Ecce patrem nati perimunt, natosq; parentes,
Mutuaque armati coeunt in vulnera fratres.

Romulus fratrem ſuum Remum regnandi cupiditate tract⁹ interimi mãdauit, quòd foſſam tranſilierat.

Ouid. 4. Hoc Celer vrget opus, quẽ Romulus ipſe vocarat,
Faſt. Sintq; Celer curæ, dixerat, iſta tuæ.
Néve



Néve quis aut muros, aut factã vomere foſſam
Tranſeat: audentem talia dede neci.
Quod Remus ignorãs humiles cõtemnere muros
Cœpit, & his populus dicere tutus erit?
Nec mora, trãſilit: rutro Celer occupat auſum,
Ille premit duram ſanguinolentus humum.
* Acerba fata Romanos agunt,
Scelusque fraternæ necis: Hor. 7.
Vt immerentis fluxit in terram Remi Epod.
Sacer nepotibus cruor.
* Nulla fides regni ſociis, omnisq; poteſtas Lucan. 1
Impatiens conſortis erit, nec gentibus vllis
Credite: nec longe fatorum exempla petantur,
Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.

---

## FRAVDVLENTIA.

Fraudulenti virtute præditos ſæpiſſimè perdunt.

Sic iterum, ſic ſæpe cadunt vbi vincere apertè Ouid. 2.
Non datur: inſidias, armaq; tecta parant. Faſt.
Fraude perit virtus. —

Fraudem fraude pellere licet.

Iudice me, fraus eſt conceſſa repellere fraudem,
Armaq; in armatos ſumere iura ſinunt. Ouid. 3.
Art.

---

## FRVGALITAS.

Frugalitatis commendatio digniſſima.

— Bene eſt, cui Deus obtulit

Universidad de Deusto Biblioteca



Hor. 3. Parca, quod ſatis eſt, manu.

Car. 16. * Quod ſatis eſt, cui cõtingit, nil amplius optet.

Idem 1. * At, qui tantuli eget, quãto eſt opus, is neq; limo

Epiſt. 2. Turbatam haurit aquam, neq; vitam amittit

Idem 1. in vndis.

Serm. 1. * Neſcis quò valeat nũmus, quẽ præbeat vſum?

Ibidem. Panis ematur, olus, vini ſextarius: adde,

Queis humana ſibi doleat natura negatis.

[Suprà de his plura tit. de Natura, inuenies. Natura paucis, &c.]

Sen. Thyeſt. — O quantum bonum eſt

Obſtare nulli, carpere ſecuras dapes.

Humi iacentem ſcelera non intrant caſam,

Tutusque menſa carpitur anguſta cibus.

Exhortatio ad frugalitatem.

Iuuenalis 14. Viuite contenti caſulis, & collibus iſtis,

O pueri, Marſus dicebat, & Hernicus olim,

Veſtinusq; ſenex panem quæramus aratro

Qui ſatis eſt menſis. —

Perſius 3. — Rure paterno

Eſt tibi far modicũ, purum, & ſine labe ſalinum,

Quid metuas? cultrixque foci ſecura patella.

Plaut. Rud. Hæc ſatis. --

* Quidquid eſt domi, id ſat eſt habendum.

De frugalitate quorundã Principum ac Regum, necnon Philoſophorum.

Claud. 1. Ruf. -- Contentus honeſto

Fabricius paruo ſpernebat munera Regum.

Suda-



Sudabatque graui Conſul Serranus aratro,

Et caſa pugnaces Curios anguſta tenebat.

Hæc mihi paupertas auguſtior, hæc mihi tecta

Culminibus maiora tuis: tibi quærit inanes

Luxuries nocitura cibos, mihi donat inemtas

Terra dapes, rapiunt Tyrios tibi vellera ſuccos,

Et picturatæ ſaturantur murice veſtes.

Hic radiant flores, & prati viua voluptas

Ingenio variata ſuo. fulgentibus illic

Surgunt ſtrata toris: hic mollis panditur herba

Sollicitum curis non abruptura ſoporem.

Turba ſalutantum latas ibi perſtrepit ædes:

Hic auium cantus labentis murmura riui.

Viuitur exiguo melius, &c.

[Reliqua tit. de Natura ſcripta ſunt.]

* Senſit Alexander, teſta cùm vidit in illa Iuuenalis 14.

Magnum habitatorem, quantò felicior hic, qui

Nil cuperet, quàm qui totum ſibi poſceret orbẽ.

-- Menſura tamen quæ Ibidem.

Sufficiat cenſus, ſi quis me conſulat, edam,

In quantum ſitis, atq; fames, & frigora poſcũt.

Quãtum, Epicure, tibi paruis ſuffecit in hortis,

Quantum Socratici ceperunt ante Penates.

* Pythagoras cũctis animalibus abſtinuit, qui Idem 15.

Tanquam homine, & ventri indulſit nõ omne legumen?

-- Quid diceret ergo,

Vel quo non fugeret, ſi nũc hæc mõſtra videret? Tibull. 1. 1.

* Me mea paupertas vita traducat inerti.

*Dum meus aſsiduo luceat igne focus.*
**Fictilia antiquus primum ſibi fecit agreſtis*
Ibidem. *Pocula, de facili compoſuitque luto.*
Martia- **Aretina nimis ne ſperne vaſa, monemus:*
lis Apo- *Lautus erat Tuſcis Porſena fictilibus.*
phor. **Fama eſt fictilibus cœnaſſe Agathoclea regē*
Auſon. *Atque abacum Samio ſæpe oneraſſe luto.*
Epig. 9. *Fercula gemmatis cùm poneret horrida vaſis*
*Et miſceret opes pauperiemque ſimul.*
*Quærenti cauſſam, reſpondit: Rex ego qui ſum*
*Sicaniæ, figulo ſum genitore ſatus.*
*Fortunam reuerenter habe. quicunque repentè*
*Diues ab exili progrediere loco.*
Iuuena- *-- Sed nulla aconita bibuntur*
lis 10. *Fictilibus: tunc illa time, cùm pocula ſumes*
*Gemmata, & lato Setinum ardebit in auro.*
Sen. **Venenum in auro bibitur, expertus loquor.*
Thyeſt. *—Regios luxus procul*
Ide. Hip. *Eſt impetus fugiſſe. ſollicito bibunt*
*Auro ſuperbi. quam iuuat nuda manu*
*Captaſſe fontem, ſi celer ſomnus premit,*
*Secura duro membra verſantem toro.*
Idem **Pectora pauper ſecura gerit.*
Herc. *Tenet è patula pocula fago,*
Oct. *Sed non trepida tenet ipſa manu.*
*Carpit faciles, vileſque cibos,*
*Sed non ſtrictos reſpicit enſes:*
*Aurea miſcet pocula ſanguis.*

Fv-



## FVROR.

Furor amoris comes eſt.

*Blanditiæ comites tibi erunt, terrorq; furorq;,* Ouid. 1.
*Aſsiduè partes turba ſecuta tuas.* Amor.

Furenti furioſoque cedendum eſt. 2.

*Dum furor in curſu eſt, currenti cede furori:* Idem 1.
*Difficiles aditus impetus omnis habet.* Remed.
*Stultus, ab obliquo qui cum diſcedere poſsit:* Stat. 3.
*Pugnat in aduerſas ire natator aquas.* Theb.

Furentibus Deus obſtat. Claud.

*—Deus ecce furentibus obſtat.* bello

Nimius furor euentu caret. Get.

*Sed caret euētu nimius furor, improba nunquā*
*Spes lætata diu --*

Furor maximus inſontem hominē reddit.
Id eſt, prim⁹ animi motus, quia in hominum poteſtate non eſt.

*Solus te iam præſtare poteſt* Sen.
*Furor inſontem. proxima puris* Herc.
*Sors eſt manibus, neſcire nefas.* fur.

## FVTVRA.

Futura celari homines Deus voluit, vt timenti ſperare liceat.

*Prudens futuri temporis exitum* Hor. 3.
*Caliginoſa nocte premit Deus:* Car. 29.
*Ridetque ſi mortalis vltra*

Universidad de Deusto Biblioteca



*Fas trepidat.--*

**Sit ſubitum quodcumq; paras, ſit cæca futuri*

Lucan. 1 *Mens hominum fati, liceat ſperare timenti.*

Futura ſcire homini fas non eſt.

Stat. 1. *-- Quid craſtina volueret ætas*

Theb. *Scire nefas homini.--*

Admonitio vt à futurorum inueſtigatione deſiſtant.

Hor. 1. *Quid ſit futurum cras, fuge quærere: &*

Carm. 5. *Quem fors dierum cunque dabit, lucro*

*Appone.—*

Idem 1. **Tu ne quæſieris ſcire nefas, quẽ mihi quẽ tibi*

Car. 11. *Finem Dii dederint, Leuconoe: nec Babylonios*

*Tẽtaris numeros, vt melius, quidquid erit, pati.*

*Seu plures hiemes, ſeu tribuit Iupiter vltimam.*

Futura incerta ſunt.

Ouid. 2. *Exitus in dubio eſt.—*

Faſt. *—Noſtres fortuna labores*

Silius 10. *Verſat adhuc, caſusq; iubet neſcire futuros.*

## G

### GAVDIVM.

Ouid. 7. Extremum gaudii luctus occupat.

Met. *Gaudia principium noſtri ſunt ſæpe doloris.*

Ouid. 7. Poſt triſtitiam gaudium ſequitur.

Met. *Flebile principium melior fortuna ſecuta eſt.*

Idem 4. **Nulla dies adeò eſt auſtralib. humida nimbis,*

Pont. 4. *Non intermiſsis vt fluat imber aquis.*





**Nil adeò fortuna grauis miſerabile fecit,* Ibidem.

*Vt minuat nulla gaudia parte malum.* Idem 6.

**Scilicet interdum miſcentur triſtia lætis.* Faſt.

### GLORIA.

Gloria temporalis arte quæritur, necnon virtute.

*Artibus ingenuis quæſita eſt gloria multis.* Ouid. 2.

**Facta ducis viuent, operoſaque gloria rerum* Pont. 7.

*Hæc manet, hæc auidos effugit vna rogos.* Idem ad Liuiam.

Gloriæ cupido contra patriam quoſdam induxit.

*-Patriam tamen obruit olim* Iuuen. 10

*Gloria paucorum, & laudis, tituliqué cupido.*

Gloriæ ſeculi cupidus, cæli gloriam intueri debet, & tunc talis gloriæ pudebit: & ad hoc exhortatio pulcra.

*Quicunque ſolam mente præcipiti petit,* Boët. 2. 7

*Summumque credit gloriam,*

*Latè patentes ætheris cernat plagas,*

*Arctumque terrarum ſitum,*

*Breuem replere non valentis ambitum*

*Pudebit aucti nominis.*

Gloriã temporalem ferè cuncti appetunt.

*Si qua operis tanti domino conſurgere ponto* Val.

*Fama queat, tu ſola animos, mẽtemque peruris* Flaccus

*Gloria, te viridem videt, immunemque ſenectæ* 1.

*Phaſidis in ripa ſtantem, iuuenesq; vocantem.*

Gloriæ temporalis amor ad ardua homines impellit, nec non vires illis præbet.

Ouid. 5. *Denique non paruas animo dat gloria vires,*
Triſt. 13. *Et facunda facit pectora laudis amor.*
Idem 4. * *Ardua per præceps gloria vadit iter.*
Triſt. 3. * *Excitat auditor ſtudium, laudataque virtus*
Idem 4. *Creſcit, & immenſum gloria calcar habet.*
Pont. 2. * *Arripuit, traxitq; virum fax mentis honeſtæ*
Silius 6. *Gloria.* —
Propert. * *Magnũ iter adſcẽdo, ſed dat mihi gloria vires:*
4. 11. *Non iuuat ex facili lecta corona iugo.*

Vanè glorioſorum caſtigatio digna.

Terent. Phorm. *Non ſat, tuum officium te feciſſe, ſi non id fama approbat?*

---

GRATIA.

Gratia tarda ingrata eſſe ſolet.

Auſon. *Gratia quæ tarda eſt, ingrata eſt: gratia namq;*
Epig. 84. *Cum fieri properat grata magis.* --
Idem *Si bene quid facias, facias citò: nã citò factum*
Epig. 85. *Gratum erit: ingratũ gratia tarda facit.*
Ouid. 3. * *Gratiaque officio quod mora tardat, abeſt.*
Pont. 4.

Gratia pro rebus gratis datis, debetur.

Ouid. 1. *Gratia pro rebus merito debetur inemtis.*
Amor. 10.

Gratia pluma leuior eſt.

*Si quid benefacias, leuior pluma eſt gratia:*
Plaut. *Si quid peccatum ſit, plumbeas iras gerunt.*
Pœn.

---

GRA-



GRATITVDO.

Gratitudinis maximæ demonſtratio digniſſima.

*Dii, ſi qua eſt cælo pietas quæ talia curet,* Virg. 2.
*Perſoluant grates dignas, & præmia reddant* Æn.
*Debita.* —
* *Dii melius, quorum longe mihi maximus ille,* Ouid. in
*Qui noſtras inopes noluit eſſe vias.* Ibin.
*Huic igitur meritas grates, vbicunque licebit*
*Pro tam manſueto pectore ſemper agam.*
* *Ore ferant grates, quoniam non poſſumus ipſi,* Idem 2.
*Dii tibi, qui referent, ſi pia facta vident.* Pont. 11.
* *Immemor illorũ, veſtri nõ immemor vnquã,* Idem 4.
*Qui mala ſollicite noſtra leuatis, ero.* Pont. 6.
* *Semper inoblita repetam tua munera mente,* Idem 4.
*Et mea me tellus audiet eſſe tuum.* Pont. 15.
* *Hæc mihi ſemper erunt imis infixa medullis,* Idem 1.
*Perpetuuſque animæ debitor huius ero.* Triſt.
*Spiritus hic vacuas prius extenuãdus in auras*
*Ibit, & in tepido deſeret oſſa rogo:*
*Quàm ſubeant animo meritorũ obliuia noſtro,*
*Et longa pietas excidat iſta die.*
*Dii tibi ſint faciles, & opis nullius egentem*
*Fortunam præſtent, diſſimilemque meæ.*
* *Pro quibus vt meritis referatur gratia, iurat* Idem 4.
*Se fore mancipium tempus in omne tuum.* Pont. 5.
*Nam priùs vmbroſa carituros arbore montes,*
*Et freta veliuolas non habitura rates,*



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



Fluminaq; in fontes curſu reditura ſupino,
Gratia quàm meriti poſſit abire tui.
Idem 3. -Dum, quod ô breue ſit, lumen ſolare videbis,
Triſt.10. Seruiet officio ſpiritus iſte tuo.
Plaut. *Nunquam ego illi poſſum gratiam referre,
Moſtell. meritus eſt de me.
Terent. *Quid ego nunc te laudem? ſatis certo ſcio:
Adel.2.3 Nunquam ita magnificè quidquam dicam,
virtus quin ſuperet tua.
Idem A- *Ah vereor coram in os te laudare amplius,
delph.2. Ne id aſſentandi magis, quàm quod habeam gra-
4. tum, facere exiſtumes.
*Nec laudare ſatis, dignasq; rependere grates
Stat.7. Sufficiam: referent Superi.— (tu
Theb. *Quæ celebrẽ mea vota lyra? quas ſoluere grates
Idem 4. Sufficiam? non ſi pariter mihi vertice læto
Sil.2. Nectat odoratas & Smyrna & Mantua laurus,
Digna loquar.—
Virg.1. —Grates perſoluere dignas
Æn. Non opis eſt noſtræ, Dido, &c.
Dii tibi, ſi qua pios reſpectant numina, ſi quid
Vſquam iuſtitiæ eſt, & mens ſibi conſcia recti,
Præmia digna ferant.—

---

## GVLA.

### Guloſus & liber nullus eſſe poteſt.

Hor.2. Quæ virtus, & quãta, boni ſit viuere paruo, &c.
Serm.2. Diſcite non inter lances, menſasq; nitentes,
Cùm



Cùm ſtupet inſanis acies fulgoribus, & cùm
Acclinis falſis animus, meliora recuſat.
Verùm hic impranſi mecum diſquirite. cur hoc?
Dicam, ſi potero. malè verùm examinat omnis
Corruptus iudex.—

### Guloſorum effectus, caſtigatioque acerrima.

Multos porrò vides quos ſæpe eluſus ad ipſum Iuuen.11
Creditor introitum ſolet exſpectare macelli,
Et quibus in ſolo viuendi cauſſa palato eſt, &c.
Interea guſtus elementa per omnia quærunt,
Nunquam animo pretiis obſtantibus.—
—O prodiga rerum Lucan.4
Luxuries, nunquam paruo contenta paratu,
Et quæſitorum terra, pelagoq; ciborum
Ambitioſa fames, & lautæ gloria menſæ!
*Ah miſeri, quos noſſe iuuat, quid Phaſidis ales, Stat.4.
Diſtet ab hiberna Rhodopes grue: quis magis Sil.6.
anſer
Exta ferat? cur Tuſcus aper generoſior Vmbro:
Lubrica quæ recubent conchylia mollius alga?

### Guloſis delectabiliora eſſe dicuntur, quæ pluris emuntur.

—Interius ſi
Attendas, magis illa iuuant, quæ pluris emũtur. Iuuen.11
*Ingenioſa gula eſt, Siculo ſcarus æquore merſus Petroni-
Ad menſam viuus perducitur, atque Lucrinis us.
Eruta litoribus vendunt conchylia cœnas,

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Vt renouēt per damna famē, iā Phaſidis vnda*
*Orbata eſt auibus, mutiq; in litore tantùm*
*Sola deſertis adſpirant frondibus auræ.*

H

---

HYPOCRISIS.

Hypocritarum caſtigatio digniſſima.

Iuuen.2. *Vltra Sauromatas fugere hinc libet, & glacia*
*Oceanum, quoties aliquid de moribus au*
*Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia viuun*
*Loripedē rectꝰ derideat, Æthiopē albus. (&*
*Quis tulerit Gracchos de ſeditione querentes?*
*Quis cælum terris non miſceat, & mare cælo,*
*Si fur diſpliceat Verri, homicida Miloni?*
*Clodius accuſet mœchos, Catilina Cethegum?*
*In tabulam Syllæ ſi dicant diſcipuli tres, &c.*
Perſius **Pelliculā veterem retinens, & fronte politus*
3. *Aſtutam vapido geris ſub pectore vulpem.*
**Vbi vultus ille, & ficta maieſtas viri,*
Sen. *Atq; habitus horrēs, priſca, & antiqua appetens,*
Hipp. *Morumq; ſenium triſte, & adſpectu graue!*
*O vita fallax, abditos ſenſus geris,*
*Animiſq; pulcram turbidis faciem induis.*
*Pudor impudentem celat, audacem quies,*
*Pietas nefandum, vera fallaces probant,*
*Simulantq; molles dura. -*

Hypocritæ regnant, quia nigrum in candidum: hoc eſt, malum in bonū vertunt: & econtrà. **Naſci-*



**Naſcitur Autolicus furtū ingenioſus ad omne* Ouid.11.
*Qui facere aſſuerat, patriæ non degener artis,* Met.
*Candida de nigris, & de candentibus atra.* Iuuena-
**Cedamus patria, viuat Arturius iſtic,* lis 3.
*Et Catulus, maneant qui nigrum in candida vertant.*

---

HOMO.

Homo ex anima & corpore compoſitus eſt.

*Nos quoq; pars mūdi, quoniā nō corpora ſolum,* Ouid.15.
*Verum etiam volucres animæ ſumus. --* Met.

Homo mundi pars nobiliſſima.

*Sanctius his animal, mentiſq; capacius altæ* Ouid. 1.
*Deerat adhuc, & ꝙ dominari in cætera poſſet,* Met.
*Natus homo eſt: ſiue hunc diuino ſemine fecit*
*Ille opifex rerū mundi melioris origo.*

Homini tantū ſtatus rectus eſt datus, vt cœleſtia intueatur contempleturq;.

*Pronaq; cùm ſpectent animalia cetera terram,* Ouid.1.
*Os homini ſublime dedit, cœlumque tueri* Met.
*Iuſsit, & erectos ad ſidera tollere vultus.*
**Quā variis terras animalia permeāt figuris!* Boet.5.5.
*Nāq; alia extēto ſunt corpore, puluerēq; verrūt,*
*Continuumq; trahūt vi pectoris incitata ſulcū.*
*Sunt quibus alarum leuitas vaga, verberetq; ventos,*
*Et liquida longi ſpatia ætheris enatet volatu.*

Universidad de Deusto Biblioteca



*Hæc preſsiſſe ſolo veſtigia, greſsibusq; gaudent*
*Vel virides cāpos trāſmittere, vel ſubire ſiluas.*
*Quæ variis videas licèt omnia diſcrepare formis.*

*Prona tamē facies hebetes valet ingrauare ſenſ*
*Vnica gens hominū celſum leuat altius cacum*
*Atque leuis recto ſtat corpore, deſpicitq; terras.*
*Hæc, niſi terrenus male deſipis, admonet figura.*
*Qui recto cælum vultu petis, exerisq; frontem,*
*In ſublime feras animū quoq; ne grauata peſſum*
*Inferior ſidat mens corpore celſius leuato.*

Silius 13. * *Nōne vides hominū, vt celſos ad ſidera vult*
*Suſtulerit, Deus, ac ſublimia finxerit ora,*
*Cùm pecudes, volucrūq; genus formaſq; ferarum*
*Segnē, atq; obſcenum paſsim ſtrauiſſet in aluū.*

Manil. 4. *-Proiectaq; iacent animalia cuncta.*
*In terra, vel merſa vadis, vel in aere pendent.*
*Omnibus vna quies, venter, ſenſusque per artus*
*Et quia conſilium non eſt, & lingua remiſſa,*
*Vnus & inſpectus rerum, vireſq; loquendi,*
*Ingeniumq; capax varias educit in arteis.*
*Hic partus, qui cuncta regit ſeceſsit in orbem*
*Et domuit terram ad fruges, animalia cepit,*
*Impoſuitque viam Ponto, ſtetit vnus in arce*
*Erectus capitis, victorq; ad ſidera mittit*
*Sidereos oculos, propiusq; adſpectat Olympum,*
*Inquiritq; Iouem: nec ſola fronte Deorum*
*Contentus manet, & cælum ſcrutatur in aluo,*

*Cogna-*



*Cognatumq; ſequens corpus ſic quærit in aſtris.*
* *Quid mentē extraxiſſe polo, quid profuit altū* Claud.
*Erexiſſe caput, pecudum ſi more pererrant* rap.
*Auia?* Proſ.3.

Hominès diuinorum tantùm capaces ſunt. & hæc cognitio à mutorum grege eos ſeiungit.

*-Quis enim bonus, & face dignus*
*Arcana, qualem Cereris vult eſſe ſacerdos,* Iuuenalis 15.
*Vlla aliena ſibi credet mala? ſeparat hæc nos*
*A grege mutorum, atque ideo venerabile ſoli*
*Sortiti ingenium, diuinorumque capaces,*
*Atque exercendis, capiendiſq; artibus apti, &c.*

Principium operationum ſuarum, ac exitum homines in Deo collocare debent.

*Diis, te minorem quod geris, imperas.* Hor. 3.
*Hinc omne principium, huc refer exitum.* Car. 6.

Hominum genus felix dicitur, ſi Dei amor, quo cælum regitur, ſuos animos regat.

*O felix hominum genus,*
*Si veſtros animos amor,* Boeth. 2.
*Quo cælum regitur, regat.* 8.

Hominem miſericordem, & ad omnia prōptum eſſe oportet.

*Miſericordias tandem habere hominē oportet.*
* *At quidem illuc ætatis qui ſit, non inuenies alterum* Plaut. Moſtell.

Universidad de Deusto Biblioteca



*Lepidiorem ad omn. res, nec qui amic. us amico ſit magis.*

Homines in malum proniores ſunt, quàm bonum.

Ouid. 4. *Sed nos in vitium credula turba ſumus.*
Faſt. **Vt iugulent homines ſurgũt de nocte latrones:*
Hor. 1. *Vt teipſum ſerues non expergiſceris?*
Epiſt. 2 **Pauca adeo Cereris vittas contingere digna.*
Iuuena- **Mobilis, & varia eſt ferme natura malorum.*
lis 6. *Cũ ſcelus admittũt, ſupereſt cõſtantia: quid ſit,*
Idem 13. *Atq; nefas, tandem incipiunt ſentire peractis*
*Criminibus: tamen ad mores natura recurrit*
*Damnatos fixa, & mutari neſcia. nam quis*
*Peccandi finem poſuit ſibi? quando recepit*
*Eiectum ſemel attrita de fronte ruborem?*
*Quiſnam hominum eſt, quem tu cõtentum vi-*
*Flagitio? —* *(deris vno*
Ter. *— Nam tu quid agas,*
Adel. *Vbi ſi quid bene præcipies nemo obtemperet!*
Claud. 2 *— Paruæ poterunt impellere cauſſæ*
Eutrop. *In ſcelus: ad mores facilis natura reuerti.*

Homo ex lapidib. factus eſt poſt diluuium: quibus innuitur humanæ conditionis miſeria.

Ouid. 1. *Magna parens terra eſt, lapideſque in corpore*
Met. *terræ*
*Oſſa reor dici: iacere hos poſt terga iubemur.*
*Coniugis augurio quanquã Titania mota eſt,*
*Spes*



*Spes tamen in dubio eſt: adeò cæleſtibus ambo*
*Diffidunt monitis. ſed quid tentare nocebit?*
*Diſcedunt, velantq; caput, tunicaſq; recingũt.*
*Et iuſſos lapides ſua poſt veſtigia mittunt.*
*Saxa (quis hoc credat, niſi ſit pro teſte vetuſtas?)*
*Ponere duritiem cœpere ſuumque rigorem,*
*Mollirique mora, mollitaq; ducere formam.*
*Mox vbi creuerunt, naturaque mitior illis*
*Contigit, vt quædam, ſic non manifeſta videri*
*Forma poteſt hominis, ſed vti de marmore cœpta,*
*Non exacta ſatis, rudibuſq; ſimillima ſignis:*
*Quæ tamen ex illis aliquo pars humida ſucco,*
*Et terrena fuit, verſa eſt in corporis vſum.*
*Quod ſolidũ eſt, flectiq; nequit, mutatur in oſſa:*
*Quæ modò vena fuit, ſub eodẽ nomine manſit,*
*Inque breui ſpatio ſuperorum numine ſaxa*
*Miſſa viri manibus faciem traxere virorum,*
*Et de femineo reparata eſt femina iactu.*
*Inde genus durum ſumus, experienſq; laborum,*
*Et documenta damus, qua ſimus origine nati.*

Hominum pernicies maxima eſt homo, ſcilicet malus.

*Lupus eſt homo homini, non homo, cùm qualis* Plaut.
*ſit non nouit.* 
**Pernicies hominũ quæ maxima? ſolus homo al-* Aſin.
*ter.* Bias per Auſon.

Homo alteri quod fecerit, hoc idem ab alio recipere debet.

*Eneget auxilio, qui non tulit, vtque reliquit,* Ouid. 13. Met.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Sic linquendus erat. legem ſibi dixerat ipſe.*

Hominum incommoda ſcire volẽti, vnum, vel vnam domũ intueri ſat eſt: quia ferè omnes æquè vitioſi ſunt.

Virg. 2. Æn. *Accipe nũc Danaũ inſidias, & crimine ab vno*
*Diſce omnes.—*

Iuuen. 13 **Humani generis mores tibi noſſe volenti*
*Sufficit vna domus. paucos conſume dies, &*
*Dicere te miſerum, poſtquã illinc veneris, aude.*

Homines corporalẽ ob valetudinem acquirendam & conſeruandam innumera ferè incommoda ſuſtinẽt, pro anima verò ne vnum vix ſuſtinere cæci volunt.

Ouid. 1. Remed. *Dura aliquis præcepta vocet mea: dura fatemur*
*Eſſe, ſed vt valeas multa dolẽda feres. (mus*
*Sæpe bibi ſuccos, quamuis inuitus, amaros*
*Æger, & oranti menſa negata mihi eſt.*
*Vt corpus redimas, ferrum patieris & ignes,*
*Arida nec ſitiens ora leuabis aqua.*
*Vt valeas animo quicquam tolerare negabis?*
*At pretiũ pars hæc corpore maius habet.*

Hor. 1. Epiſt. 2. *—Nam cur*
*Quæ lædunt oculos, feſtinas demere: ſi quid*
*Eſt animum, differs curandi tempus in annũ?*

Homines amandi ſunt, non eorũ munera.

Ouid. Epiſt. 16. *Aut ego perpetuò famam ſine labe tenebo,*
*Aut ego te potiùs, quàm tua dona ſequar.*
*Atque ea non ſperno.—*





Homines elati atque humiles ſunt, ſicut ſe res dant.

*—Profectò hoc ſic eſt, vt puto (miles ſumus.* Ter.
*Omnib. nobis, vt res dãt ſeſe, ita magni atq; hu-* Hec.

Hominis ornamentum barba eſt.

*Nec mea quod rigidis horrent denſiſsima ſetis* Ouid. 3.
*Corpora turpe puta: turpis ſine frõdibus arbor,* Met.
*Turpis equus, niſi colla iubæ fluitantia velent.*
*Pluma tegit volucres, ouib. ſua lana decori eſt:*
*Barba viros, hirtæq; decent in corpore ſetæ.*

Homo mortuus idem non eſt qui prius erat.

*Hector erat tunc cùm bello certabat, & idem* Ouid. 3.
*Tractus ab Æmonio non erat Hector equo.* Triſt. 11.

Humanæ miſeriæ deſcriptio ſeu expreſſio notabilis.

*Optima quæq; dies miſeris mortalibus æui* Virg 3.
*Prima fugit. ſubeunt morbi, triſtiſq; ſenectus,* Georg.
*Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.*
**Puluis & vmbra ſumus.*
*—Nos vilis turba caducis* Hor. 4.
*Deſeruire bonis, ſemperque optare parati,* Car. 7.
*Spargimur in caſus. celſa tu mentis ab arce* Stat. 2.
*Deſpicis errantes, humanaque gaudia rides.* Sil. 2.
**Editus in lucem iacuit ſine viribus infans.* Ouid. 15.
*Mox quadrupes, rituq; tulit ſua mẽbra ferarũ,* Met.
*Paulatimq; tremens, & nondum poplite firmo*
*Conſtitit, adiutiſque aliquo conamine neruis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Inde valens, veloxq; fuit, ſpatium iuuentæ*
*Tranſit, & emeritis medii quoq; tẽporis annis*
*Labitur occidua per iter decliue ſenecta:*
*Subruit hæc æui, demoliturq; prioris*
*Robora.* —

Corn. Gallus. **O quàm dura premit miſeros conditio vitæ,*
*Nec mors humano ſubiacet arbitrio.*
*Dulce mori miſeris: ſed mors optata recedit:*
*At cùm triſtis erit, præcipitata venit.*

---

## HONOR.

Honores veri non ſunt fortuiti muneris.

Solon per Auſon. *Non erunt honores vnquam fortuiti muneris.*

Honorantur hodie nõ niſi diuites, quibus honores venum exponuntur.

Ouid. 1. Faſt. *In pretio pretium nunc eſt: dat cenſus honores,*
*Cenſus amicitias: pauper vbique iacet.*

Idem 3. Amor. 7 **Curia pauperib. clauſa eſt, dat cenſus honores:*
*Inde grauis iudex, inde ſeuerus eques.*

Honores ac opes vt ſtolidæ mentes amplectentur, accumulent imprecatio, quò poſtea illis liceat vera dona cognoſcere.

Boeth. 3. 8. *Quid dignum ſtolidis mentibus imprecer?*
*Opes, honores ambiant,*
*Et cum falſa graui mole parauerint,*
*Tum vera cognoſcant bona.*

Honoris non intermorituri intimatio.

Dum



*Dũ iuga montis aper, fluuios dũ piſcis amabit,*
*Dum thymo paſcentur apes, dum rore cicadæ:* Virg. Ecl. 5.
*Semper honos, nomenq; tuũ, laudesq; manebũt.*
**In freta dũ fluuii current, dũ montibus vmbræ* Idem 1.
*Luſtrabunt, conuexa polus dum ſidera paſcet:* Æn.
*Semper honos, nomenq; tuũ laudesq; manebũt.*

Honorabilis viri, qui ab omnib. poetis carmine celebretur digni, intimatio.

*Namq; fuit dign⁹ ſenior, que carmine Phœbus* Neme-
*Pan calamis, fidibusque Linus modulantibus* ſianus
*Orpheus*
*Concinerent, atq; acta viri, laudesq; ſonarent.* Ecl. 1.

---

## HOSPITALITAS.

Hoſpitibus, ſ. bonis quod confertur, conferenti quæſtus eſt.

*In bono hoſpite atque amico quæſtus eſt, quod ſumitur.* Plaut. Mil.

Hoſpes eiicitur turpius quàm non admittitur.

*Turpius eiicitur, quam non admittitur hoſpes.* Ouid. 5. Triſt. 1.

Inhoſpitibus certum amorem non eſſe ſuprà tit. de amore oſtẽſum eſt.

*Amor in hoſpitibus certus, &c.*

Hoſpes ab hoſpite non eſt hodie tutus.

*Viuitur ex rapto: non hoſpes ab hoſpite tutus.*

---

## HVMILITAS.

Universidad de Deusto Biblioteca



Ouid. 1. Humiles Deus extollit, ſuperbos verò deprimit, humiliatque.
Met.

*—Valet ima ſummis*
Hor. 2. *Mutare: & inſignem attenuat Deus,*
Carm. *Obſcura promens.—*
14. *—Vim temperatam Dii quoque prouehunt*
Idem 3. *In maius: iidem odere vires*
Car. 4. *Omne nefas animo mouentes.*
*Teſtis mearum centimanus Gigas.*
*Sententiarum notus, & integræ*
*Tentator Orion Dianæ,*
*Virginea domitus ſagitta.*
*Iniecta monſtris terra dolet ſuis:*
*Mæretque partus fulmine luridum:*
*Miſſos ad Orcum.—*
Claud. **Magna repente ruunt, ſumma cadunt ſubitò.*
Sen. Humili viro laus vera ſæpe contigit.
Thyeſt. *Laus vera humili ſæpe contigit viro.*

I

---

IGNAVIA.

Ignauia admodum nocet.
Ouid. 1. *Cernis vt ignauum corrumpant otia corpus,*
Pont. 6. *Vt capiant vitium, ni moueantur, aquæ!*
*Et mihi, ſi quis erat ducendi carminis vſus,*
Sen. *Deficit, eſtq; minor factus inerte ſitu.*
Med. Ignauos premit fortuna.
*Fortuna fortes metuit, ignauos premit.*





Ignauorũ ac inertiũ reprehenſio, & ad virtutẽ amplexandã exhortatio illuſtris.
*Ad poſſeſſa venis, præreptaque gaudia ſerus,* Ouid.
*Spes tua lenta fuit, quod petis alter habet.* Epiſt. 16.
**Ite nunc fortes, vbi celſa magni* Boët. 4.
*Duxit exempli via. cur inertes* 7.
*Terga nudatis? ſuperata tellus*
*Sidera donat.*
Ignaui rectè cauent ne ſibi inuideatur.
*Sibi ne inuideatur, ipſi ignaui rectè cauent.* Plaut.

--- Bacch.

IGNORANTIA.

Ignorantia quandoque excuſat.
*Præterita veniam dabit ignorantia culpæ.*
Ignorantię hominũ reprehẽſio grauis, quod in terrenis rebus ſapientiores ſunt, quàm in inquiſitione ſummi boni. Ouid. Epiſt. 19.
*Eheu, quàm miſeros tramite deuio* Boët. 3. 8
*Abducit ignorantia.*
*Non aurum in viridi quæritis arbore,*
*Nec vite gemmas carpitis,*
*Non altis laqueos montibus abditis,*
*Vt piſce ditetis dapes.*
*Nec nobis capreas ſi libeat ſequi,*
*Tyrrhena captatis vada.*
*Ipſos quinetiam fluctibus abditos*
*Norunt receſſus æquoris,*
*Quæ gemmis niueis vnda feracior,*

Universidad de Deusto Biblioteca



*Velqua rubentis purpura,*
*Nec non qua tenero piſce, vel aſperis*
*Præſtent echinis litora.*
*Sed quonam lateat, quod cupiunt bonum,*
*Neſcire cæci ſuſtinent:*
*Et, quod ſtelliſerum trans abiit polum,*
*Tellure demerſi petunt.*

Ignorare ea, quæ vnicuique in ſtatu ſuo ſ[...] conuenit, malum eſt non mediocre, [...] non inertis.

Hor. 1. *—Sed, quod magis ad nos* (tri[...]
Serm. 6. *Pertinet, & neſcire malum eſt, agitam[...]*
*Diuitiis homines, an ſint virtute beati:* ([...]
*Quidve ad amicitias, vſus, rectúmve tr[...]*
*Et quæ ſit natura boni, ſummumq; quid e[...]*
Sen. Oct. **Inertis eſt neſcire quid liceat ſibi.*

Ignorans & indoctus non eſt poëta vocandus.

*Deſcriptas ſeruare vices, operumque colores,*
Hor. *Cur ego, ſi nequeo, ignoroque poeta ſalutor?*
Art. *Cur neſcire pudens praue, quam diſcere mal[...]*

Ignorantia malorum iners remedium eſt.

Sen. Oedip. *Iners malorum remedium ignorantia eſt.*

---

IGNOTA.

Ignota quæque difficilia videntur, cognita verò facilia.

*—Hæc, dum incipias, grauia ſunt.* Dum[...]



*Dumque ignores: vbi cognoueris, facilia.—* Terent.

Ignoti nulla cupido. Heaut.

*Quod latet ignotum eſt, ignoti nulla cupido.* 5. 5.
*Fructus abeſt, facies cum bona, teſte caret.* Ouid. 3.

Ignotæ rei nullus reſpectus. Art.

*Tu licet & Thamyrā ſuperes, atq; Orphea cātu,* Ouid. 3.
*Non eris ignota gratia magna lyra.* Art.
*Si Venerem Cois nunquam pinxiſſet Apelles,*
*Merſa ſub æquoreis illa lateret aquis,*

---

IMPERITIA.

Imperito homine cur nihil ſit iniuſtius.

*Homine imperito nunquam quidquā iniuſtius,* Ter. A-
*Qui, niſi quod ipſe facit, nihil rectum putat.* delph. 1. 2.

---

IMPERIVM.

Imperium in bonos difficile non eſt.

*Facile eſt imperium in bonis.* Plaut. Mil.

Imperium amicitia adiunctum ſtabilius eſt, quàm quod vi fit.

*Nimiū ipſus durus eſt, præter æquumq;, & bonū:* Ter. A-
*Et errat longe mea quidem ſententia,* delph. 1. 1.
*Qui imperiū credat grauius eſſe, aut ſtabilius,*
*Vi quod fit, quàm illud, quod amicitia adiungitur.*
*Mea eſt ſic ratio, & ſic in animum induco meū.*
*Malo coactus qui ſuum officium facit,*
*Dum id reſcitum iri credit, tantiſper cauet:*
*Si ſperat fore clām, rurſum ad ingenium redit.*

*Quem beneficio adiungas, ille ex animo fac...*
*Studet par referre: præſens, abſensque idem ...*

---

## IMPOSSIBILE.

### Impoſſibilia fieri exigentis, intimatio perpulcra.

Plaut. Moſt. *Vna opera ebur atramẽto candefacere poſt...*

### Impoſſibilitatis expreſſiones.

Virg. Ecl. 1. *Ante leues ergo paſcentur in æthere cerui,*
*Et freta deſtituent nudos in litore piſces:*
*Ante pererratis amborum finibus, exſul*
*Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania T...*
*Quàm noſtro illi' labatur pectore vult'. (gr...*

Ouid. in Ibin. **Deſinet eſſe prius contrarius ignibus hum...*
*Iunctaque cum Luna lumina Solis erunt:*
*Parsq; eadem cæli Zephyros emittet, & Eur...*
*Et tepidus gelido ſtabit ab axe Notus.*

Ibidem. **Et ver autumno, brumæ miſcebitur æſtas,*
*Atque eadem regio, veſper & ortus erit:*
*Quàm mihi ſit tecũ, poſitis, quæ ſumpſimus, ar-*
*Gratia, cõmiſsis improbe rupta tuis: (mis*
*Quàm dolor hic vnquã ſpatio euaneſcere poſſit,*
*Leniat aut odium tempus, & hora meum.*
*Pax erit hæc nobis, donec mihi vita manebit,*
*Cum pecore infirmo quæ ſolet eſſe lupis.*

Sen. Thyeſt. Act. 3. **Amat Thyeſten frater? æthereas priùs*
*Perfundet Arctos pontus, & Siculi rapax*
*Conſiſtat æſtus vnda, & Ionio ſeges*

Matura



*Matura pelago ſurget, & lucem dabit*
*Nox atrox terris: antè cum flammis aqua,*
*Cum morte vita, cum mari ventus fidem,*
*Fœdusque iungent.--*

**Longa dies citior brumali tempore, noxque* Ouid. 2.
*Tardior hiberna ſolſtitialis erit:* Pont. 4.
*Nec Babylon æſtus, nec frigora pontus habebit,*
*Calthaque Pæſtanas vincet odore roſas,*
*Quàm tibi noſtrarum veniant obliuia rerum.*

**Nam priùs incipient turres vitare columbæ,* Ouid. 1.
*Antra feræ, pecudes gramina, mergus aquas,* Pont. 7.
*Quàm malè ſe præſtet veteri Græcinus amico.*

**Cinyphiæ ſegetis citiùs numerabis ariſtas,* Ouid. 2.
*Altaq; quàm multis floreat Hybla thymis:* Pont. 7.
*Et quot aues motis nitantur in aera pennis:*
*Quotque natent piſces æquore, certus eris,*
*Quàm tibi noſtrorũ ſtatuatur ſumma laborũ,*
*Quos ego ſum terra, quos ego paſſus aqua.*

**Nominis ante mei venient obliuia nobis,* 2 Pōt. 11.
*Pectore quàm pietas ſit tua pulſa meo.*
*Et priùs hanc animã vacuas reddemus in au-*
*Quàm fiat meriti gratia vana tui. (ras,*

**Sambucam citiùs caloni aptaueris alto.* Perſius

**Namq; prius ſiccis phocæ naſcentur in aruis,* Olymp.
*Hirſutusque freto viuet leo, dulcia mella* Nemeſ.
*Sudabunt taxi, confuſis legibus anni,* Ecl. 1.
*Antè dabit flores autumnus, ver dabit vuas,*
*Meſſem triſtis hiems, æſtas tractabit oliuas,*



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



*Quàm taceat Meliboee tuas mea fiſtula laude*[s]
Claud. ** Antè dabũt hiemes Nilũ, per flumina dam*[na]
Paneg. *Errabunt, glacieq; niger damnabitur Indus*
in Pro- *Ante Thyeſtæis iterum conterrita menſis*
bum. *Interciſa dies refugos vertetur in ortus,*
*Quàm Probus à noſtro poſsit diſcedere ſenſu.*
Idem I. ** Iam teſtudo volat, profert iã cornua vultur*
Eutrop. *Prona petunt retro fluuii vada, Gadibus ortu*[m]
*Armenii texere diem, iam frugibus aptum*
*Æquor, & aſſuetum ſiluis delphina videbi*[s],
*Iã cochleis homines iunctos, & quidquid ina*[ne]
*Nutrit, Iudaicis quæ pingitur India velis.*

## INCONTINENTIA.

Mulieres incontinentes ſunt magis, quàm viri.

Propert. *Obiicitur toties à te mihi noſtra libido,*
3.17. *Crede mihi, vobis imperat illa magis.*
*Vos vbi contemti rupiſtis frena pudoris,*
*Neſcitis captæ mentis habere modum.*
*Flamma per incenſas citius ſedetur ariſtas,*
*Fluminaque ad fontis ſint reditura caput,*
*Et placidũ Syrtes portum, & bona litora nautis*
*Præbeat hoſpitio ſæua Malea ſuo,*
*Quàm poſsit veſtros quiſquã reprehẽdere cur- (ſus,*
*Et rapidæ ſtimulos frangere nequitiæ.*
*Teſtis, Cretæi faſtus quæ paſſa iuuenci*
*Induit abiegnæ cornua falſa bouis:*
*Teſtis*



*Teſtis Theſſalico flagrans Salmonis Enipeo,*
*Quæ voluit liquido tota ſubire Deo.*
*Crimen & illa fuit patria ſuccenſa ſenecta,*
*Arboris in frondes condita Myrrha noua.*
*Nam quid, Medeæ, referam, quo tẽpore matris*
*Iram natorum cæde piauit amor?*
*Quidve Clytemneſtræ, propter quã tota Myce- (nis*
*Infamis ſtupro ſtat Pelopea domus?*
*Tuque ô Minoa venundata Scylla figura,*
*Tondens purpurea regna paterna coma.*
*Hanc igitur dotem virgo deſponderat hoſti:*
*Niſe tuas portas fraude recluſit amor.*

## INFAMIA.

Infamia eſt immortalis, igitur ſummopere vitanda eſt.

*Pater, hominum immortalis eſt infamia,* Plaut.
*Etiam tum viuit, cum eſſe credas mortuam.* Perſ.

Paupertas fit grauior ſi ad illam accedat infamia.

*Quanquam res noſtræ ſunt pater pauperculæ:* Plaut.
*Modice, & modeſte melius eſt vitam viuere.* Perſ.
*Nam ſi ad paupertatem admigrant infamia,*
*Grauior paupertas fit fides ſubleſtior.*

Infamia aliena teneros animos ſæpè à vitiis abſterret, vt funus vicinum ægros ab inferenda morte.

*— Auidos vicinum funus vt ægros*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Hor 1. Exanimat, mortiſque metu ſibi parcere cogi
Serm. 7. Sic teneros animos aliena opprobria ſæpe
Abſterrent vitiis.—

## INFANTIA.

### Infantis miſeria quæ ſit.

Editus in lucem iacuit ſine viribus infans.
Ouid.15. *Tum porrò puer, vt ſæuis proiectus ab vnd
Met. Nauita, nudus humi iacet, infans indigu
Lucret.5 Vitai auxilio, cũ primũ in luminis oras (
Nixibus ex aluo matris natura profudit:
Vagituq; locum lugubri complet, vt æquum
Cui tantum in vita reſtet tranſire malorum

### Infantia pueritiáve veri adſimulatur.

Ouid.15. Nam tener & lactens, puerique ſimillimus æ
Met. Vere nouo eſt: tũc herba*, e es. & roboris exp
*nitens. Turget, & inſolida eſt, & ſpe delectat agreſti
&c.

## INFERNVS.

### Infernales Furiæ tres ſunt, quæ nocẽtes aſſi- duè acriterque cruciare dicuntur.

Ouid. in Sic tibi de Furiis ſcindat latus vna flagello,
Ibin. Vt ſceleris numeros confiteare tui.
Altera Tartareis ſectos dabit anguibus artus,
Tertia fumantes incoquet igne genas.

Ouid.4. Inferni cruciatus innumeri petunt.

Met. *Mille capax aditus, & apertas vndiq; portas
Vrbs



Vrbs habet: vtq; fretum de tota flumina terra,
Sic omnes animas locus accipit ille, nec vlli
Exiguus populo eſt, turbamve accedere ſentit.
Errant exſangues ſine corpore, & oſſibus vmbræ.
*In loca ab Elyſiis diuerſa fugabere campis,
Quaq; tenet ſedes noxia turba, coles, &c. Idem in
Quæq; gerũt humeris perituras Belides vndas, Ibin.
Exſulis Ægypti turba cruenta nurus.
*Quid iuuat durum properare fatum? Sen.
Omnis hæc magnis vaga turba terris Herc.
Ibit ad Manes, facietque inerti fur.
Vela Cocyto.
*Longus ad Manes properatur ordo Idẽ Oed.
Agminis maſti.—
*Tum demũ ad Manes perfecto munere Erin- Silius 2.
Iunoni laudata redit, magnamq; ſuperba (nys
Exſultat rapiens ſecum ſub Tartara turbam.
*Sunt apud infernos tot millia formoſarum: Propert.
Pulcra ſit in ſuperis ſcilicet vna locis. 2.28.
Vobiſcum eſt Iope, vobiſcum candida Tyro,
Vobiſcũ Europe, nec proba Paſiphae, (mas,
Et quot Troia tulit, vetus & quot Achaia for-
Et Phœbi, & Priami diruta regna ſenis,
Et, quæcunq; erat in numero Romana puella,
Occidit: has omneis ignis auarus habet.
*Conueniunt animæ, quãtas violẽtior Auſter Claud. 2
Decutit arboribus frõdes, aut nubibus imbres Rapt.
Colligit, aut frangit fluctus, aut torquet arenas

Universidad de Deusto Biblioteca



Cunctaque præcipiti ſtipantur ſæcula curſu
Inſignem viſura nurum. —
Silius 13. * Regna, ait, hîc tenebras agitant, volitantq
per umbras,
Innumeri quondã populi: domus omnibus vna
In medio vaſtum latè ſe tendit inane.
Huc quidquid terræ, quidquid freta, & ignes
Nutriuit primo mũdi genitalis ab æuo, (atq
Mors cõmunis agit, deſcendunt cuncta, cap
Cãpus iners quantum interiit, reſtatq; futur

Inferni initium ſeu via.

Virg. 6. — At læua malorum
Æn. Exercet pœnas, & ad impia Tartara mittit.
Ouid. 4. * Eſt via decliuis funeſta nubila taxo,
Met. Ducit ad infernas per multa ſilentia ſedes,
Styx nebulas exhalat iners, umbræque recen
Deſcendunt illac, ſimulacraq; functa ſepulcris
Pallor hiemsque tenent latè loca ſenta, nouiq
Qua ſit iter Manes Stygiã quod ducat ad vrb
Ignorant, ubi ſit nigri fera regia Ditis.
Sen. * Spartana tellus nobile attollit iugum.
Herc. Denſus vbi æquor Tænarus ſiluis premit:
fur. Hic ora ſoluit Ditis inuiſi domus,
Hiatque rupes alta, & immenſo ſpecu
Ingens vorago faucibus vaſtis patet.
Latumque pandit omnibus populis iter.
Hinc ampla vacuis ſpatia laxantur locis:
In qua omne merſum pereat humanum genus,

Ne



Nec ire labor, ipſa deducit via:
Vt ſæpe puppes æſtus inuitas rapit,
Sic pronus aer vrget — 
* Hic vicina palus fama eſt: Acherõtis ad vn- (das Silius 12.
Pandere iter, cæcas ſtagnante voragine fauces,
Laxat & horrendos aperit telluris hiatus,
Interdumq; nouo perturbat lumine Manes.
* Hoc, vt fama, loco pallentes deuius vmbras Stat. 2.
Trames agit, nigroq; Iouis vacua atria ditat Theb.
Mortibus, Arcadii perhibent ſi vera coloni.
Stridor ibi, & gemitus pœnarũ, atroq; tumultu
Feruet ager: ſæpe Eumenidũ vocesq; manusq;
In medium ſonuere diem, lethiq; triformis
Ianitor agricolas campis auditus abegit.
* Ingenti iacet ore Chaos, quod pondere feſſam Val.
Materiem, lapſumque queat cõſumere mundũ. Flac-
Hic geminæ æternum portæ, quarũ altera dura cus 1.
Semper lege patens, populos Regesque receptat.
* Eſt locus extremum pandit qua Gallia litus Claud. 1.
Oceani prætentus aquis, quo fertur Vlyſſes Ruf.
Sanguine libato populum moviſſe ſilentum.
Illic vmbrarum tenui ſtridore volantum,
Flebilis auditur queſtus ſimulacra coloni
Pallida, defunctasq; vident migrare figuras.
* Eſt locus infauſtis, quo conciliantur in vnum Idem 2.
Cocytus, Phlegethõq; vadis, inamœnus vterq; Ruf.
Alueus: hic voluit lacrymas, hic igne redũdat,
Turris per geminos flammis viuinior amnes

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Porrigitur, ſolideq; rigens adamante, ſiniſtru*
*Proluit igne latus, dextra Cocytia fundit*
*Æquora, triſte gemens & fletu concita plangit,*
*Huc poſt emeritam mortalia ſecula vitam*
*Deueniunt, vbi nulla manent diſcrimina fa*
*Nullus honor. vanoque exutum nomine Re*
*Perturbat plebeius egens. —*

An ſit inferni pœna aliqua? & quod nō ſit, ſe-
cundum quorundam infulſam opinio

Sen. *— Vera ne eſt fama, inferis*
Herc. *Tam fera redditura, & oblitos ſui*
fur. *Sceleris nocentes debitas pœnas dare?*
*Quis iſte veri rector, atque æqui arbiter?*
Idem *— Tænara, & aſpero*
Troad. *Regnum ſub domino, limen & obſidens*
*Cuſtos, non facili Cerberus oſtio*
*Rumores vacui, verbaque inania,*
*Et par ſollicito fabula ſomnio.*
Lucret. 3 *— Poſt mortem denique noſtram*
*Nū quid ibi horribile apparet? nū triſte vide*
*Quidquam? nonne omni ſomno ſecurius ex*
*Atque ea nimirum quæcunq; Acherōte profu*
*Prodita ſunt eſſe, in vita ſunt omnia nobis:*
*Nec miſer impendens magnū timet aere ſaxum*
*Tantalus, vt fama'ſt, caſſa formidine torpens:*
*Sed magis in vita Diuum metus vrget inanis*
*Mortales, caſumq; timent, quē cuiq; ferat ſors.*
*Nec Tityon volucres ineunt Acherōte iacētem.*

Sed



*Sed Tityus nobis hic eſt in amore iacentem,*
*Quē volucres lacerāt, atq; exeſt anxius angor,*
*Aut alia quauis ſcindunt torpedine curæ, &c.*

Inferni pœna diuerſa eſt ſecundum
hominum merita.

*Nec non & Tityon, terræ omniparentis alumnū* Virg. 6.
*Cernere erat: per tota nouem cui iugera corpus* Æn.
*Porrigitur, roſtroq; immanis vultur adunco*
*Immortale iecur tundens, fœcundaque pœnis*
*Viſcera, rimaturque epulis, habitatque ſub alto*
*Pectore: nec fibris requies datur vlla renatis.*
*Quid memorē Lapithas, Ixiona, Pirithoumq;?*
*Quos ſuper alta ſilex iam iam lapſura, cadētiq;*
*Imminet adſimilis. lucent genialibus altis*
*Aurea fulcra toris, epulæque ante ora paratæ*
*Regifico luxu. Furiarum maxima iuxta*
*Accubat, & manibus ꝓhibet contingere mēſas,*
*Exſurgitque facem attollens, atq; intonat ore.*
*Hic, quibus inuiſi fratres, dum vita manebat,*
*Pulſatusve parens, & fraus innexa clienti:*
*Aut qui diuitiis ſoli incubuere repertis,*
*Nec partē poſuere ſuis: quæ maxima turba eſt:*
*Quiq; ob adulterium caſi. quique arma ſecuti*
*Impia, nec veriti dominorum fallere dextras*
*Incluſi pœnam exſpectant. —*
** Saxū ingens voluunt alii radiiſq; rotarum* Ibidem.
*Diſtricti pendent. ſedet, æternumque ſedebit*
*Infelix Theſeus, Phlegyasque miſerrimus omnes*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Admonet, & magna teſtatur voce per vmb*
*Diſcite iuſtitiam moniti, & nõ tem ere D*
*Vendidit hic auro patriã, dominumq; pote*
*Impoſuit: fixit leges pretio, atque refixit.*
*Hic thalamũ inuaſit nata, vetitosq; Hym*
*Auſi omnes immane nefas auſoque potiti.*
*Non mihi ſi lingua centum ſint, oraque cen*
*Ferrea vox, omnes ſcelerum cõprẽdere for*
*Omnia pœnarum percurrere nomina poſſ*
Ibidem. ** Quin, & ſupremo cum lumine vita rel*
*Nõ tamẽ omne malũ miſeris, nec fũditus o*
*Corporea excedunt peſtes: penitusq; neceſſe*
*Multa diu concreta modis inoleſcere miri.*
*Ergo exercentur pœnis, veterumque malor*
*Supplicia expendunt. alia panduntur inan*
*Suſpenſa ad ventos: aliis ſub gurgite vaſto*
*Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni.*
*Quiſque ſuos patimur Manes.* —
Ouid. 4. **Parſque forũ celebrãt, pars imi tecta Ty*
Met. *Pars aliquas artes antiqua imitamina vi*
*Exercent: aliam partem ſua pœna coerce*
*Viſcera prabebat Tityus lanianda, noue*
*Iugeribus diſtractus erat. tibi Tantale nu*
*Deprenduntur aqua, quaq; imminet effugit*
*Aut petis, aut vrges ruiturũ Siſyphe ſaxũ. (*
*Voluitur Ixion, & ſe ſequiturque, fugitq*
*Molirique ſuis lethum patruelibus auſa*
*Aſſidua repetũt, quas perdant, Belides vnd*
**Quàm*



**Quàm pene furua regna Proſerpina,* Hor. 2.
*Et iudicantem vidimus Æacum,* Car. 13.
*Sedesque diſcretas piorum, &*
*Æoliis fidibus querentem*
*Sapphò puellis de popularibus,*
*Et te ſonantem plenius aureo*
*Alcæe plectro dura nauis*
*Dura fuga mala, dura belli!*
**Viſendus ater flumine languido* Hor. 2.
*Cocytus errans, & Danai genus* Carm.
*Infame, damnatusque longi* 14.
*Siſyphus Æolides laboris.*
**Quod quisque fecit patitur, auctorem ſcelus* Sen.
*Repetit, ſuoque premitur exemplo nocens.* Herc.
**Has inter formas coniux Iunonis Auerna* fur.
*Suggeſtu reſidens cognoſcit crimina Regum.* Silius 13.
*Stant victi, ſeroque piget ſub iudice culpa.*
*Circumerrãt Furia, pœnarumq; omnis imago.*
*Quàm vellent nunquã ſceptris fulſiſſe ſuperbis.*
*Inſultant duro imperio, nõ digna, nõ aqua, &c.*
*Non licitum viuis, tandẽ permiſſa queruntur.*
*Tunc alius ſauis religatur rupe catenis,*
*Aſt alius ſubigit ſaxum, perque ardua montis*
*Vipereo domat hunc aterna Megara flagello.*
*Talia lethiferis reſtant patienda Tyrannis.*
**Forte ſedens media regni infelicis in arce* Stat. 1.
*Dux Erebi, populos poſcebat crimina vita,* Theb.
*Nil hominũ miſerans, iratusq; omnib. vmbris.*

Universidad de Deusto Biblioteca



*Stant Furiæ circum, variaq; ex ordine Mor*
*Sæuaque multiſonas exercet Pœna catenas*
*Fata ferunt animas, & eodem pollice dam*
Val. Flaccus 3. ** Quippe nec in ventos, nec in vltima ſolu*
*Ira manet, duratque dolor. —*
Ibidem. ** Quiſq; ſuos ſontes, inimicaque pectora p*
*Implicat, & varia meritos formidine pulſ*
*At quibus in vita maduerũt ſanguine dex*
*Si fors ſæua tulit miſeros, vel proxima culp*
*Hos variis mens ipſa modis agit, & ſua c*
*Facta viros reſides: etiam nil amplius au*
*In lacrymas humileſq; metus, ægramq; fat*
*Segnitiem. —*
Tibull. 1.3. ** At ſcelerata iacet ſedes in nocte profunda*
*Abdita, quam circum flumina nigra ſon*
*Tiſiphoneque impexa feros pro crinibus ang*
*Sæuit, & huc illuc impia turba fugit, &*
*Illic Iunonem tentare Ixionis auſi*
*Verſantur celeri noxia membra rota:*
*Porrectuſque nouem Tityus per iugera terr*
*Aſsiduas atro viſcere paſcit aues.*
*Tantalus eſt illic, & circũm, ſtagna: ſed acr*
*Iam iam poturi deſerit vnda ſitim.*
*Et Danai proles, Veneris quod numina læſit,*
*In caua Lethæas dolia portat aquas.*
Ouid. in Ibin. ** Poma pater Pelopis præſentia quærit, & idem*
*Semper eget, liquidis ſemper abundat aqui*
*Iugeribuſq; nouem, qui ſummis diſtat ab im*

*Viſce-*



*Viſceraque aſsidue debita præbet aui.*

Inferni cuſtos Cerberus eſt, iuxta Poetarum figmentum.

*Tum niger in turba ſerpentum Cerberus ore* Tibullus 13.
*Stridet, & æratas excubat ante fores.*
** Cerberus, hæc ingens latratu regna trifauci* Virg. 6. Æn.
*Perſonat, aduerſo recubans immanis in antro.*

[Quid autẽ ſibi hoc figmenti velit, Lucretius interpretatur.]

*Cerberus & Furiæ tam vero, & lucis egenus* Lucret. 3.
*Tartarus, horriferos eructans faucibus æſtus.*
*Qui neque ſunt vſquã, nec poſſunt eſſe profecto.*
*Sed metus in vita pœnarum pro malefactis*
*Eſt inſignibus inſignis, ſceleriſque * numella,* *luela.
*Carcer, & horribilis de ſaxo iactus deorſum,*
*Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tedæ:*
*Quæ tamẽ & ſi abſunt; at mẽs ſibi cõſcia facti,*
*Præmetuens adhibet ſtimulos, torretq; flagellis:*
*Nec videt interea, qui terminus eſſe malorum*
*Poſsit, nec quæ ſit pœnarum denique finis,*
*Atq; eadẽ metuit magis; hæc ne in morte graueſcãt.*
*Hinc Acheruſia fit ſtultorũ deniq; vita.*

Inferni pœna æterna eſt.

*Nec mortis pœnas mors altera finiet huius,* Ouid. in Ibin.
*Horaque erit tantis vltima nulla malis.*
** Eſſe aliquos Manes, & ſubterranea regna,* Iuuen. 2.
*Et contum, & Stygio ranas in gurgite nigras,*
*Atque vna tranſire vadum tot millia cymba,*

V

Universidad de Deusto
Biblioteca



Nec pueri credunt, niſi qui nondũ ære lauan[tur]
Sed tu vera puta. Curius quid ſentit, & an[...]
Scipiadæ? quid Fabricius, Maneſque Cam[illi]
Quid Cremeræ legio, & Cannis conſumpt[æ]
Lucan.3 Tot bellorum animæ? &c. (hu[...]
*Sedibus Elyſiis, campoque expulſa pioru[m]
Ad Stygias, inquit, tenebras, Maneſq; noce[ntes]
Poſt bellum ciuile trahor.—
Sen. —Certus incluſos tenet
Herc. Locus nocentes, vtque fert fama, impios
fur. Supplicia vinculis ſæua perpetuis domant.
Rapitur volucri tortus Ixion rota.
Ceruice ſaxum grande Siſyphea ſedet.
In amne medio faucibus ſiccis ſenex
Sectatur vndas, abluit mentum latex,
Fidemque cùm iam ſæpe decepto dedit,
Perit vnda in ore, poma deſtituunt famem.
Præbet volucri Tityus æternas dapes,
Vrnaſque fruſtra Danaides plenas ferunt.
Errant furentes impiæ Cadmeides,
Terretque menſas auida Phineas auis.
Ibidem. *Qualis eſt nobis animus remota
Luce, cùm mæſtus ſibi quiſque ſenſit
Obrutum tota caput eſſe terra.
Stat Chaos denſum, tenebræque turpes,
Et color noctis malus, & ſilentis
Otium mundi, vacuæque nubes
Sera nos illo referat ſenectus.

*Nemo



*Nemo ad id ſerò venit, vnde nunquam, Ibidem.
Cùm ſemel venit, potuit reuerti.
—Sed fœdere certo Silius 15.
Degeneres tenebris animas damnauit Auernis.
*Tartareæ ſedes, & formidabile regnum Stat.4.
Mortis inexpletæ, tuque ô ſæuiſſime fratrum Theb.
Cui ſeruire dati Manes, æternaque ſontum
Supplicia, atque imæ famulantur regia mundi
Soluite pulſanti loca muta.—
*Audiris genitor, vulguſq; exſãgue ꝓpinquat. Ibidem.
Panditur Elyſium Chaos, & telluris operta
Deſilit vmbra rapax ſiluæq; & nigra pateſcũt
Tartara, liuentes Acheron eiectus arenas,
Fumidus atra vadis Phlegethõ incẽdia voluit.
Et Styx diſcretis interflua manibus obſtat
Ipſum pallentem ſolio circumque miniſtras
Funeſtorum operũ Eumenides, Stygiæq; ſeueros
Iunonis thalamos, & mæſta cubilia cerno.
In ſpeculis mors atra ſedet, dominique ſedentes
Adnumerat populos, maior ſupereminet ordo.
*Ite truces animæ, funeſtaque Tartara letho Stat. 11.
Polluite, & cunctas Erebi conſumite pœnas.
*Ad Manes ignare fugis, nec flectere Parcas,
Aut placare malè datur aſpera numina Lethes.
—Cùm deinde tremendi
Ad ſolium venere Iouis, queſtuque nefandam
Edocuere necem.—
—Tu damnatura nocentes,

V 2

Universidad de Deusto
Biblioteca



Claud. 2 Tu requiem latura piis, te iudice ſontes
Rapt. Improba cogentur vitæ commiſſa fateri.

Apud inferos animarũ iudices Æacus, M-
nos, & Rhadamãth⁹ eſſe dicũtur, co[q]
in hac vita iuſtiſſimi fuerunt.

Ouid. 13. Æacus huic pater eſt, qui iura Silentibu[s]
Met. Reddit, vbi Æolidẽ ſaxũ graue Siſyphon v[rget]
Idem in *Noxia mille modis lacerabitur Vmbra, t[u]
Ibin. Æacus in pœnas ingenioſus erit.
Hor. 2. *Et iudicantem vidimus Æacum.
Car. 13. *Ereptum Stygiis fluctibus Æacum.
Idem 4. Virtus, & fauor, & lingua potentium
Carm. 8 Vatum, diuitibus conſecrat inſulis. (reg[n]
Virg. 6. *Cnoſsius hæc Rhadamãthus habet duriſ[ſima]
Æn. Caſtigatque auditq; dolos, ſubigitque fateri,
Quæ quis apud ſuperos furto lætatus inani
Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.
Sen. *Non vnus alta ſede quæſitor ſedens,
Herc. Iudicia trepidis ſera ſortitur reis.
fur. Auditur illo Cnoſsius Minos foro,
Rhadamanthus ille, Thetidis hoc audit ſocer.
Stat. 4. *Arbiter hos dura verſat Cortinius vrna,
Theb. Vera minis poſcens, cogitque expromere vitas
Vſq; retro, & tandem pœnarum lucra fateri.
Propert. *Non tamẽ immerito Minos ſedet arbiter Orci,
3. 17. Victor erat quamuis, æquus in hoſte fuit.
Claud. 2 — Quæſitor in alto
Raf. Conſpicuus ſolio pertentat crimina Minos,

Et



Et iuſtis dirimit ſontes: quos nolle fateri (tris:
Viderit, ad mala mox trãſmittit verbera fra-
Nã iuxta Rhadamanthus agit cõgeſta superni
Curriculi: totos qui dum perſpexerit actus,
Exæquat damnum meritis. —

Inferni regreſſus non eſt.

— Atque auidum Chaos, Sen.
Gradumque retro flectere haud vnquam ſinũt Herc.
Vmbræ tenaces. fur.
*Sed nemo ad id ſero venit, vnde nunquam Ibidem.
Cum ſemel venit potuit reuerti.
— Non vnquam amplius Idem
Conuexa tetigit ſupra qui merſus ſemel, Hipp.
Adiit ſilentem nocte perpetua domum.

---

## INFIRMITAS.

Infirmitatis maximæ intimatio.

Nec calũ nec aquæ faciunt, nec terra, nec auræ, Ouid. 3.
Heu mihi perpetuus corpora languor habet. Triſt. 8.
Seu vitiant artus ægræ contagia mentis,
Siue mei cauſſa eſt in regione mali.
Vt tetigi Pontum, vexant inſomnia, vixque
Oſſa tegit macies, nec iuuat ora cibus.
Quique per autumnum percuſsis frigore primo
Eſt color in foliis, quæ noua læſit hiems:
Is mea membra tenet, nec viribus alleuor vllis.
Et nunquam queruli cauſſæ doloris abeſt.
*Nã neq; ſunt vires, nec qui color eſſe ſolebat,

Universidad de Deusto Biblioteca



Idem 4. *Vix habeo tenuem, quæ tegat oſſa, cutem.*

Triſt. 6. Infirmos ſanari pudet vbi turpis eſt medicina.

Sen. *Vbi turpis eſt medicina, ſanari pudet.*

Oed. Infirmis parua cauſa nocet.

Ouid 2. *Admonitu recreatur amor, vulnuſq; nouatum*

Remed: *Scinditur: infirmis cauſa puſilla nocet.*

---

## INGENIVM.

Ingenium olim erat in pretio.

*Ingenium quondam fuerat pretioſius auro:*

Ouid. 3. *At nunc barbaria eſt grandis, habere nihil.*

Amor. 7 Ingenium exornat ſępe corporalē deformitalem, vt de Ouidio liquet.

Ouid. *Si mihi difficilis formam natura negauit:*

Epiſt. 12. *Ingenio formæ damna rependo meæ.*

Calpur. **Ruſticus eſt, fateor, ſed non eſt Barbarus Idas.*

Ecl. 2. Ingenio comparatum decus mortē euadit, reliqua vetuſtate deſtruuntur.

Propert. *Nā neq; Pyramidum ſumtus ad ſidera ducti,*

3. 1. *Nec Iouis Elei cælum imitata domus.*

*Nec Mauſolei diues fortuna ſepulcri,*

*Mortis ab extrema conditione vacat.*

*Aut illis flamma, aut imber ſubducit honores,*

*Annorum aut ictu pondera victa ruent.*

*At non ingenio quæſitum nomen ab æuo,*

*Excidet, ingenio ſtat ſine morte decus.*

Ingenio, non ætate ſapientia acquiritur.

Non



*Non ætate, verùm ingenio adipiſcitur ſapiētia.* Plaut.

Ingenio alterius etiam amiciſſimi, qui velit cedere raro inuenitur. Trin.

*Aurū, & opes & rura frequēs donauit amicis.* Martialis 8.

*Qui velit ingenio cedere, rarus erit.*

Ingenium dilatione, nec non aduerſitate torpeſcit.

** Adde quòd ingenium longa rubigine læſum,* Ouid. 5.

*Torpet, & eſt multò, quàm fuit antè, minus.* Triſt. 13.

*Fertilis, aſſiduo ſi non renouetur aratro;*

*Nil niſi cum ſpinis gramen habebit ager.*

** Nunc vellē facūda forē, dolor artibus obſtat,* Idem Epiſt. 21.

*Ingeniumq; meis ſubſtitit omne malis.*

Ingenium aduerſa nudare, proſpera verò celare ſolet.

*—Ingenium res* Hor. 2.

*Aduerſa nudare ſolent, celare ſecunda.* Serm. 8.

Ingenia ſumma ſæpe in occulto latent.

*Sæpe ſumma ingenia in occulto latent.* Plaut.

Ingenium ſubitis ineſt caſibus. Capt.

*O quantum eſt ſubitis caſibus ingenium.* Mart. 1.

---

## INGRATITVDO.

Ingratitudinis caſtigatio vehemens. Ouid. 5.

*—Conanti mittere Cepheus* Met.

*Quid facis exclamat, quæ te germane furentē*

*Mēs agit in facinus? meritiſne hæc gratia tātis*

Universidad de Deusto Biblioteca



*Redditur? hac vitam ſeruata dote rependũ?*

Plaut. Aſin. **Ingrata, atque irrita eſſe omnia intelligo,*
*Quæ dedi, & quod benefeci: at poſthac tibi*
*Male quod potero facere, faciã, meritoq; id faciam.*

Mart. 5. **Sæpe ſalutatus, nũquã prior ipſe ſalutas, (tus.*
*Sic erit æternum Pontiliane vale.*

Ingratitudinis maximæ expreſſio.

Ouid. 2. Triſt. **Hoc pretium vitæ, vigilatorumq; laborum*
*Cepimus, ingenio eſt pœna reperta meo.*

Auſ. Epig. 137 **Ingrato homine terra peius nil creat.*

Catullus 71. **Deſine de quoquã quidquã bene velle mereri,*
*Aut aliquem fieri poſſe putare tuum.*
*Omnia ſunt ingrata. nihil feciſſe, benigne eſt.*
*Immo etiam tædet, tædet, obeſtque magis.*
*Vt mihi, quẽ nemo grauiùs, nec acerbiùs vrget*
*Quàm, modò qui me vnũ, atque vnicum amicum habuit.*

Iuuen. 7. **Scire volunt omnes, mercedem ſoluere nemo.*

Sen. Herc. Oet. *— Quis memor viuet tui*
*O nate populus? omne nam ingratum eſt genus.*

Iuuen. 3. **Hic tunc Vmbritius quãdo artibus, inquit, honeſtis*
*Nullus in vrbe locus, nulla emolumẽta laborũ,*
*Res hodie minor eſt, heri quàm fuit, atq; eadem (cras*
*Deteret exiguis aliquid. —*

Ingratum amans, nihil amat.

Plaut. Perſa. **Etenim nihil amas, cum ingratum amas.*

Ingratum eſſe, eſt miſerum eſſe.

**Hercle*



**Hercle miſerum eſt ingratum eſſe hominem.* Plaut. Ciſt.

Ingrato meritum exprobrare, voluptas eſt.

*Eſt aliqua ingrato meritũ exprobrare voluptas,* Oui l. Epiſt. 12
*Hac fruar, hæc de te gaudia ſola feram.*

Ingrati ſodales dimittendi ſunt, & ad hoc exhortatio.

*— Ingratos ante omnia pone ſodales.* Iuuenalis 11.

---

INIMICITIAE.

Inimicitiarum nunquam intermoriturarũ expreſſio.

*Pax erit hæc nobis, donec mihi vita manebit,* Ouid. in Ibin.
*Cum pecore infirmo quæ ſolet eſſe lupis.*

**Dum terra cælum media libratum feret,* Sen. Med. Act. 3.
*Nitiduſque certas mundus euoluet vices,*
*Numeruſque arenis deerit, & Solem dies,*
*Noctem ſequentur aſtra: dum ſiccas polus*
*Verſabit Arctos, flumina in pontum cadent:*
*Nunquam meus ceſſabit in pœnas furor.*

Inimicitiæ ac reliqua vitia omnia hoc ſeculo potiſſimum exercentur.

*Pellitur è medio ſapientia, vi geritur res,* Ennius Annal.
*Spernitur orator bonus, horridus miles amatur.*
*Haud doctis dictis certantes, ſed maledictis,*
*Miſcent inter ſeſe inimicitias agitantes.*
*Non ex iure manu conſertum, ſed mage ferro*
*Rem repetunt, regnũq; petunt, vadunt ſolida vi.*

Inimici minas cõtemnentis exemplum.

*Sed licet arma feras, & vulnera ſæua mineris,* Ouid. 2.
*Non tamen efficies, vt timeare mihi.* Pont. 2.

---

INIVRIA.

Iniuria ignem id eſt, odium vel furorẽ extinctum ſuſcitat.

Ouid. 3. *Qualibet extinctos iniuria ſuſcitat ignes.*
Art.

Iniuriæ nõdum illatæ ſatius eſt reſiſtere, quàm acceptam vlciſci.

Ter. *Sed quod cauere poſsis, ſtultum admittere eſt:*
Eun. *Malo ego nos pſpicere, quã hunc vlciſci accepta iniuria.*

Iniuriam immerenti inferre, iniquum atque ſtultitia maxima eſt.

Ter. *Offerre iniuriam me tibi immerẽti iniquũ eſt.*
Herc. ** Male mereri de immerenti inſcitia eſt.*
Plaut.

---

Curc. INNOCENTIA.

Innocens vbiq; tutus eſt, nihilque timet.

Hor. 1. *Integer vitæ, ſcelerisque purus*
Carm. *Non eget Mauris iaculis, nec arcu,*
22. *Nec venenatis grauida ſagittis,*
*Fuſce pharetra;*
*Siue per Syrteis iter æſtuoſas,*
*Siue facturus per inhoſpitalem*
*Caucaſum, vel quæ loca fabuloſus*
*Lambit Hydaſpes.*

Inno-



Innocens & iuſtus Dei iram haud veretur.

*Nec fore perpetuam ſperat ſibi Numinis iram,* Ouid. 5.
*Conſcius in culpa non ſcelus eſſe ſua.* Triſt. 5.

Innocens, ſeu mens recti conſcia, famæ mẽdacia paruipendit.

*Conſcia mens recti famæ mendacia ridet:* Ouid. 4.
*Sed nos in vitium credula turba ſumus.* Faſt.

Innocenti diuiti calumnia intenditur, vt ex lite quæſtus aliquid abradatur.

*Sic reus ille ferè eſt, de quo victoria lucro* Ouid.
*Eſſe poteſt: inopis vindice facta carent.* Nuce.

---

INVIDIA, & LIVOR.

Inuidiæ deſcriptio, ſeu effectus ipſius expreſſio propriiſſima.

*Liuor, tabificum malis venenum,* Virg.
*Intactis vorat oſsibus medullas,* Oruſc.
*Et totum bibit artubus cruorem.*
*Quòd quisque furit, inuidetque ſorti,*
*Vt debet ſibi pœna ſemper ipſe eſt.*
*Teſtatur gemitu graues dolores,*
*Suſpirat, gemit, incutitq; dentes:*
*Sudat frigidus intuens quod odit.*
*Effundit mala lingua virus atrum:*
*Pallor terribilis genas colorat:*
*Infelix macies renudat oſſa.*
*Non lux, non cibus eſt ſuauis illi.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Nec potus iuuat, aut ſapor Lyæi:*
*Nec ſi pocula Iupiter propinet,*
*Aut hæc porrigat, & miniſtret Hebe,*
*Aut tradat Ganymedes ipſe nectar.*
*Non ſomnum capit, ut quieſcit vnquam:*
*Torquet viſcera carnifex cruentus,*
*Veſanos tacitè mouet furores*
*Intentans animo faces Erinnys*
*Lethalis, Tityique vultur intus,*
*Qui ſemper lacerat, comeſtq; mentem.*
*Viuit pectore ſub dolente vulnus:*
*Quod Chironia nec manus leuaret,*
*Nec Phœbus, ſobolés ve cara Phœbi.*
Ouid. 2. Met. ** Huc vbi peruenit bello metuenda virago,*
*Conſtitit ante domum, neque enim ſuccedere tecti*
*Fas habet, & poſtes extrema cuſpide pulſat.*
*Concuſſæ patuere fores, videt intus edentem*
*Vipereas carnes vitiorum alimenta ſuorum*
*Inuidiam, &c.*
*Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto.*
*Nuſquam recta acies, liuent rubigine dentes,*
*Pectora felle virent, lingua eſt ſuffuſa veneno.*
*Riſus abeſt niſi quem viſi mouere dolores.*
*Nec fruitur ſomno, vigilantibus excita curis:*
*Sed videt ingratos, intabeſcitque videndo*
*Succeſſus hominum, carpitq;, & carpitur vnà,*
*Suppliciumque ſuum eſt. —*
Et infrà. ** Illa Deam obliquo fugientem lumine cernens,*
Mur-



*Murmura parua dedit, ſucceſſib. atq; Minerua*
*Indoluit, baculumq; capit, quem ſpinea tortum*
*Vincula cingebant, adopertaq; nubibus atris,*
*Quacunque ingreditur, florentia proterit arua,*
*Exuritq; herbas, & ſumma papauera carpit.*
*Afflatuque ſuo populos, vrbesque domosq;*
*Polluit, & tandem Tritonida conſpicit arcem*
*Ingeniis, opibusque, & feſta pace virentem.*
*Vixque tenet lacrymas, quia nil lacrymabile*
*cernit, &c.*
*Cunctaque magna facit, quibus irritata dolore*
*Cecropis occulto mordetur, & anxia nocte,*
*Anxia luce gemit, lentaque miſerrima tabe*
*Liquitur, vt glacies incerto ſaucia Sole.*
*— Nec liuida tabes,* Stat. 2. Theb.
*Inuidia, quanquam functis, & lumine caſſis*
*Defuit vnus ibi ante alios, cui læua voluntas*
*Semper, & ad ſuperos hinc & grauis exitus æui*
*Inſultare malis, rebusq; ægreſcere lætis.*

Inuidiæ domus & illius conditiones.

*Protinus inuidia nigro ſqualentia tabo* Ouid. 2.
*Tecta petit, domus eſt imis in vallibus antri* Met.
*Abdita, Sole carens, non vlli peruia vento,*
*Triſtis, & ignaui pleniſſima frigoris, & quæ*
*Igne vacet ſemper, caligine ſemper abundet.*
** Liuor iners vitium, mores non exit in altos,* Ouid. 3.
*Vtque latens ima vipera ſerpit humo.* Pont. 3.
Inuidia mortalibus dirum exitium eſt, quæ

res laudesque hominum creſcere non permittit.

Silius 11. *Dum malus obtrectat facta immortalia liuor*
*Nec ſinit adiutas ductoris creſcere laudes.*

Idem 17. *— O dirum exitium, ô nihil vnquam*
*Creſcere, nec magnas patiens exurgere laudes*
*Inuidia —*

Inuidia ſumma petit.

Ouid. 1. Remed. *Summa petit liuor, perflant altiſſima venti.*

Stat. 5. Sil. 1. ** Quiſnam impacata conſanguinitate ligauit*
*Fortunã, Inuidiamq; Deus? quis iuſſit iniquam*
*Æternùm bellare Deas? nullámne notauit*
*Illa domum, toruo quam non hæc lumine figat,*
*Protinus; & ſæua perturbet gaudia dextra!*
*Florebant hilares, inconcuſſique Penates,*
*Nil mœſtum, quid enim, quãuis infida, leuiſque*
*Cæſare tam dextro poſſet fortuna timeri?*
*Inuenere viam liuentia fata, piumque*
*Intrauit vis ſæua Larem. ſic plena malignis*
*Afflantur vineta Noto: ſic alta ſeneſcit*
*Imbre ſeges nimio: rapidæ ſic obuia puppi*
*Inuidet, & velis adnubilat aura ſecundis.*

Inuidia maius tormentum à Siculis tyrãnis non eſt inuentum.

Hor. 1. Epiſt. 2. *Inuidia Siculi non inuenere tyranni*
*Maius tormentum. —*

Inuidia, vitium vniuerſale eſſe dicitur.

*— Nullus eſt, qui non inuideat*

Rem



*Rem ſecundam obtingere.* Plaut. Bacch.

Inuidia, virtus magnanima caret.

*Magnanima inuidia virtus caret. —* Silius 18

*— Nulli pars æmula defuit vnquam,* Claud. 8
*Quæ grauis obſtreperet laudis, ſtimuliſq; mali-* Stilic.
*Facta ſequebatur, quãuis ingẽtia, liuor. (gnis*
*Solus hic inuidiæ fines virtute reliquit,*
*Humanumq; modũ. quis enim liueſcere poſsit*
*Quod nunquã pereant ſtellæ? quod Iupiter olim*
*Poſsideat cælum? quod nouerit omnia Phœbus?*
*Eſt aliquod meriti ſpatiũ, quod nulla furentis*
*Inuidiæ menſura capit. —*

Inuidiam habens, diu haud eſſe ſolet.

*Inuidiam quod habet, non ſolet eſſe diu.* Propert. 2. 15.

Inuidere alieno bono non decet.

*— Neque inuideas quod multa fidelia putet* Perſius 8
*In locuplete penu, defenſis pinguibus Vmbris,*
*Et piper, & pernæ Marſi monumenta clientis,*
*Mænaque quod prima nondum defecerit orca.*

Superbis felicibus inuidens, eſt demens.

*Demens ſuperbis inuidet felicibus.* Pittacus per Auſ.

Inuidus aliena ſuis meliora eſſe aſſiduè iudicat

*Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris,* Ouid. 1.
*Vicinumq; pecus grandius vber habet.* Art.

Inuidus aliena bona ſemper vituperat.

*Ingenium magni liuor detrectat Homeri,* Ouid. 2.
*Quiſquis es, ex illo Zoile nomen habes.* Remed.

Inuidus cupit bona quæq; peruertere.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Hor. 1. *At nos virtutes ipſas inuertimus, atque*
Serm. 3. *Sincerum cupimus vas incruſtare. ꝗbus qui*
*Nobiſcum viuit, multum demiſſus homo: ill*
*pinguis *Tardo cognomen * pingui damus. hic fugit*
*Inſidias, nulliq; malo lat* obdit apertū.(mu*
*Cùm genus hoc inter vitæ verſetur, vbi acris*
*Inuidia, atq; vigēt vbi crimina: pro beneſa*
*Ac non incauto, fictum, aſtutumque vocamus*
*Simplicior ſi quis, qualem me ſæpe libenter*
*Obtulerim tibi Mæcenas, vt forte legentem*
*appel- *Aut tacitū* impellat, quouis ſermone moleſt*
let. *Communi ſenſu planè caret, inquimus.—*

Inuidus parem habere non patitur.

Lucan. 1 *—Stimulos dedit æmula virtus,*
*Nec quenquā iam ferre poteſt Cæſarve priorē*
*Pompeiusve parem.—.*
Lucan. 3 **Macerat inuidia ante oculos illum eſſe paratū,*
*Illum adſpectari claro qui incedit honore:*
*Ipſi ſe in tenebris volui, cœnoque queruntur.*

Inuidi antiqua nouis ſemper præferunt.

Mart. 3. *Eſſe quid hoc dicam, viuis quod fama negatur,*
*Et ſua quod rarus tempora lector amat.*
*Hi ſunt inuidiæ nimirum Regule mores,*
*Præferat antiquos ſemper vt illa nouis.*

Inuidi ex aliorum bonis aſſiduè cruciantur, & malis lætantur.

Hor. 1. *Inuidus alterius macreſcit rebus opimis.*
Epiſt. 2. **Hoccine eſt credibile, aut memorabile*

Tanta



*Tanta vecordia innata cuiquam vt ſiet,* Ter.
*Vt malis gaudeat, atque ex incommodis* Adel.
*Alterius ſua comparet commoda?*

Inuidi doctos ac virtute prędıtos dum viuūt odio habent, poſtquā verò è medio ſublati ſunt, eos optant ac deſiderant.

*Scripta placent à morte ferè: quia lædere viuos* Ouid. 3.
*Liuor, & inuiſo carpere dente ſolet.* Pont. 4.
**Non ſolet ingeniis ſumma nocere dies.* Idem 4.
**Paſcitur in viuis liuor, poſt fata quieſcit.* Pont. 16.
*Tunc ſuus ex merito quenq; tuetur honos.* Idem 1.
**Clarus poſt genitis, quatenus, heu nefas,* Amor. 15
*Virtutem incolumem odimus,* Hor. 3.
*Sublatam ex oculis quærimus inuidi.* Car. 24.
**Vrit enim fulgore ſuo, qui prægrauat artes* Idem 2.
*Infra ſe poſitas: exſtinctus amabitur idem.* Epiſt. 1.
**O dirum exitium mortalibus, ô nihil vnquā* Silius 1.
*Creſcere, nec magnas patiens exſurgere laudes*
*Inuidia.—*

Inuidorum caſtigatio vehemens.

*Qui ducis vultus, & non legis iſta libenter:* Mart. 1.
*Omnibus inuideas liuide, nemo tibi.*

---

IRA.

Ira in primis refrenanda eſt: & ad hæc admonitio.

*Vince animos, iramq; tuam qui cetera vincis.* Ouid.
**Ira furor breuis eſt, animū rege: qui niſi paret,* Epiſt. 3.

Universidad de Deusto Biblioteca



Hor. 1. Imperat: hunc frenis, hunc tu compeſce catena.
Epiſt. — Pone veſanos, precor,
Sen. Animi tumores, teque pietati refer.
Theb. *Tandem reprime iracundiã, atque ad te redi.
Ter. *Ille monet: ne frena animo permitte calenti.
Adel. Da ſpatiũ, tenueq; morã. malè cũcta miniſtrat
Stat. 3. Impetus, hoc oro munus concede parenti.
Theb. *Periander trepidã moderare Corinthius irã.
Auſon. Ira non ſit diuturna.
de ſeptẽ Sed nunquam dederis ſpatioſum tempus in iram:
Sap. Sæpe ſimultates ira morata facit.
Ouid. 1. Iræ ſedes vbi.
Amor. 8. Iram ſanguinei regio ſub pectore cordis
Claud. 4. Protegit imbutam flammis auidamq; nocendi.
Hen. Præcipitemque ſui rabie ſuccenſa tumeſcit,
Contrahitur ſtupefacta metu, cũq; omnia ſecũ
Duceret, & requiem membris veſana negaret:
Inuenit pulmonis opem madidumquẽ fluenti
Præbuit, vt tumidæ ruerent in mollia fibræ.

Ira animum hominis, id eſt, rationem aufert.

Ter. — Præ iracundia
Heaut. Menedeme non ſum apud me. (iracundia.
Idem A- *Ah me miſerũ, vix ſum cõpos animi, ita ardeo
delph. Ira quidquid ſuggerit irato, atque adeo etiã
Claud. quidquid gerit, teli vice eſt.
de ira- In iaculum quodcunque gerit dementia mutat,
cundo. Omnibus armatur rabies pro cuſpide ferri.
Cuncta



Cuncta volunt, dũ dextra ferox in vulnere ſæ-
Pro telo geritur quidquid ſuggeſſerit ira. (uit:
*Quaelibet iratis ipſe dat arma dolor. Ouid.

Ira Dei, & ſi lenta ſit, tamen magna eſſe dicitur. Epiſt. 6.

Diis viſum turbare domos, nec pectora culpa Stat. 5.
Noſtra vacãt, nullos Veneri ſacrauimus ignes, Theb.
Nulla Deæ ſedes, mouet & cæleſtia quondam
Corda dolor, lentoq; irrepunt agmine pœnæ. Iuuenalis 13.
*Vt ſit magna tamen certe, lẽta ira Deorũ eſt.

Ira deturpat iratum.

Ora tument ira, nigreſcunt ſanguine venæ: Ouid. 3.
Lumina Gorgoneo ſæuius angue micant. Art.

Ira reddit iratum fortem.

At non tardatus caſu, neque territus heros, Vir. 5.
Acrior ad pugnam redit, & vim ſuſcitat ira. Æn.
*Quaslibet infirmas adiuuat ira manus. Ouid. 1.

Ira incluſa magis nocet quàm reſerata. Amor. 7.

Ira, quæ tegitur nocet:
Profeſſa perdunt odia vindictæ locum. Sen.

Ira mora euaneſcit, vt glacies. Med.

Vt fragilis glacies, interit ira, mora. Ouid. 1.

Ira & vinum arcana non retinent. Art.

*Arcanum neque tu ſcrutaberis vllius vnquã, Hor. 1.
Commiſſumve teges & vino tortus, & ira. Epiſt 17.

Iracundi facta infecta volunt eſſe, quę dolor & ira ſuaſerunt. Hor. 2.

— Qui non moderabitur iræ, Epiſt. 2.

*Infectum volet eſſe, dolor quod ſuaſerit, & mi*
*Dum pœnas odio per vim feſtinat inulto.*

Ouid. Ira minas ingentes parturit.
Epiſt. 12. — *Sed quid prædicere pœnam*
*Attinet: ingentes parturit ira minas.*

Sen. Med. Iratus haud facile flectitur.
*Difficile quam ſit animum ab ira flectere*
*Iam concitatum, quamque regale hoc putet,*
*Sceptris ſuperbas quiſquis admouit manus,*
*Qua cœpit ire, regia didici mea.*

Irati hominis deſcriptio.
Perſius 3 *Nunc face ſuppoſita ferueſcit ſanguis, & ira*
*Scintillant oculi: dicisque, facisque, quod ipſe*
*Non ſani eſſe hominis, non ſanus iuret Oreſtes.*

---

## IVDICIVM.

Iudicium quid ſit.
Petron. *Ergo iudicium nihil eſt, niſi publica merces,*
*Atq; eques, in cauſſa qui ſedet, empta probat.*

Iudicium rectum verumq; non cernit iudex amore, ſeu odio vel pecunia corruptus.
Hor. 2. Serm. 2. *Dicam ſi potero, male verum examinat omnis*
*Corruptus iudex.* --

Iudicii vniuerſalis dies ob immēſa hominū facinora indubiè adueniet, in quo igne quæque terrena cremabuntur.
Ouid. 1. Met. *Eſſe quoque in fatis reminiſcitur adfore tēpus,*
*Quo mare, quo tellus, correptaq; regia cæli*

*Ardeat,*



*Ardeat, & mundi moles operoſa laboret.*
Lucan. 7 **Nil agis hac ira, tabésne cadauera ſoluat,*
*An rogus haud refert: placido natura receptat*
*Cuncta ſinu, finemq; ſui ſibi corpore debent.*
*Hos Cæſar populos ſi nunc non vſſerit, ignis*
*Vret cum terris, vret cum gurgite ponti.*
*Communis mundo ſupereſt rogus, oſsibus aſtra*
*Mixturus.* —

Sen. Herc. Oet. **Iam iam legibus obrutis*
*Mundo cùm veniet dies,*
*Auſtralis polus obruet*
*Quidquid per Libyam iacet,*
*Et ſparſus Garamas tenet:*
*Arctous polus obruet.*
*Quidquid ſubiacet axibus,*
*Et ſiccus Boreas ferit,*
*Amiſſum trepidus polo*
*Titan excutiet diem.*
*Cæli regia concidet,*
*Certos atque obitus trahet,*
*Atque omnes pariter Deos*
*Perdet mors aliqua, & Chaos.*
*Et mors fata nouiſsima*
*In ſe conſtituet ſibi.*

Lucret. 5 **Principio maria, & terras, cælumq; tuere,*
*Quorum naturā triplicē, tria corpora Memmi,*
*Tres ſpecies tam diſsimiles, tria talia texta*
*Vna dies dabit exitio, multosque per annos*

Suſtentata ruet moles, & machina mundi.
* Rerumque mæſtus finis, & mundi vltima
Sen. Immotus aer hæret, & pigro ſedet
Herc. Nox atra mundo, cuncta mœrore horrida,
fur. Ipſaque morte peior eſt mortis locus.
Idē Oct. —Nunc adeſt mundo dies
Supremus ille, qui premat genus impium
Cæli ruina, rurſus vt ſtirpem nouam
Generet renaſcens melior, vt quondam tulit
Iuuenis.—

In iudicii vltimi die non miſericordiæ, ſed tātùm vindictę in malis locus erit, in quo occulta quæque hominū, nuda, apertaque omnibus erunt.

Manil. 4 Quæſitor ſcelerum veniet, vindexque reorum:
Qui commiſſa ſuis rimabitur argumentis,
In lucemq; trahet, tacitaque licentia fraude.
Hinc etiam immitis tortor, pœnæque miniſter,
Et quiſquis vero fauit, culpamve perodit,
Proditur, atque alto qui iurgia pectore tollat.

Huc poterunt Tyndari verba moraliter trahi, vbi ait:

Plaut. Nunc ſpes, opes, auxiliaque à me ſegregāt, ſpernuntque me.
Capt. Hic ille'ſt dies, cùm nulla vitæ ſalus ſperabilis eſt mecum,
Neq; exſilium exitio'ſt, neq; adeo ſpes, quæ mihi hunc aſpellat.





Nec mēdaciis ſubdolis mihi vſquam mantellū eſt meis:
Nec ſycophantiis, nec fucis vllum mantellū ob-(uia'ſt.
Nec pcatio perfidiis meis, nec malefactis fuga'ſt.
Nec confidentiæ vſquam hoſpitium'ſt, nec diuorticulum dolis.
Operta quæ fuere, aperta ſunt. patent præſtigiæ,
Omnis res palam eſt, neq; vllum pol de hac re negotium eſt,
Quin malè occidam, oppetamque peſtem.

Sic & illud eiuſdem.

Væ miſero mihi, mea nunc facinora Plaut.
Aperiuntur, clam quæ ſperaui fore. Truc.

Iudicium ſeu ſententia hominum fallax eſt.

Ipſa doce, quæ ſit, hominum ſententia fallax, Ouid. 5.
Optima tu proprii nominis auctor eris. Faſt.

Nullus iudex accuſari cauſſam ſeu rationē, ipſo non reſpondente, noſcere valebit.

* An quiſquam iudex eſt, qui poſſit noſcere Ter.
Tua iuſta, vbi tute verbum non reſpondeas? Phorm. 1. 5.

Iudex in omni re irreprehenſibilis erit.

Tu es iudex, ne quid accuſandus ſis vide. Ter.

Iudex ſententiam haud proferre debet, niſi vtraque parte diligēter audita, quod niſi fecerit, licèt æquum ſtatuerit, haud tamē iuſtus erit. Heaut.

Qui ſtatuit aliquid parte inaudita altera,



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



Sen. Æquum licèt ſtatuerit, haud æquus eſt.
Med.

Iudicis eſt æquum honeſtumq; vtilitati præponere.

Hor. 4. Vindex auaræ fraudis, & abſtinens
Carm. 9 Ducentis ad ſe cuncta pecuniæ,
Conſulque non vnius anni,
Sed, quoties bonus, atque fidus
Iudex honeſtum prætulit vtili, &
Reiecit alto dona nocentium
Vultu, & per obſtantes cateruas
Explicuit ſua victor arma.

Iudicis officiũ eſt non tantũ res, ſed & tempora perſcrutari, quo peracto, tutus erit.

Ouid. 1. Iudicis officium eſt, vt res, ita tempora rerum
Triſt. 1. Quærere: quæſito tempore tutus eris.

Iudicis corrupti caſtigatio ſeuera.

Ouid. 1. Non bene ſelecti iudicis arca patet.
Amor. 10.

## IVS.

Iura cur inuenta ſint.

Hor. 1. Iura inuenta metu iniuſti —
Serm. 3.

Ius ſummum ſumma malitia eſt quandoque.

Terent. — Verum illud Chreme
Heaut. Dicunt, ius ſummum ſumma ſæpe malitia eſt.

Iura inuenta ſunt pro communi bono, atq; vtilitate inter homines conſeruanda.

Hor. 1. Iura inuenta metu iniuſti fateare neceſſe eſt:
Serm. 3.

Tempo-



Tempora ſi, faſtosque velis euoluere mundi.
Nec natura poteſt iuſto ſecernere iniquum,
Diuidit vt bona diuerſis, fugienda petendis.

Iura permittunt arma in armatos ſumere.

Iudice me, fraus eſt conceſſa repellere fraudem, Ouid. 3.
Armaque in armatos ſumere iura ſinunt. Art.

Ius hodie in armis eſt.

Non metuunt leges, ſed cedit viribus æquum: Ouid. 5.
Victaque pugnaci iura ſub enſe iacent. Triſt. 8.
*Ius eſt in armis: opprimit leges pudor. Sen.

Ius perit omnino. Herc.

Periere mores, ius, decus, fides. fur.

Ius ſæpe vi opprimitur. Sen.

Imminet armorum rabies, ferrique poteſtas Agam.
Confundet ius omne manu, ſcelerique nefando Lucan. 1
Nomen erit virtus, multosque exibit in annos.

## IVSTITIA.

Iuſtitiæ vis.

— Tu prima hominem ſilueſtribus antris Claud.
Elicis, & fœdo detergis ſæcula victu. Man.
Te propter colimus leges, animosque ferarum Th.
Exuimus, nitidis quisquis te ſenſibus hauſit :
Irruet intrepidus flammis, hiberna ſecabit
Æquora, confertos hoſtes ſuperabit inermis.
Ille vel Æthiopum pluuiis ſolabitur æſtus:
Illum trans Scythiam vernus comitabitur aer.

Universidad de Deusto Biblioteca



Iuſtitia deperdita eſt, quæ ad cælos euolaſſe fertur, ob ſummam hominum malitiã.

Ouid. 1. Met. *Victa iacet pietas, & virgo cæde madentes*
*Vltima cæleſtûm terras Aſtræa reliquit.*

Iuuen.6 **Paulatim deinde ad ſuperos Aſtræa receſſit,*
*Hac comite, atque duæ pariter fugere ſorores.*

Sen.Oct. **Neglecta terras fugit, & mores feros,*
*Hominum cruenta cæde pollutas manus*
*Aſtræa virgo, ſiderum magnum decus.*
*Cupido belli creuit, atque auri fames,*
*Totum per orbẽ maximum exortum eſt malũ,*
*Luxuria, peſtis blanda: cui vires dedit,*
*Roburque longum tempus, atque error grauis.*
*Collecta vitia per tot ætates diu*
*In nos redundant, ſeculo premimur graui,*
*Quo ſcelera regnant, ſæuit impietas furens,*
*Turpi libido Venere dominatur potens.*
*Luxuria victrix orbis immenſas opes*
*Iampridem auaris manibus, vt perdat, rapit.*

Iuſtitia adminiſtranda eſt ſecundum hominum merita, non autem iuxta ſanguinis affinitatem, nobilitatemque, idq; priſcorum Romanorum exemplo.

Ouid.13. Met. *Propoſita arma peto: meritis expedite cauſſam, (&c.*
*—Nec ſanguinis ordo,*
*Sed virtutis honos ſpoliis quæratur in iſtis.*

Sen.Oct. **Vera priorum virtus quondam*
*Romana fuit, verumque genus*

*Martis*



*Martis in illis, ſanguisque viris,*
*Illi reges hac expulerant*
*Vrbe ſuperbos, vltique tuos*
*Sunt bene Manes virgo, dextera*
*Cæſa parentis, ne ſeruitium*
*Paterêre graue, aut improba ferret*
*Præmia victrix dira libido.*
*Te quoque bellum triſte ſecutum eſt,*
*Mactata tua miſeranda manu*
*Nata Lucreti, ſtuprum ſæui*
*Paſſa tyranni.—*

Iuſtitia armis valentior eſt.

*Exuitur feritas, armisq; potentius æquum eſt.* Ouid. 3.
*Et cum ciue pudet conſeruiſſe manus.* Faſt.

Iuſtitia rectum vtili præponere ſuadet.

*Iuſtitia vtilibus rectum præponere ſuadet.* Claud.
*Communesq; ſequi leges, iniuſtaque nunquam* Stil.
*Largiri ſociis.*

Iuſtitiæ maximę exemplũ in necis autores.

*Dicitur Ægyptus caruiſſe iuuantibus arua* Ouid. 1.
*Imbribus, atque annos ſicca fuiſſe nouem,* Art.
*Tum Thraſius Buſirin adit, monſtratq; piari*
*Hoſpitis effuſo ſanguine poſſe Iouem.*
*Illi Buſiris: fiet Iouis hoſtia primus,*
*Inquit, & Ægypto tu dabis hoſpes aquam.*
*Et Phalaris tauro violenti membra Perilli*
*Torruit: infelix imbuit auctor opus.*
*Iuſtus vterq; fuit: neq; enim lex iuſtior vlla eſt,*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Quàm necis artifices arte perire ſua.*

Iuſti viri deſcriptio elegans.

Olymp. *Heu Melibœe iaces lethali frigore ſignis*
Nemeſ. *Lege hominum, cælo dignus canente ſenecta,*
Ecl. 1. *Concilioque Deûm, plenum tibi ponderis æqui*
*Pectus erat: tu ruricolûm diſcernere lites*
*Aſſueras, varias patiens mulcendo querelas.*
*Sub te ruris amor, ſub te reuerentia iuſti*
*Floruit: ambiguos ſignauit terminus agros.*
*Blanda tibi vultu grauitas, & mite ſerena*
*Fronte ſupercilium: ſed pectus mitius ore*

Iuſtum à rectitudine neq; tyrannorum, neq; populi minæ mouere queunt.

Hor. 3. *Iuſtum & tenacem propoſiti virum,*
Carm. 3. *Non ciuium ardor praua iubentium,*
*Non vultus inſtantis tyranni*
*Mente quatit ſolida: neque Auſter*
*Dux inquieti turbidus Hadriæ,*
*Nec fulminantis magna Iouis manus.*
*Si fractus illabatur orbis,*
*Impauidum ferient ruinæ.*

Iniuſta à iuſtis impetrare nõ decet, iuſta autem ab iniuſtis exigere inſcitia eſt.

Plaut. *Iuſtã rem, & facilem eſſe oratum à vobis volo.*
Amph. *Nam iuſtè ab iuſtis iuſtus ſum orator datus.*
*Nam iniuſta ab iuſtis impetrari non decet.*
*Iuſta autem ab iniuſtis petere inſipientia'ſt.*
*Quippe illi iniqui ius ignorant, neque tenent.*

Iuſta



Iuſta exigentem, ea impetrare oportet.
*— Bonum ius dicis:*
*Impetrare oportet: quia æquum poſtulas.* Plaut. Stich.

---

IVVENTVS.

Iuuentus ſenectæ ſimilis grauior eſt.

*Illa iuuentus grauior, quæ ſimilis ſenectæ.* Chil.
** Eſt mihi, crede, meis animus conſtãtior annis,* per Au-
*Quãuis nũc iuuenile decus mihi pingere malas* ſon.
*Cœperit. —*

Iuuenilis ætas non eſt inutiliter terenda. Lucanus ad Piſo-

*At ſi tardus eris, errabis, tranſiet ætas,* nem.
*Quàm citò non ſegnis ſtat, remeatque dies:* Tibul. 1.
*Quàm citò purpureos deperdit terra colores:* 4.
*Quàm citò formoſas populus alta comas:*
*Quàm iacet, infirmæ venere vbi fata ſenectæ,*
*Qui prior Elæo eſt carcere miſſus, equus.*
*Vidi iam iuuenem, premeret cùm ſerior ætas,*
*Mœrentem ſtultos præteriiſſe dies.*

Iuuenilis ætas valentior atque vberior eſt aliis.

*Fitque valens iuuenis: neq; enim robuſtior ætas*
*Vlla, nec vberior, nec quæ magis ardeat vlla.* Ouid. 15. Met.

Iuuenes caſtigandi ſunt: & ad hoc exhortatio.

*Cura, & caſtiga hominem probè,* Plaut.
*Qui dedecorat te, me, amicos, atque alios flagitiis ſuis.* Bacch.

Iuuenes in officio retinendi ſunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Sen. Oct. *Regenda magis eſt feruida adoleſcentia.*

### Iuuenes comti fugiendi ſunt.

Ouid. *Sint procul à nobis iuuenes, vt femina comti:*
Epiſt. 4. *Fine coli modico forma virilis amat.*

### Iuuenes in malum maximè procliues ſunt.

Sen. *Peiora iuuenes facile præcepta audiunt.*

Thyeſt. Iuuenes lætitia decet, ſenes verò ſeueritas.

Sen. *—Propria deſcribit Deus*
Hip. *Officia, & æuum per ſuos ducit gradus.*
*Lætitia iuuenem, frons decet triſtis ſenem.*

### Iuuenes ſanctos, id eſt, virtute claros, atque pios fata ſordida haud attingũt.

Virg. *Nec ſanctos iuuenes attingunt ſordida fata:*
Ætna. *Sed verè ceſſere domus & iura piorum.*

### Iuuenile vitium eſt impetum animi regere non poſſe.

Sen. *Iuuenile vitium eſt, regere non poſſe impetum.*
Troad.

### Iuuenum mores, ſeu proprietates quæ ſint.

Hor. *Imberbis iuuenis tandem cuſtode remoto,*
Art. *Gaudet equis canibusque, & aprici graminis campi,*
*Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper,*
*Vtilium tardus prouiſor, prodigus æris,*
*Sublimis, cupidusque, & amata relinquere pernix.*

Ter. *--Ita eſt*
And. *Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli,*
Vt



*Vt animũ ad aliquod ſtudiũ iungãt: aut equos*
*Alere, aut canes ad venandum, aut ad philoſophos.*

### Iuuenibus aſſentatio parẽtum, aut propinquorum non parum nocet.

*Hei mihi, hei mihi, iſtæc illũ perdidit aſſẽtatio.* Plaut.
*Nam abſque te eſſet, ego illum haberem rectũ ad* Bacch.
*ingenium bonum,*
*Nunc propter te, tuamque prauos factũ'ſt fiduciã.*

### Iuuenilis ardor primo impetu furit, ac citiſſimè euaneſcit.

*Iuuenilis ardor impetu primo furit.* Sen. Oct.
*Langueſcit idem facile: nec durat diu*
*In Venere turpi: ceu leuis flamma vapor.*

## L

### LABOR.

### Laboribus vacãdum eſt, dum anni, tempus, viresque ſinunt.

*Dum vires, annique ſinunt tolerate labores,* Ouid. 2.
*Iam veniet tacito curua ſenecta pede.* Art.
*Aut mare nauigiis, aut vomere ſcindite terrã;*
*Aut fera belligeras addite in arma manus.*
**Ventura memores iam nunc eſtote ſenectæ,* Idem 3.
*Sic nullum vobis tempus abibit iners.* Art.
*Dum licet & veros etiam nunc editis annos,*
*Diſcite: eunt anni more fluentis aquæ.*
*-- Iam certè potes inſudare labori.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Calpur- Iam pro me gnauam potes exercere iuuentam.
nius * At tu, dum primi floret tibi temporis ætas,
Ecl.5. Vtere, non tardo labitur illa pede.
Tibul.1. Laboris impatiens ad virtutis culmen nõ
8. ſcendet, fructusq; eius haud capiet: moraliter.

Claud. Non quisquam fruitur veris odoribus,
in nu- Hyblæos latebris nec ſpoliat fauos,
ptiis Ho- Si fronti caueat, ſi timeat rubos.
nor. Armat ſpina roſas, mella tegunt apes.

Labores, quibus Hercules cælum meruiſſe dicitur.

Boet.4.5 Herculem duri celebrant labores:
Ille Centauros domuit ſuperbos,
Abſtulit ſæuo ſpolium leoni,
Fixit & certis volucres ſagittis:
Poma cernenti rapuit draconi,
Aureo læua grauior metallo,
Cerberum extraxit triplici catena:
Victor immitem poſuiſſe fertur
Pabulum ſæuis dominum quadrigis:
Hydra combuſto periit veneno,
Fronte turbatus Achelous amnis,
Ora demerſit pudibunda ripis,
Strauit Antæum Libycis arenis,
Cacus Euandri ſatiauit iras,
Quosque preſſurus foret altus orbis,
Setiger ſpumis humeros notauit.

Vlti-



Vltimus cælum labor irreflexo
Suſtulit collo, pretiumque rurſus
Vltimi cælum meruit laboris.
Ite nunc fortes, vbi celſa magni
Ducit exempli via.

Laboris continui intimatio perpulcra.

Nullum à labore me reclinat otium. Hor. 17.
Vrget diem nox, & dies noctem: neque eſt Epod.
Leuare tenta ſpiritu præcordia.

Labor continuus res fortiſſimas debilitat, atque corrumpit, ſenectamq; præmaturam inducit.

Confiteor facere hoc annos, ſed & altera cauſa Ouid.1.
Anxietas animi, cõtinuusq; labor, &c. (eſt, Pont.5.
Cernis, vt in duris (& quid boue firmius?) ar-
Fortia taurorũ corpora frangat opus? (uis
Quæ nunquam vacuo ſolita eſt ceſſare nouali,
Fructibus aſſiduis laſſa ſeneſcit humus.
Occidet, ad circi ſi quis certamina ſemper,
Non intermiſsis curſibus ibit equus.
Firma ſit illa licet, ſoluetur in æquore nauis,
Quæ nunquam liquidis ſicca carebit aquis.
Me quoque debilitat ſeries immenſa laborum,
Ante meum tempus cogor & eſſe ſenem.
Otia corpus alũt, animus quoque paſcitur illis:
Immodicus contrà carpit vtrunque labor.

A labore quandoque ceſſandum: moraliter.

Claudite iam riuos pueri, ſat prata biberunt.

Universidad de Deusto Biblioteca



Virg. * *Poſt multa virtus opera laxari ſolet.*
Ecl.3. Labor aſſiduus vincit omnia, atq; in
Sē. Herc. —*Labor omnia vincit*
fur. *Improbus, & duris vrgens in rebus egeſt*
Virg.1. * *Nihil tam difficile eſt, quin inquiren*
Georg. *ueſtigari poſsit.*
Ter. Heaut.

## LACRYMAE.

Ouid. 4. Lacrymis dolor egeritur, atque leuatur.
Triſt. *Fleque meos caſus: eſt quadam flere volup*
*Expletur lacrymis, egeriturque dolor.*
Sen. —*Arbitrio tuo*
Troad. *Implere lacrymis fletus ærumnas leuat.*

Lacrymæ interdum pondus verborum habent.

*Nec tua ſi fletu ſcindentur verba nocebit.*
Ouid. 3. Pont. 1. *Interdum lacrymæ pondera vocis habent.*

Amici mortui deflēdi non ſunt: quia lacry mis ad vitam reuocari non poſſunt.

*Supprime tam lacrymas, nō eſt reuocabilis iſt*
Ouid. ad Liuiam. *Quē ſemel vmbr. fera nauita lintre tulit, &*
*Sed rigidum ius eſt, & ineuitabile mortis.*
Propert. 4.12. * *Deſine Paulle meū lacrymis vrgere ſepulcr*
*Panditur ad nullas ianua nigra preces.*
*Cùm ſemel infernas intrarunt funera leges,*
*Non exorato ſtant adamante viæ.*
*Te licet orantem fuſcæ Deus audiat aulæ:*
*Nempe tuas lacrymas litora ſurda bibent.*

Lacry



Lacrymæ ex maxima ſæpe lætitia proſiliunt.

—*Vt ego te nunc conſpicio libens* Plau.
*Vt præ lætitia lacrymæ proſiliunt mihi!* Stich.
* *Homini illico lacrymæ cadūt, quaſi puero, præ* Ter.
*gaudio.* Adelph.

Lacrymæ miſericordiam ſæpiſſime impetrant.

*Et lacrymæ pſūt: lacrymis adamāta mouebis.* Ouid. 1.
* *Quidq; facis? lacrymis opus eſt, non ſanguine,* Art.
*dixit.* Idem 1.
*Sæpe per has flecti principis ira ſolet.* Pont. 7.

Lacrymas puellarum arma eſſe.

*Lumina, quod potuit, lacrymis impleuit obortis.* Ouid. 4. Met.

## LAVS.

Laus vera bonis ac doctis poſt obitum obtingit.

*Omnia poſt obitum fingit maiora vetuſtas.* Propert
*Maius ab exſequiis nomen in ora venit.* 3.1.

Laudandi præſentes cur non ſint.

*Ah vereor coram in os te laudare amplius,* Ter.
*Ne id aſſentari magis, quam quod habeam gra-* Adelph.
*tum facere exiſtumes.* 2.4.

Laudibus alienis non accedendum eſt, ſed quiſque de ſeipſo examen ſuſcipiat, verū ſit, necne quod ab aliis audit.

—*Non ſi quid turbida Roma* Perſi. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Eleuet, accedas, examenque improbum in*
*Caſtiges trutina: nec te quæſiueris extra.*
Idem 4. **Reſpue, quod non es. tollat ſua munera c*
*Tecũ habita, & noris, quàm ſit tibi curta*
*pellex.*

Laudari magis animo, quàm voce vult i
qui veri fauoris gloriam quærit.

Sen. *At qui fauoris gloriam veri petit,*
Thyeſt. *Animo laudari magis, quam voce volet.*

Laus vera etiam humili viro contingit.

Sen. *Laus vera humili ſæpe contingit viro.*
Thyeſt. Laudari appetunt omnes, quod reprehenſi-
bile non eſt, niſi finem recti in laudibus
collocent.

Ouid. 1. *Laudatas oſtendit auis Iunonia pennas:*
Art. *Si tacitus ſpectes, illa recondit opes:*
*Quadrupedes inter rapidi certamina curſus*
*Depexæque iubæ, plauſaque colla iuuant.*
Idem de **Laudatas homini volucris Iunonia pennas*
medic. *Explicat, & forma multa ſuperbit auis.*
faciei. **Bellorum exuuiæ, truncis affixa tropæis*
Iuuen. 10 *Lorica, & fracta de caſſide buccula pendens,*
*Et curtum temone iugum, victæque triremis*
*Apluſtre, & ſummo triſtis captiuus in arcu,*
*Humanis maiora bonis creduntur: ad hæc ſe*
*Romanus, Graiusq; & Barbarus Induperator*
*Erexit: cauſſas diſcriminis, atque laboris*
*Inde habuit: tanto maior famæ ſitis eſt quam*
*Virtutis.—*

Vſque



*Vſque adeone* Perſ. ſat. 1.
*Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter?*
*At pulcrũ eſt, digito monſtrari, & dicier hic eſt.*
*— Rides ait, & nimis vncis*
*Naribus indulges an erit, qui velle recuſet* Ibidem.
*Os populi meruiſſe, & cedro digna locutus*
*Linquere?—*
**Non ego, cum ſcribo ſi forte quid aptius exit,* Ibidem.
*Quãdo hæc rara auis eſt: ſi quid tamen aptius*
*exit*
*Laudari metuã: neq; n. mihi cornua fibra eſt:*
*Sed recti finemque, extremumque eſſe recuſo*
*Euge tuum & belle.—*

Parce laudabimus aliquem, ne poſtea illius
peccata nobis pudorem incutiant.

*Qualem cõmendes, etiam, atque etiã adſpice:* Hor. 1.
*ne mox* Epiſt. 18.
*Incutiant aliena tibi peccata pudorem.*
*Fallimur, & quondã non dignũ tradimus: ergo*
*Quem ſua culpa premet, deceptus omitte tueri.*

Laudare ſeipsũ poteſt quis, duplici de cauſ-
ſa, & primo ad audientium ædificationẽ;
ſecũdo ad ſui ipſius defenſionem purga-
tionemque, vt Vlyſſes.

*Ergo operum quoniã nudum certamẽ habetur.* Ouid. 13.
*Plura quidem feci, quam quæ cõprendere dictis* Met.
*In promtu mihi ſit, &c.*

Laudare ſua, & aliena vituperare nemo
debet. Y 3

Universidad de Deusto
Biblioteca



Hor. 1. *Nec tua laudabis ſtudia, aut aliena reprendes.*
Epiſt. 8.

Sua vnuſquiſque laudat.

Ouid. 2. *Quiſque ſuam* (ſcilicet vxorem) *laudat, ſtudi-*
Faſt. *is certamina creſcunt.*
Idem 3. * *Ipſe ego librorum video delicta meorum,*
Pont. 9. *Cùm ſua plus iuſto carmina quiſque probet.*
*Auctor opus laudat, ſic forſitan Accius olim.*
*Therſiten facie dixerit eſſe bona.*
* *Auctor, & eſt rerum cunctis tutela ſuarum.*
Val.

Laudum cupidus de ſe credit omnia.

Flacc. 5. *—Nihil eſt quod credere de ſe*
Iuuena- *Non poſſit, cùm laudatur Diis æqua poteſtas.*
lis 4.

Laus propria ſordet.

Plaut. *Nam ſtrenuiori deterior ſi prędicat ſuas pugnas,*
Epid. *de illius ore fiunt ſordida.*

Laus ad clementiam inducens lepidiſſimam.

Ouid. 9. *-Neque eſt de tigride natus,*
Met. *Nec rigidos ſilices ſolidumve in pectore ferrum,*
*Aut adamanta gerit, nec lac bibit ille leanæ.*
*Vincetur, repetendus erit: nec tædia cœpti*
*Vlla mei capiam dum ſpiritus iſte manebit.*

Laus Homeri illuſtris.

*Meruit Deus eſſe videri,*
*Et fuit in tanto non paruum pectore numen.*
Manili- *Carmine cõplexus, terrã, mare, ſidera, Manes,*
us 2. *Et cantu muſas, & Phœbũ æquauit honore.*
*Maximus Iliacæ gẽtis certamina vates, &c.*
*Ore*



*Ore ſacro cecinit, patriam, * & ſua iura petẽti* * qui & iura petenti.
*Dum dabat, eripuit, cuiuſque ex ore profuſo*
*Omnis poſteritas latices in carmina duxit,*
*Amnemq; in tenues auſa eſt deducere riuos,*
*Vnius fecunda bonis.-*

Salluſtii laus ſummæ.

*Hic erit, vt perhibent doctorum corda virorũ,* Martialis Apoph.
*Primus Romana Criſpus in hiſtoria.*

Philomenæ laus.

*Dulcis amica veni noctis ſolatia præſtans:* Ouid. Philom.
*Inter aues etenim nulla tibi ſimilis.*
*Tu philomena potes vocum diſcrimina mille,*
*Mille potes varios ipſa referre modos.*
*Nam, quãuis alia volucres modulamina tẽtẽt,*
*Nulla poteſt modulis æquiualere tuis.*
*Inſuper eſt auium ſpatiis garrire diurnis:*
*Tu cantare ſimul nocte dieque potes.*
* *Scribere me voces auium philomena coegit,* Ibidem.
*Quæ cantu cunctas exſuperat volucres.*

---

LECTIO.

Lectionis vtilitas.

*Inter cuncta leges, & percunctabere doctos:* Hor. 1.
*Qua ratione queas traducere leniter æuum:* Epiſt. 1. 8.
*Ne te ſemper inops agitet, vexetque Cupido:*
*Ne pauor, & rerum mediocriter vtilium ſpes.*
*Virtutem doctrina paret, naturane donet:*
*Quid minuat curas: quid te tibi reddat amicũ.*

Universidad de Deusto Biblioteca



*Quid pure tranquillet: honos, an dulce lucel...*
*An ſecretum iter, & fallentis ſemita vitæ.*
Claud. ** Intereà Muſis animus dum mollior inſtat.*
4. Hon *Et quæ mox imitere legas: nec deſinat vnquam*
*Tecum Graia loqui, tecum Romana vetuſtas.*
*Antiquos euolue duces, aſſueſce futuræ*
*Militiæ, Latium retro te confer in æuum.*
*Libertas quæſita placet: mirabere Brutum.*
*Perfidiam damnas: Metii ſatiabere pœnis.*
*Triſte rigor nimius: Torquati deſpue mores.*
*Mors impenſa bonum: Decios venerare ruentes.*
*Vel ſolus quid fortis agat, te ponte ſoluto*
*Oppoſitus Cocles, Mucii te flamma docebit.*
*Quid mora perfringat, Fabius, quid reb. in ar-*
*Dux gerat, oſtẽdet Gallorũ ſtrage Camill⁹. (ctis*
*Diſcitur hinc nullos meritis obſiſtere caſus.*
*Prorogat æternam feritas tibi Punica famam*
*Regule: ſucceſſus ſuperant aduerſa Catonis.*
*Diſcitur hinc quantum paupertas ſobria poſſit.*
*Pauper erat Curius, Reges cùm vinceret armis.*
*Pauper Fabricius, Pyrrhi cùm ſperneret aurũ.*
*Sordida Serranus flexit dictator aratra:*
*Luſtratæ lictore caſæ, faſceſque ſalignis*
*Poſtibus affixit, collectæ Conſule meſſes,*
*Et ſulcata diu trabeato rura colono.*

Auſon. Quid & quo modo legendum.
eidyl. 5. *Perlege quodcunq; eſt memorabile: prima mo-*
*nebo.*

*Condi-*



*Conditor Iliados, & amabilis orſa Menandri*
*Euoluenda tibi: tu flexu, & acumine vocis*
*Innumeros, numeros doctis accentibus effer.*
*Affectuſque impone legens: distinctio ſenſum*
*Auget, & ignauis dant interualla vigorem.*
*Et quando iſta meæ contingent dona ſenectæ?*
*Quando oblita mihi tot carmina, totq; per æuũ*
*Connexa hiſtoriæ ſoccos, aulæaq; Regum,*
*Et melicos lyricoſq; modos præfando nouabis,*
*Obductoſque ſenis facies puraſcere ſenſus?*
*Te præeunte nepos modulata poemata Flacci,*
*Altiſonumq; iterũ fas eſt didiciſſe Maronem.*
*Tuquoq; qui Latiam lecto ſermone Terenti*
*Comis, & adſtricto percurris pulpita ſocco,*
*Ad noua vix memorẽ diuerbia cege ſenectam.*

Non eſſe legendas fabulas.

*Qui legis Oedipoden, caligantemq; Thyeſten,* Martia-
*Colchidas, & Scyllas, quid niſi mõſtra legis?* lis 10.
*Quid te vana iuuant miſeræ ludibria chartæ?*
*Hoc lege, quod poſſis dicere iure, meum eſt.*

---

LEGES.

Legem ſtatuens legi ſe ſubiicere debet.
*Pareto legi, quiſque legem ſanxeris.* Pitt. per
Leges latæ ſunt, ne fortes debiliores Auſon.
opprimerent.
*Inde datæ leges, ne fortior omnia poſſet:* Ouid. 3.
*Cœptaque ſunt pure tradita ſacra coli.* Faſt.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Leges ſine moribus vanæ ſunt, & nihil proficiunt.

Hor. 3. Carm. 24.

*Quid leges ſine moribus*
*Vanæ proficiunt ſi neque feruidis*
*Pars incluſa caloribus*
*Mundi, nec Boreæ finitimum latus,*
*Durataque ſolo niues*
*Mercatorem abigunt? horrida callidi*
*Vincunt æquora nautæ.*

Legum & iuris peritus ad iudicium præſtandum idoneus erit.

Plaut. Epid.

PE. *Quem hominem inuenimus ad eam rem vtilem?* AP. *Hic erit optimus,*
*Hic poterit cauere recte, iura qui & leges tenet.*

Legibus quod eſt ſancitũ reſcindi non debet, nec non incœpiſſe turpe fuit.

Ter. Phorm. 2. 3.

*Mihi non videtur, quod ſit factum legibus,*
*Reſcindi poſſe: & turpe inceptu eſt.*-

Ibi leges nihil poſſunt, vbi pecunia regnat.

Petronius.

*Quid faciant leges, vbi ſola pecunia regnat?*
*Aut vbi paupertas vincere nulla poteſt?*

Leges à malis moribus in poteſtatem redactæ ſunt, parietibusque affixæ, vbi illos affigi æquius fuerat.

Plaut. Trin.

*Mores leges perduxerunt iam in poteſtatẽ ſuã:*

Ibidem.

*Eæ miſeræ etiam ad parietem ſunt fixæ clauis ferreis,*
*Vbi malos mores affigi nimio fuerat æquius.*



Leges nullo diſcrimine pereunt.

Lucanus 3.

-*Pereunt diſcrimine nullo*
*Amiſſæ leges: ſed pars vilißima rerum*
*Certamen mouiſtis opes.*-

---

## LAETITIA.

Lætitiæ maximæ intimatio.

Stat. 2. Sil. 7.

*Securæ procul hinc abite mortes.*
*Hæc vitæ genialis eſt origo.*
*Cedat luctus atrox genisque manent*
*Iam dulces lacrymæ, dolorque feſſus*
*Quidquid fleuerat antè, nunc adoret.*

Idem 5. Sil. 2.

*Quale te ſuperi Priſcilla, hominesq́; benigno*
*Adſpexere die, cùm primum ingentibus actis*
*Admotus coniux vicit gaudia cœnæ.*

Læti vt viuant homines, admonitio lepidiſſima.

Sẽ. Herc. fur.

-*Dum fata ſinunt*
*Viuite læti: properat curſu*
*Vita citato volucrique die,*
*Rota præcipitis vertitur anni.*
*Duræ peragunt penſa ſorores.*
*Nec ſua retro fila reuoluunt.*
*At gens hominum fertur rapidis*
*Obuia fatis, incerta ſui.*
*Stygias vltro quærimus vndas.*

Ouid. 1. Art.

*Si vox eſt canta, ſi mollia brachia ſalta,*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Et quacunque potes dote placere, lace.*
** Qui ſermone placet, taciturna ſilentia vitet.*
Idem 2. *Qui canit, arte canat: qui bibit, arte bibat.*
Art. Lætis (id eſt proſperis) rebus, modus ponendus eſt.

Stat. 2. *Pone modum lætis, ſatis oſtro diues & auro*
Theb. *Conſpicuus, tenuem germani pauperis annum,*
*Riſiſti, moneo regnorum gaudia temet*
*Dedoceas, patiensque fugæ mereare reuerti.*

---

## LIBERALITAS.

Liberalitas immortalem hominem reddit, quia eius fructus, ſcilicet fama, remanet tantum.

Hor. 2. *Viuet extento Proculeius æuo,*
Carm. 2. *Notus in fratres animi paterni:*
*Illum aget penna metuente ſolui*
*Fama ſuperſtes.*
** Cuncta manus auidas fugient heredis, amicis*
Idem 4. *Quæ dederis animo.*
Carm. 7. ** Extra fortunã eſt quidquid donatur amicis:*
Martialis 5. *Quas dederis ſolas ſemper habebis opes.*
** Qui donas, facis ipſe Bleſianum.*
Idem 8. *Hoc longum tibi vita dum manebit,*
*Hoc & poſt cineres erit tributum.*

Liberalitatis maximæ intimatio.

Virg. 11. *Ante oculos, interq; man⁹ ſunt omnia veſtras.*
Æn. ** Quid moror, & variis onero tua pectora cauſſis?*





*Eminet ante oculos quod petis ecce tuos.* Ouid. 3.
** Hic non diuitias nigrantibus abdidit antris,* Faſt.
*Nec tenebris damnauit opes, ſed largior imbre* Claud.
*Sueuerat innumeras hominũ ditare cateruas,* Paneg.
*Quippe velut denſo currentia munera nimbo,* Probi.
*Cernere ſemper erat populis vndare Penates,*
*Aſſiduos intrare inopes, remeare beatos.*
*Præceps illa manus fluuios ſuperabat Iberos*
*Aurea dona vomens.*
** Nil negat, & ſeſe vel non poſcentibus offert.* Idem 1.
Eutrop.

---

## LIBERTAS.

Libertas nulla gratior eſt, quàm ſub rege pio.

*Fallitur egregio quiſquis ſub principe credit*
*Seruitium: nunquam libertas gratior exſtat,* Claud.
*Quàm ſub rege pio. —* 3. Stil.

Libertas operandi quiduis, plurimorũ malorum cauſſa eſt, præcipuè adoleſcentibus.

*Quem non corrumpit pubes effrena, nouaque* Stat. 5.
*Libertas properata togæ? ceu neſcia falcis* Sil. 2.
*Silua comas tollit, fructũq; exſpirat in vmbras.*

Liberi naturaliter ſunt homines libentius, quàm ſerui.

*Omnes profectò liberi libentius* Plaut.
*Sumus quam ſeruimus.* Capt.

Liber captiuus, aui penè ſimilis eſt.

*Liber captiuus aui ferè ſimilis eſt.* Plaut. Capt.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Semel fugiendi si data est occaſio,*
*Satis eſt: nunquam poſt illum poſſis prendere.*

Liber quis verè ſit.

Hor. 2. Serm. 7. *Quiſnam igitur liber? ſapiēs, ſibiq; imperioſus,*
*Quem neque pauperies, neq; mors, neq; vincula terrent:*
*Reſponſare Cupidinibus, contemnere honores*
*Fortis, & in ſeipſo totus teres, atq; rotundus,*
*Externi ne quid valeat per læue morari:*
*In quem manca ruit ſemper fortuna.*

---

## LIBIDO.

Libido, ſcilicet dominādi, vel carnis, ſanctos, id eſt, virtute præditos ſæpe vicit.

St. Hip. *Vincit ſanctos dira libido.*

Libido in vetita irruit.

Claud. Eutrop. *Sed quia cæcus ineſt vitiis amor, omne futurum*
*Deſpicitur, ſuadentque breuē præſentia fructū,*
*Et ruit in vetitum damni ſecura libido.*

Libidini homo naturaliter deditus eſt.

Ter. And. *-Ingenium eſt omnium*
*Hominum ab labore procliue ad libidinem.*

---

## LICENTIA.

Licentiam refrenare debet qui ciuiū rabiem ſedare, & pater patriæ inſcribi cupit.

Hor. 3. Carm. 24. *O quiſquis volet impias*
*Cædes, aut rabiem tollere ciuicam:*



*Si quæret pater vrbium*
*Subſcribi ſtatuis, indomitam audeat*
*Refrenare licentiam.*

Licentia omnes deteriores reddit, præcipuè tamen adoleſcentes.

*Nam deteriores omnes ſumus licentia.* Ter.
*Quodcunq; inciderit in mentem, volet: neq; id* Heaut.
*Putabit, prauum, an rectum, ſiet quod petet.*
*Tu, rem perire, & ipſum, non poteris pati,*
*Dare denegaris, ibit ad illud illico,*
*Quò maximè apud te valere ſentiet,*
*Abiturum ſe abs te eſſe illico minabitur.*
*—Verum nimia illa licentia*
*Profecto euadet in aliquod magnum malum.* Idem Adelph.
**Nemo ſatis credit tantum delinquere, quantū* Iuuē. 14.
*Permittas, adeò indulgent ſibi latius ipſi.*
*—Procliuior vſus*
*In petora datur ſuadetq; licentia luxum,* Claud. 4. Hon.
*Illecebris effrena fauet: tunc viuere caſtè*
*Aſperius, cùm prompta Venus: tū durius iræ*
*Conſulimus, cùm pœna patet.-*

---

## LICITA.

Licita ingrata ſunt atq; contemnuntur: illicita verò & vetita econtra appetuntur.

Ouid. 2. Amo. 19. *Quod licet, ingratū eſt: quod non licet, acrius vrit.*
Ouid. 3. Amor. 4. **Cui peccare licet peccat minus, ipſa poteſtas*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Semina nequitiæ languidiora facit, &c.*
*Nitimur in vetitum ſemper, cupimusq; negata:*
*Sic interdictis imminet æger aquis.*

Non omnia quæ licent perpetrāda ſunt: ſed quæ decent. Nam quæ decent facere laus eſt, non autem quæ licent.

Sen. Oct. *Id facere laus eſt, quod decet, non quod licet.*
Claud. 4 *—Sed comprime motus:*
Hon. *Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit,*
*Occurrat, mentemq; domet reſpectus honeſti.*

Plura de his quæras infrà in tit. de vetitis.

## LINGVA.

Lingua interpres eſt animi.

Hor. *Poſt adfert animi motus interprete lingua.*
Art. Lingua non ſemper profert ea quæ ſunt in mente, hoc eſt, lingua non ſemper animi interpres eſt.

Ouid. 2. *Crede mihi diſtant mores à carmine noſtro:*
Triſt. *Vita verecūda eſt, Muſa iocoſa mea eſt, &c.*
*Nec liber indiciū eſt animi, ſed honeſta volūtas*
*Plurima mulcendis auribus apta refert.*
*Accius eſſet atrox, conuiua Terentius eſſet, &c.*
*Eſſent pugnaces qui fera bella canunt, &c.*
*Omne genus ſcripti grauitate tragœdia vincit,*
Martia- *Hæc quoq; materiam ſemper amoris habet.*
lis 1. **Innocuos cenſura poteſt permittere luxus.*
*Laſci-*



*Laſciua eſt nobis pagina, vita proba eſt.*

Linguam habere venalem, præſertim in iudicio, turpe eſt.

*Turpe reos emta miſeros defendere lingua:* Ouid. 1
*Quot faciat magnas turpe tribunal opes.* Amo. 10

Lingua eſt peſſima pars in malo homine.

*Viuēdum eſt rectè cùm propter plurima, tū his* Iuuen.
*Præcipuè cauſſis, vt linguas mancipiorum* 9.
*Contemnas: nā lingua mali pars peſſima ſerui.*

## LOCVS.

In loco deſipere dulce eſt.

*Miſce ſtultitiam conſiliis breuem.* Hor. 4.
*Dulce eſt deſipere in loco.* Car. 12.
**Temporibus ſeruire decet qui tempora certis* Luca-
*Ponderibus penſauit, eum ſi bella vocabunt,* nus
*Miles erit: ſi pax, poſitis toga geſtiet armis.* ad Piſo-
*Hunc fora pacatum, bellantem caſtra decebūt.* nem. 1
**Si vox eſt, canta, ſi mollia brachia, ſalta,* Ouid. 1.
*Et quacunque potes dote placere, place.* Art.

Locus & res ſæpe conſilium in rebus dubiis dare ſolent.

*Difficile eſt tamen hic remis vtaris, an aura* Ouid. 1
*Dicere, conſilium resque, locusq; dabunt.* Triſt. 1.

Loco ſuo aptè collocanda ſunt ea, de quibus nobis erit dicendum. Hor.

*Singula quæq; locum teneant ſortita decenter.* Art.

LOQVACITAS.

Omnes mulieres loquaces habentur.

Plaut. Aul. *Nam multũ loquaces meritò omnes habemur, Nec mutam profectò repertam vllam eſſe Hodie dicunt mulierem vllo in ſæculo.*

Loqui tacenda laudabile non eſt.

Ouid. 2. Art. *Eximia eſt virtus præſtare ſilentia rebus: At contrà grauis eſt culpa, tacenda loqui.*

Loquacitas nocet plurimùm.

Hor. 1. Epiſt. 17. *Sed tacitus paſci ſi poſſet coruus: haberet Plus dapis & rixæ multo minus, inuidiæque.*

Ouid. 2. Amor. 2. ** Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat Tãtalus, hoc illi garrula lingua dedit. (ples. Auſ. —Vt diuerſa ſibi, vicinaque culpa eſt, Epiſt. 12. Multa loquens, & cuncta ſilens.—*

Loquax & garrulus eſt omnis, qui multa percunctatur.

Hor. 1. Epiſt. 18. *Percunctatorẽ fugito: nam garrulus idem eſt.*

---

LVCRVM.

Lucri amorem vt deponant cupidi, ſalubris iugi mortis memoria, exhortatio pia.

Hor. 4. Car. 12. *Verum pone moras, & ſtudium lucri: Nigrorumque memor dum licet ignium.*

Lucrãdi cauſſa ad quæ pericula ſe homines exponunt.

Tibull. 1. 2. *Lucra petens habili tauros adiungit aratro, Et durum terræ ruſticus vrget opus.*





*Lucra petituras freta per parentia ventis Ducunt inſtabiles ſidera certa rates.*

Lucrandi cauſſa rem diuinam cupidi deſerunt.

*Si lucri quid detur, potius rem diuinã deſeram.* Plaut. Pſeud.

Lucrum maximum eſt interdum, pecuniã in loco negligere.

*Pecuniam in loco negligere maximũ interdum eſt lucrum.* Ter. Adelp.

**Munera, quæ dederas, habeat ſine lite iubeto: Eſſe ſolent magno damna minora bono.* Ouid. 2. Remed.

Lucrum omne vtile homini non eſt.

*Nõ ego omnino lucrum omne eſſe vtile homini exiſtimo.* Plaut. Capt.

*Scio ego multos iã lucrum *luculentos homines (reddidit. Eſt etiam vbi profectò damnum præſtat facere, quàm lucrum. Odi ego aurũ, multa multis ſæpe ſuaſit perperã.* *lutulẽtos.

Lucri odor cupido bonus eſt, etiam ex qualibet re.

*Nec credas ponendũ aliquid diſcriminis inter Vnguẽta, & corium. lucri bonus eſt odor ex re Qualibet.—* Iuuen. 14.

---

LVDVS.

Ludus multorum malorum cauſſa eſt.

*Ludus enim genuit trepidum certamen, & irã: Ira truces inimicitias, & funebre bellum.* Hor. 1. Epiſt.



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



Ouid. 1. *Sic ne perdiderit non ceſſat perdere luſor,
Art. Et reuocat cupidas alea ſæpe manus.

In ludo pectora noſtra patent.

Ouid. 3. Tunc ſumus incauti, ſtudioq; aperimur ab ipſo,
Art. Nudaque, per luſus pectora noſtra patent.
Ira ſubit deforme malum, lucrique cupido,
Iurgiaque, & rixa, ſollicitusque dolor.
Crimina dicuntur, reſonat clamoribus æther,
Inuocat iratos & ſibi quiſque Deos.
Nulla fides tabulis, quæ non per vota petuntur.
Et lacrymis vidi ſæpe madere genas.

Ludus eſt malus illis, qui crudo ſunt ſtomacho.

Hor. 1. Luſum it Mæcenas, dormitum ego, Virgiliusq;
Serm. 5. Namq; pila lippis inimicum, & ludere crudis.

## LVXVRIA.

Luxuria orbis victrix rapit opes, vt iterum turpiter perdat.

Sen. Oct. Turpi libido Venere dominatur potens.
Act. 2. Luxuria victrix orbis immenſas opes
Iampridem auaris manibus, vt perdat, rapit.

Luxuria malum prædulce, ac peſtis blanda dicitur, eò quod homines caligine non parua hebetat atque effeminat.

Claud. 2 —Nec te iucunda fronte fefellit
Stil. Luxuries prædulce malum, quæ dedita ſemper
Corporis arbitriis, hebetat caligine ſenſus,
Mem-



Membraq; Circæis effeminat acrius herbis.
Blanda quidem vultu, ſed qua non tetrior vlla
Interius fucata genas, & amicta doloſis
Illecebris, toruos auro circumligat hydros.
Illa voluptatum multos innexuit hamis.
*Totum per orbē maximū exortum eſt malū, Sen. Oct.
Luxuria, peſtis blanda: cui dedit vires, Act. 2.
Roburq; longum tempus, atq; error grauis.

Luxuria oritur maximè ex nimia rerum copia, otio ſeu proſperitate: quæ innumerorū malorum cauſſa eſt, licèt per accidens.

Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas, Hor. 16.
Suis & ipſa Roma viribus ruit: Epod.
Quam neq; finitimi valuerunt perdere Marſi,
Minacis aut Etruſca Porſenæ manus,
Æmula nec virtus Capuæ, nec Spartacus acer,
Nouisque rebus infidelis Allobrox,
Nec fera cærulea domuit Germania pube,
Parentibusq; abominatus Hannibal:
Impia perdemus deuoti ſanguinis ætas,
Feriſq; rurſus occupabitur ſolum.
*Nil non permittit mulier ſibi, turpe putat nil Iuuen. 6.
Cùm virides gemmas collo circundedit, & cum
Auribus extenſis magnos committit elenchos.
*Namq; vt opes nimias mūdo fortuna ſubacto Lucan.
Intulit & rebus mores ceſſere ſecundis, 9.
Prædaque, & hoſtiles luxum ſuaſere rapinæ:
Non auro, tectisve modus, menſæque priores

Universidad de Deusto Biblioteca



*Adſpernata fames. cultus geſtare decoros*
*Vix nuribus, rapuere mares: fecunda virorum*
*Paupertas fugitur, totoq; arceſsitur orbe,*
*Quo gens quæque perit.—*
Sen. **Quisquis ſecundis rebus exſultat nimis,*
Hipp. *Fluitque luxu, ſemper inſolita appetens,*
Act. 1. *Hunc illa magnæ dura fortunæ comes*
*Subit libido: non placent ſuetæ dapes,*
*Non tecta ſani moris, aut vilis cibus:*
*Cur in Penates rarius tenues ſubit*
*Hæc delicatas eligens peſtis domos?*
*Cur ſancta paruis habitat in tectis Venus,*
*Mediumque ſanos vulgus affectus tenet,*
*Et ſe coercent modica? contrà diuites,*
*Regnoque fulti, plura quam fas eſt, petunt!*
*Quod non poteſt, vult poſſe qui nimium poteſt.*
Idẽ Hip. **Rupere fœdus impius lucri furor,*
Act. 2. *Et ira præceps, quæque ſuccenſas agit*
*Libido mentes: venit imperii ſitis.*
*Cruenta factus præda maiori minor.*
*Pro iure vires eſſe.—*
Silius 13. *—Inde adſpice latè*
*Florentes quondam luxus quas verterit vrbes.*
*Quippe nec ira Deûm tãtũ, nec tela, nec hoſtes,*
*Quantum ſola noces animis illapſa voluptas.*
Propert. **Proloquar atq; vtinã patriæ ſim verus aruſpex.*
3. 11. *Frãgitur ipſa ſuis Roma ſuperba bonis.*
*—Nam cetera regna*

Luxu-



*Luxuries vitiis odiisque ſuperbia vertit.* Claud. 3
*Sic malè ſublimes fregit Spartanus Athenas,* Stil.
*Atque idẽ Thebis cecidit. ſic Medus ademit*
*Aſſyrio, Medoque tulit moderamina Perſes.*
*Subiecit Perſen Macedo, ceſſurus & ipſe*
*Romanis. hæc auguriis firmata Sibyllæ.*
*—Sed quod diſſuaſor honeſti* Idem 3.
*Luxus, & humanas oblimat copia mentes,* de rapt.
*Prouocet vt ſegnes animos—* Proſerp.

Luxuria à toris mæſtis abeſſe ſolet.

*Nec vires adimit Veneris damnoſa voluptas,* Ouid. 1.
*Non ſolet in mæſtos illa venire toros.* Pont. 11.

Luxuriæ deditus in iuuẽtute qui fuit, in ſenectute, ęgritudinéve poſitus, vitã odit.

*Hic campo indulget, hunc alea decoquit: ille* Perſius 5.
*In Venerem putris; ſed cum lapidoſa chiragra*
*Fregerit articulos, veteris ramalia fagi:*
*Tunc craſſos trãſiſſe dies, lucemque paluſtrem,*
*Et ſibi iam ſeri vitam ingemuere relictam.*

Luxuria, cúm omni ætate eſt turpis, tum ſenectuti fœdiſſima eſt.

*Quæ bello eſt habilis, Veneri quoq; cõuenit, ætas:* Ouid. 1.
*Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor.* Amor. 9.

Luxuriæ deteſtatio notabilis, quæ in homine maior, quàm in brutis eſſe dicitur.

*—O tetrum genus* Sen.
*Non vlla vinctum lege melioris ſoli.* Hip.
*Feræ quoque ipſæ Veneris euitent nefas,*

Universidad de Deusto Biblioteca



Generisq; leges inſcius ſeruat pudor. (rum
*Nec vaccā vaccæ, nec equas vrit amor equæ
Ouid. 9. Vrit oues aries, ſequitur ſua femina taurum.
Met. Sic & aues coeunt, interque animalia cuncta
Femina femineo correpta cupidine nulla eſt.

M

## MALITIA.

### Malitia atque impietas hominum maximè creuit.

Ouid. 5. Siue locum ſpecto, locus eſt inamabilis, & quo
Triſt. 8. Eſſe nihil toto triſtius orbe poteſt. (gni,
Siue homines, vix ſunt homines hoc nomine di-
Quamque lupi ſauæ plus feritatis habent.
Non metuunt leges: ſed cedit viribus æquum,
Victaque pugnaci iura ſub enſe iacent.
Iuuen. 1. *Nil erit vlterius, quod noſtris moribus addat
Poſteritas: eadē capiēt, facientque minores.
Omne in præcipiti vitium ſtetit.—
Sen. *Inuenit artes bellicus Mauors nouas,
Hipp. Et mille formas mortis. Hinc terras cruor
Act. 2. Infecit omnes fuſus, & rubuit mare.
Tunc ſcelera dempto fine per cunctas domos
Iêre: nullum caruit exemplo nefas.
A fratre, frater, dextera nati parens
Cecidit, maritus coniugis ferro iacet,
Perimuntque fetus impiæ matres ſuos.
Taceo nouercas: mitius nil eſt feris.

*Sed



*Sed in parentis viſcera intrauit ſuæ
Deterior ætas, eruit ferrum graue Idem
Aurumque, ſæuas mox & armauit manus. Oct.
Partita fines, regna conſtituit, nouas Act. 2.
Exſtruxit vrbes, tecta defendit ſuis
Aliena telis, aut, petit præda imminens.
—Ædepol
(etiam Plaut.
Ne tu illorū mores, perquā meditatè tenes: ſed Bacch.
Vnum hoc ex ingenio malo malū inuenīūt ſuo.
Nulli amici ſunt, inimicos ipſi in ſe omnes ha-
bent,
Atq; ſe cùm fruſtrantur, fruſtrari alios ſtolidi
exiſtimant.
*Noui ego hoc ſæculum moribus quib. ſit malus
bonum, malum Plaut.
(mali, rapax, Trin.
Eſſe vol, vt ſit ſui ſimilis: turbāt, miſcet mores
Auarus, inuidus, ſacrum, profanum, publicū,
priuatum habent,
(ctant.
Hiulca gens. hæc ego doleo, hæc ſunt, quæ excru-
Hæc dies noctesq; tibi canto, vt caueas q manus
non queunt
Tāgere, tantū fas habēt, quo manus abſtineāt.
*Sed poſtquā tellus ſcelere eſt imbuta nefando, Catul-
Iuſtitiamque omnes cupida de mēte fugarunt, lus de
Perfudere manus fraterno ſanguine fratres, nuptiis
Deſtitit extinctos natus lugere parentes, Pelei &
Optauit genitor primæui funera nati, Theti-
Liber vt innuptæ poliretur flore nouercæ. dos.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Ignaro mater ſubſternens ſe impia nato,*
*Impia non verita eſt Diuos ſcelerare Penates.*
*Omnia fanda, nefanda malo permiſta furore*
*Iuſtificam nobis mentem auertere Deorum.*
*Quare nec tales dignantur viſere cœtus,*
*Nec ſe contingi patiuntur lumine claro.*

Malus felix eſſe nequit, etiam ſi ditiſſimus ſit.

*Quid refert igitur quantis iumenta fatiget*
Iuuen.4. *Porticibus, quãta nemorũ vectetur in vmbra.*
*Iugera quot vicina foro, quas emerit ædes?*
*Nemo malus felix. —*

Nemo vſq; adeo malus eſt, quin bonus effici poſſit, ſi reprehenſioni aures accõmodet.

Hor.1. *Inuidus, iracundus, iners, vinoſus, amator?*
Epiſt.1. *Nemo adeo ferus eſt, vt non miteſcere poſſit,*
*Si modò culturæ patientem commodet aurem.*

Nemo repentè fuit peſſimus.

*Nemo repentè fuit turpiſſimus. accipient te*
Iuuen.2. *Paulatim, qui longa domi redimicula ſumunt*
*Frontibus, & toto poſuere monilia collo.*
Lucan.1 *-- Nullus ſemel ore receptus*
*Pollutas patitur ſanguis manſueſcere fauces.*

Omnis malus ſeruus eſt, etiam ſi rex ſit.

Boët. 4. 2. *Quos vides ſedere celſo*
*Solii culmine Reges,*
*Purpura claros nitente,*
*Septos triſtibus armis,*





*Ore toruo cõminantes,*
*Rabie cordis anhelos,*
*Detrahat ſi quis ſuperbis*
*Vani tegmina cultus,*
*Iam videbit intus arctas*
*Dominos ferre catenas.*
*Hinc enim libido verſat*
*Auidis corda venenis:*
*Hinc flagellat ira mentem*
*Fluctus turbida tollens,*
*Mœror aut captos fatigat,*
*Aut ſpes lubrica torquet.*
*Ego, cùm caput tot vnum*
*Cernas ferre tyrannos,*
*Non facit, quod optat, ipſe*
*Dominis preſſus iniquis.*

**Tu licet extremos latè dominere per Indos,* Claud.
*Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent,* 4. Hon.
*Si metuis, ſi praua cupis, ſi duceris ira,*
*Seruitii patiere iugum, tolerabis iniquas*
*Interius leges. tunc omnia iure tenebis,*
*Cùm poteris rex eſſe tui. —*

Mali à ſtatuis nihil differunt, niſi quod illorum imago viuit.

*— At tu*
*Nil niſi Cecropides, truncoq; ſimilimus Hermæ.* Iuuen.8.
*Nullo quippe alio vincis diſcrimine, quàm quod*
*Illi marmoreum caput eſt, tua viuit imago.*

Mali ad nocendum aſſiduè proni ſunt, & eis nullum tempus ad nocendum anguſtum eſt.

Sen. Med. *Nullum ad nocendum tẽpus anguſtũ eſt malis.*

Mali conſcius diligitur tantum.

Iuuen. 3. *Quis nunc diligitur niſi conſcius, &, cui feruēs*
*Æſtuat occultis animus, ſemperque tacendis?*
*Nil tibi ſe debere putat, nil conferet vnquam*
*Participem qui te ſecreti fecit honeſti.*
*Carus erit Verri, qui Verrem tẽpore, quo vult,*
*Accuſare poteſt.* —

Quod malis omnia ex ſententia vt plurimũ ſuccedunt, bonis vero contra: hinc quidã de Dei prouidentia dubitãt, aſſerẽtes hominum genus à fortuna regi (vt titulo de fortuna oſtenſum eſt) ſed falsò. Tollũtur autem in altum, vt lapſu maiore ac grauiore ruant.

Sen. Hipp. *Sed cur idem, qui tanta regis,*
*Sub quo faſti pondera mundi*
*Librata ſuos ducunt orbes,*
*Hominum nimium ſecurus ades,*
*Non ſollicitus prodeſſe bonis,*
*Nocuiſſe malis?*

Boët. 1. 5. **Omnia certo fine gubernans,*
*Hominum ſolos reſpuis actus,*
*Merito rector cohibere modo.*
*Nam cur tantas lubrica verſat*

Fortu-



*Fortuna vices? premit inſontes*
*Debita ſceleri noxia pœna:*
*At peruerſi reſident celſo*
*Mores ſolio, ſanctaque calcant*
*Iniuſta vice colla nocentes.*
*Latet obſcuris condita virtus*
*Clara tenebris, iuſtusque tulit*
*Crimen iniqui.*
*Nil periuria, nil nocet ipſis*
*Fraus, mendacii comta colore.*
*Sed cùm libuit viribus vti,*
*Quos innumeri metuunt populi,*
*Summos gaudet ſubdere Reges.*
*O iam miſeras reſpice terras,*
*Quisquis rerum fœdere nectis.*
*Operis tanti pars non vilis*
*Homines quatimur fortunæ ſalo.*
*Rapidos rector comprime fluctus,*
*Et quo cælum regis immenſum*
*Firma ſtabiles fœdere terras.*
**Sed cùm res hominum tanta caligine volui* Claud. 1. Ruf.
*Aſpicerem, lætosque diu florere nocentes,*
*Vexarique pios, rurſus labefacta cadebat*
*Relligio, cauſſaque viam non ſponte ſequebar*
*Alterius, vacuo quæ ſemina currere motu*
*Affirmat, magnumque nouas per inane figuras*
*Fortuna, non arte regi, quæ numina ſenſu*
*Ambiguo, vel nulla putat, vel neſcia noſtri.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Abſtulit hunc tandem Rufini pœna tumult*
*Abſolu itque Deos: tam non ad culmina re*
*Iniuſtos creuiſſe queror: tolluntur in altum,*
*Vt lapſu maiore ruant. —*

Mali ſunt, bonis qui maledicunt.

Plaut. *Mali ſunt homines, qui bonis dicunt malè.*

Bacch. Mali non quieſcunt, niſi prius aliquod ma lum perpetrauerint.

Iuuen. 3. *Ebrius, ac petulans, qui nullum fortè cecidit,*
*Dat pœnas, noctem patitur lugentis amicu*
*Pelida, cubat in faciem, mox deinde ſupinus:*
*Ergo non aliter poterit dormire. quibusdam*
*Somnum rixa facit. --*

Malo benefacere tantum periculum eſt, quantum bono malefacere.

Plaut. *-- Malo benefacere tantundem*
Pen. *Eſt periculum, quantum bono malefacere.*

Malos homines terra nunc educat.

Iuuen. 15 *Terra malos homines nunc educat.*

---

MALA.

Mala æquanimiter ſuſtinens demum haud parua reportabit bona.

Plaut. *Fortiter malum qui patitur, idem pòſt potitur*
Aſin. *bonum.*

Sen. Agam. Mala incerta dubiaq; magis angunt hominem.

Act. 3. *Expromę: clades ſcire qui refugit ſuas.*

Gra-



*Grauat timorem: dubia plus torquent mala.*

Illata mala æquanimiter tolerat, qui maiora veretur.

*H. Quisquam ne ſegnis tanta tolerauit mala?* Sen.
*A. Maiora quisquis timuit.* Herc. fur.

Mala alterius prius reſcimus, quàm bona.

*More hominũ euenit, vt quid ſim nactus mali* Act. 5.
*Prius reſcires tu, quàm ego illud, quod tibi eue-* Ter.
*nit boni.* And.

Maxima mala non diu latitant.

*Magna non latitant mala.* Sen.

--- Med.

MATRIMONIVM.

Matrimonium inter æquales bene contrahitur, & ſic contrahendum eſt.

*Quã malè inæquales veniũt ad aratra iuuẽci,* Ouid.
*Tam premitur magno cõiuge nupta minor.* Epiſt. 9.
*Non honor eſt, ſed onus, ſpecies læſura ferentes.*
*Si qua voles aptè nubere, nube pari.*

Ad contrahendum matrimonium mora vtilis eſſe dicitur.

*Nubere ſi qua voles, quãuis properabitis ambo,* Ouid. 3.
*Differ: habent parua cõmoda magna mora.* Faſt.

Matrimonium & regnum duos vnà non capit. Ouid. 3.

*Non bene cum ſociis regna, Venusq; manẽt.* Art.
**Nec regna ſocium ferre, nec tedæ ſciunt.* Sen.

Matrimonii encomium. Agam.

Universidad de Deusto Biblioteca

Hor. 1. *Felices ter, & amplius,*
Car. 13. *Quos irrupta tenet copula nec malis*
*Diuulſus querimoniis,*
*Suprema citius ſoluet amor die.*
Propert. 1.15. * *Exemplo iunctæ tibi ſint in amore columbæ*
*Maſculus & totum femina coniugium.*

## MEDICINA.

Varia medicina danda eſt iuxta ægritudinum exigentiam.

Ouid. 2. Remed. *Nã quoniã variant animi, variabimus artes.*
*Mille mali ſpecies, mille ſalutis erunt.*

Medicina congruo tempore data, prodeſt.

Ouid. 1. Remed. *Tẽporibus medicina valet: data tẽpore proſunt,*
*Et data non apto tempore vina, nocent.*

Medicina omnes morbos ſanare poteſt.

Propert. 2.1. *Omnes humanos ſanat medicina dolores.*
*Solus amor morbi non amat artificem.*

Medicis bene habentibus non eſt opus, ſed malè habentibus.

Ouid. 3. Pont. 4. *Firma valet per ſe, nullumq; Machaona quærit,*
*Ad medicam dubius confugit æger opem.*

Medicus non poteſt omnes ægritudines ſanare.

Ouid. 1. Pont. 4. *Non eſt in medico ſemper, releuetur vt æger:*
*Interdum docta plus valet arte malũ, &c.*
*Afferat ipſe licet ſacras Epidaurius herbas,*





*Sanabit nulla vulnera cordis ope.*
*Tollere nodoſam neſcit medicina podagram,*
*Nec formidatis auxiliatur aquis.*
*Cura quoq; interdum nulla medicabilis arte,*
*Aut ſi ſit, longa eſt extenuanda mora.*

## MEDIOCRITAS.

Mediocritas in omni re tenẽda eſt, & ad hoc exhortatio lepidiſſima.

Ouid. 2. Met. *Altius egreſſus cæleſtia tecta cremabis:*
*Inferius, terras: medio tutiſſimus ibis.*
Idem 8. Met. *Poſtquam manus vltima cœpto*
*Impoſita eſt, geminas opifex librauit in alas.*
*Ipſe ſuum corpus, motaque pependit in aura,*
*Inſtruit & natum, medioq; vt limite curras*
*Icare, ait, moneo, ne ſi demiſſior ibis,*
*Vnda grauet pennas, ſi celſior, ignis adurat.*
*Inter vtrunque vola.—*
Hor. 2. Carm. 10. * *Rectius viues Licini, neque altum*
*Semper vrgendo, neque, dum procellas*
*Cautus horreſcis, nimium premendo*
*Litus iniquum.*
*Auream quiſquis mediocritatem*
*Diligit, tutus caret obſoleti*
*Sordibus tecti, caret inuidenda*
*Sobrius aula.*
Sen. Oed. act. 4. * *Fata ſi liceat mihi*
*Fingere arbitrio meo,*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Temperem Zephyro leui
Vela, ne preſſæ graui
Spiritu antennæ tremant,
Lene ſed modicum fluens
Aura, nec vergens latus,
Ducat intrepidam ratem:
Tuta me media vehat
Vita, decurrente via.
Cnoſsium regem timens,
Alta dum demens petit,
Auribus fidens nouis,
Certat & veras aues
Vincere, & falſis nimis
Imperat pennis puer.
Nomen eripuit freto.
Callidus medium ſenex
Dædalus librans iter,
Nube ſub media ſtetit
Alitem exſpectans ſuam, &c.
Quidquid exceſsit modum
Pendet inſtabili loco.
Idem Agam. * Felix media quisquis turba
Partem quietus aura ſtringit
Litora tuta, timidusque mari
Credere cymbam remo terras
Propiore legit.-
Boët. 2. 4. * Quisquis volet perennem
Cautus ponere ſedem.
Stabi-



Stabiliſque, nec ſonori
Sterni flatibus Euri,
Et fluctibus minantem
Curat ſpernere pontum,
Montis cacumen alti
Bibulas vitet arenas.
Illud proteruus Auſter
Totis viribus vrget,
Hæ pendulum ſolutæ
Pondus ferre recuſant.
Fugiens periculoſam
Sortem ſedis amœnæ,
Humili domum momento
Certus figere ſaxo.
Quamuis tonet ruinis
Miſcens æquora ventus,
Tu conditus quieti
Felix robore valli,
Duces ſerenus æuum,
Ridens ætheris iras.
Ter. And. —Nam id arbitror
Apprimè in vita eſſe vtile, ne quid nimis.
Mart. 1. * Illud quod medium eſt, atq; inter vtrumque, probatur.
Mediocritatem deſerēs malos exitus habet, vt exemplis liquet.
Ouid. 8. Met. Cùm puer audaci cœpit gaudere volatu,
Deſeruitque ducem, cælique cupidine tactus

Universidad de Deusto Biblioteca

*Altiùs egit iter. rapidi vicinia Solis*
*Mollit odoratas pennarum vincula ceras.*
*Tabuerant ceræ, nudos quatit ille lacertos,*
*Remigioque carens non vllas percipit auras,*
*Oraq; cærulea patrium clamantia nomen*
*Excipiuntur aqua, quæ nomen traxit ab illo.*

Idem 1. Triſt. 1. **Dum petit infirmis nimium ſublimia pennis*
*Icarus, Icariis nomina fecit aquis.*

Ibidem. **Vitaret cælũ Phaethon, ſi viueret, & quos*
*Optauit ſtulte tangere, nollet equos.*

Sen. Oet. Act. 2. **Quiſquis medium defugit iter,*
*Stabili nunquam tramite curret.*
*Dum petit vnum præbere diem,*
*Patrioſq; puer concitat axes,*
*Nec per ſolitum percurrit iter,*
*Sed Phœbeis ignota ſecat*
*Sidera flammis errante rota,*
*Secum pariter perdidit orbem.*
*Medium cæli *cùm peragrat iter,* (*dũ ſulcat.)
*Tenuit Latias Dædalus oras,*
*Nullique dedit nomina ponto.*
*Sed dum volucres vincere veras*
*Icarus audet, patriaſque puer*
*Deſpicit alas, Phœboque volat*
*Proximus ipſi, dedit ignoto*
*Nomina Ponto.*

Ouid. 3. Triſt. 4. **Qui cadit in plano, vix hoc, tamẽ euenit ipſũ,*
*Sic cadit, vt tacta ſurgere poſsit*

At



*At miſer Elpenor tecto delapſus ab alto*
*Occurrit Regi flebilis vmbra ſuo.*
*Quid fuit, vt tutas agitaret Dædalus alas:*
*Icarus immenſas nomine ſignet aquas?*
*Nempe quod hic alte, demiſsius ille volabat:*
*Nam pennas ambo non habuere ſuas.*
**In ſe magna ruunt. lætis hunc Numina rebus* Lucã. 1.
*Creſcendi poſuere modum.-*

Medium virtutem in ſe habere dicitur. Hor. 1.
*Virtus eſt mediũ vitiorũ & vtrimq; redactũ.* Epiſt. 18.

---

## MEDITATIO.

Meditatio id eſt, quod rectè geris.
*μελέτη τὸ πᾶν qui dixi qui dictum probo,* Periander per Auſon.
*Meditationem id eſſe totum quod geras.*

Meditans omnia negotia, ad rem gerendam ſolus eſt efficax, & is ſapiens habetur.
Ibidem. *Is quippe ſolus rei gerendæ eſt efficax,*
*Meditatur omne qui prius negotium.*

Ter. Adelph. **O Demea, iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt*
*Videre, ſed etiam illa, quæ futura ſunt,*
*Proſpicere.*

Præmeditanda ſunt omnia negotia.
*Aduerſa rerũ, vel ſecunda prædicat*
*Meditanda cunctis comicus Terentius,*
*Locare ſedes, bellum gerere, aut ponere:* Periand.
*Magnas, modicaſque res etiam, paruas quoque* per Auſo.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Agere volentem ſemper meditari decet.*
*Nam ſegniores omnes in ceptis nouis,*
*Meditatio ſi rei gerendæ defuit.*
Ibidem. **Nihil eſt quod ampliorem curam poſtulet,*
*Quam cogitare, quid gerendum ſit, dehinc*
*Incogitantes Fors, non conſilium regit.*

---

## MENDACIVM.

Mendacium dicere ſcelus eſt, præſertim parentibus.

*Mihi ſcelus videtur, me parenti proloqui men-*
Plaut. *dacium.*
Merc. Mendacium vt fugiatur, & verum dicatur, admonitio notabilis.
Ter. He- (blank)
aut. act. *Quid dicam? quam cauſſam afferam? S. quia*
4. ſc. 2. *nolo mentiare:*
Plaut. *Aperte, ita vt res ſeſe habet, narrato.-*
Perſ. ** Mendacium adepol dicis, atq; haud te decet.*

Mendacium conſtanter negare ſolet, qui vera dicere didicit.

Plaut.
Amph. ALC. *Cur negas?* AMPH. *quia vera didici di-*
Iuuena- *cere.*
lis 3. Mentiri qui nequit, Romæ inutilis eſt.

*Quid Romæ faciam? mentiri neſcio librum*
*Si malus eſt, nequeo laudare, & poſcere: motus*
*Aſtrorum ignoro: funus promittere patris*
*Nec volo, nec poſſum: ranarũ viſcera nunquã*
*Inſpexi, ferre ad nuptam, quæ mittit adulter,*
*Quæ mãdat, norint alii.-*

MENS.



---

## MENS.

Mens temporalibus dedita rebus, maximè hebetatur.

*Vos hæc fabula reſpicit,* Poët. 3.
*Quicunq; in ſuperum diem* 12.
*Mentem ducere quæritis.*
*Nam qui Tartareum in ſpecus*
*Victus lumina flexerit,*
*Quidquid præcipuum trahit,*
*Perdit, dum videt inferos.*

Plura de his inuenies in titulo de affectibus.

Mens boni conſcia ſperat, mali verò econtrà.

*Conſcia mens, vt cuiq; ſua eſt, ita cõcipit intra* Ouid. 1,
*Pectora, pro facto ſpemq;, metumque ſuo.* Faſt.

Mentes peruerſæ omnia, in malum ſcilicet, interpretando, corrumpere poſſunt, quæ tamen ſolida permanent.

*Omnia peruerſas poterunt corrumpere mentes:* Ouid. 2.
*Stant tamen illa ſuis omnia tuta locis.* Triſt.

---

## MERETRICES.

Meretrices ſummopere fugiendæ ſunt, eò quòd bona quæque, & pręcipuè ſapientiam ab homine auferunt.

*Meretrix meum herum miſerum ſua blanditia* Plaut.
*intulit in* Truc.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Pauperiem, priuauit bonis, luce, honore, atque*
*amicis.*

Idem Truc. ** Nam mihi hæc meretrix, quæ hic hal…*
*Phroneſium*
*Suum nomen omne ex pectore exmouit me…*
*Phroneſium.*

Meretrices eò quòd inſatiabiles ſunt
mari aſſimilantur.

Plaut. Truc. *Meretricem ego item eſſe reor mare, vt eſt, quod*
*des deuorat, nec vnquam*
*Abundat, &c.-* *(acceptrici.*
*Quantumuis, nuſquã apparet, neq; datori, neq;*

Meretrices Deum non verentur.

Ter. Hec. *Nec pol iſtæ metuunt Deos, nec hos reſpicere De-*
*os opinor.*

Meretrices munera captant ſuo corpore.

*Stat meretrix certo cuiuis mercabilis ære,*
Ouid. 1. Amor. 10. Ibidẽ. *Et miſeras iuſſo corpore quærit opes.*
** Sola viro mulier ſpoliis exſultat ademtis,*
*Sola locat noctes, ſola locanda venit.*

Meretricum reprehenſio accommodata.

Hor. 4. Carm. 13. *Quò fugit Venus heu? quóve color decens?*
*Quò motus? quid habes illius, illius,*
*Quæ ſpirabat amores,*
*Quæ me ſurpuerat mihi,*
*Felix poſt Cynaram, notaq;, & artium*
*Gratarum facies? ſed Cynaræ breues*
*Annos fata dederunt,*

*Serua-*



*Seruatura diu parem*
*Cornicis vetulæ t… mporibus Lycen:*
*Poſſent vt iuuenes viſere feruidi*
*Multo non ſine riſu*
*Dil…pſ…m in cineres facem.*

---

## METVS.

Metum auget, ſcelus qui obruit ſcelere. Sen. A-
*Quod metum auget, qui ſcelere ſcelus obruit.* gam.

Metus eſt malus rerum interpres.

** Sed malus interpres rerũ met⁹, omne trahebat* Claud.
*Augurium …eiore via.—* de bello

Metus laudare quos cogit, eoſdem & inimi Geti-
cos reddit. co.

*—Quos cogit metus* Sen.
*Laudare, eoſdem reddit inimicos metus.* Thyeſt.
*—Quem metuit, quiſq; periſſe cupit.* Ouid. 2.
Amor. 2

---

## MILITIA.

Militiæ togatæ elegans deſcriptio.

*-Tamen & ſi bella quierunt,* Lucanus
*Non perit virtus: licet exercere togatæ* ad Piſo-
*Munera militiæ: licet & ſine ſanguinis hauſtu* nem.
*Mitia legitimo ſub iudice bella mouere.*
*Hinc quoq; ſeruati contingit gloria ciuis,*
*Altaq; victrices intexunt limina palmæ, &c.*
*Olim tuba vias impleuerat agmine denſo,*
*Ardua nunc eadẽ ſtipat fora, cùm tua mœſtos*

Aa 5

Universidad de Deusto Biblioteca



*Defenſura reos vocem facundia mittit:*
*Seu trepidos ad iura decem citat haſta virorū*
*Et firmare iubet centeno iudice cauſſas:*
*Seu capitale nefas operoſa diluis arte,*
*Laudibus ipſa tuis reſonant fora.—*

Milites omnes impii, perfidi, & ad omnia vitia perpetranda parati, ſi lucrum detur.

Lucanus 15. *Nulla fides, pietasq; viris, qui caſtra ſequūtur,*
*Venalesque manus: ibi fas, vbi maxima merces.*

Milites duce percuſſo diffugiunt.

Ouid. 3. Faſt. *Diffugiunt Tyrii quo quenq; agit error: vt olim*
*Amiſſo dubiæ rege vagantur apes.*
Val. Flaccus 4. **Bebricas extēplo ſpargit fuga: nullus ademti*
*Regis amor: montē celeres ſiluamq; capeſſunt.*

---

## MISERIA.

### Miſeriæ maximæ intimatio.

*Si mihi non parcis, fortuna parcere debes,*
*Non habet in nobis vllius ira locum.*
Ouid. 5. Triſt. 7. *Elige noſtrorum minimū, minimumq; malorū,*
*Iſto, quo quereris, grandius illud erit.*
*Quam multa madidæ celātur arundine foſſæ,*
*Florida quam multas Hybla tuetur apes.*
*Quam multa gracili terrena ſub horrea ferre*
*Limite formicæ grana reperta ſolent:*
*Tam me circumſtat denſorum turba malorū.*
*Crede mihi vero eſt noſtra querela minor.*





*Hic qui contentus non eſt, in litus arenas,*
*In ſegetem ſpicas, in mare fundat aquas.*
*Intempeſtiuos igitur compeſce furores,*
*Vela neq; in medio deſere noſtra mari.*
**Tempora nā miſeræ cōplectar vt omnia vitæ,* Idem 4.
*A meritis eius pars mihi nulla vacat:* Pont. 15.
*Quæ numero tot ſunt, quot in horto fertilis arui*
*Punica ſub lento cortice grana rubent:*
*Africa quot ſegetes, quot Tmolia terra racemos,*
*Quot Sicyō baccas, quot parit Hybla fauos.*

Miſeria caret inuidia.

*Mauelim mihi inimicos inuidere, quàm me inimicis meis.* Cleob. per Auſ.
*Nā inuidere alii bene, tibi male eſſe, miſerū eſt.*
*Qui inuident, egent: illi quibus inuidetur, rem habent.* Ouid. 4. Pont. 10.
**Fortunæ inuidia eſt immeritus miſer.*

Miſeriam fide carere miſerrimum eſt.

*Qui veniunt iſtinc, vix vos ea credere dicunt:*
*Quàm miſer eſt, qui fert aſperiora fid !*

Miſerias ferre leue eſt, ꝑferre autem graue.

*Erras, malorum cenſus accreſcit die.* Sen.
*Leue eſt miſerias ferre, perferre eſt graue.* Thyeſt.

Miſer eſt qui grauiter amat, qui verò leniter, felix.

*Ah miſeri, quos hic grauiter Deus vrget: at ille* Tibullus 2. 1.
*Felix, cui placidus leuiter afflat amor.*

Quis miſer, quis miſerior, quis verò miſerrimus ſit.

Plaut. Capt. *Miſer homo eſt, qui ipſe ſibi, quod edit, quæ-*
*& id ægrè inuenit.*
*Sed ille eſt miſerior, qui & ægrè quærit, & ni-*
*hil inuenit.*
*Ille miſerrimus eſt, qui cùm eſſe cupit, quod ede-*
*non habet.*

Miſer non eſt, cui mori facile eſt, ſed cui econtrà euenit

Sē Herc. Oet. *Nunquam eſt ille miſer, cui facile eſt mori.*
** O quàm miſerum eſt, neſcire mori.*

Miſer timet aſſiduè, ne deterius ei contingat.

Idem Agam. Ouid. 14. Met. *—At Agmon*
*Feruidus ingenio, tum verò & cladibus aſper,*
*Quid ſupereſt, quod iã patientia noſtra recuſet*
*Ferre viri dixit, quid habet Cytherea q̃ vltrà*
*Velle puta, faciat? nam dũ peiora timentur*
*Eſt locus in voto.–*

Miſerum ſe credit nullus, niſi ad feliciores comparatus.

Sē. Troad. act. 4. *Nemo ſe credit miſerum, licet ſit*
*Tolle felices, remoueto multo*
*Diuites auro, remoueto centum*
*Rura qui ſcindat opulenta bobus,*
*Pauperi ſurgent animi iacentes.*
*Eſt miſer nemo, niſi comparatus.*

Qui



Qui miſer eſt, vt Hercules fuit, hic Deus non eſt

*Quencunq; miſerum videris, hominem ſcias.* Sē. Herc. fur.

Miſeri Deum colere maximè debent.

*Miſeris colendos maximè Superos reor.* Sen Agam.

Miſeri increduli dicuntur.

*-Miſera mens incredula eſt.* Sē. Herc. Oet.

Miſeri, maleuolentes atq; inuidi de aliorum bonis ſunt, cupiuntque illis omnes eſſe ſimiles.

*Quia tute ipſe eges in patria, nec tibi quid vi-* Plaut.
*uas domi'ſt,* Capt.
*Omnes inuenire ſimiles tibi vis. non mirũ facis.*
*Eſt miſerorum vt maleuolentes ſint, atq; inui-*
*deant bonis.*

Pudore vacant miſeri.

*-Nullus eſt miſeris pudor.* Sē. Oed. act. 1.
*-Nec habent extrema pudorem.*

Miſeri quod nimis volunt, hoc facilè credũt, imò quod nimis metuunt. Stat. 8. Theb.

*-Quod nimis miſeri volunt* Sē. Herc.
*Hoc facilè credunt.–* fur.
MEG. *Immo quod metuunt nimis;*
*Nunquam amoueri poſſe, nec tolli putant.*

Miſeri ſuſpicioſi ſunt, ſeque negligi ſemper credunt.

*Omnes, quibus res ſunt minus ſecundæ, magis* Ter. Adelp. act. 4. ſc. 3.
*ſunt neſcio quo modo*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Suſpicioſi: ad contum. l:am omnia accipi[...]
magis:*

*Propter ſuam impotentiam, ſe ſemper cr[...]
negligi.*

Sen. Miſerorum eſt nunquam lætis rebus cr[e]-
Thyeſt. re atque gaudere.

*Proprium hoc miſeros ſequitur vitium,
Nunquam rebus credere lætis.
Rideat felix fortuna licet,
Tamen afflictos gaudere piget.*

Miſeris vnicum ſolatium eſt, ſocium
in pœnis habere.

Sen. *Dulce mærenti populus dolentûm,*
Troad. *Dulce lamentis reſonare gentes.*
act. 4. *Lenius luctus lacrymæque mordent, &c.*
*Turba quas fletu ſimili frequentat.*
*Ferre, quam ſortem patiuntur omnes,*
Ibidem. *Nemo recuſat.*
** Æquior caſum tulit, & procellas,*
*Mille qui ponto pariter carinas*
*Obrui vidit.-*

Miſerrimus nil veretur.

Ouid. 14 *-Sors autem vbi peſſima rerum eſt,*
Met. *Sub pedibus timor eſt, ſecuraq; ſumma malorũ.*
Sẽ. Oed. **Solent extrema ſecuros facere mala.*

Miſerrimus mortem optat, quia miſeriæ
finis eſt.

*O vtinam à noſtro ſecedere corpore poſſem.*

Nec



*Nec mihi mors grauis eſt poſituro morte dolo-*
** Occurrũt animo pereũdi mille figuræ, (res.*
*Morsq; mi.⁹ pœna, quã mora mortis, habet.* Ouid. 3.
**Si vis Vlyſſe cogere Andromacken metu,* Met.
*Vitam minare, tam mori votum eſt mihi.* Ouid.
**Nec lethum timeo, genus eſt miſerabile lethi:* Epiſt.10.
*Demite naufragium, mors mihi munus erit.* Sen.

Troad.

Ouid. 1.

## MISERICORDIA.

Miſericordiæ ac veniæ nullus eſt poſt mor- Triſt. 2.
tem locus.

*Aut Manes ignare fugis, nec flectere Parcas,* Stat.3.
*Aut placare male datur aſpera numina Lethes.* Sil.3.
**Supprime tã lacrymas, nõ eſt reuocabilis iſtis* Ouid.ad
*Quem ſemel vmbrifera nauita lintre tulit.* Liuiam.
**Deſine Paulle meũ lacrymis vrgere ſepulcrũ.* Propert.
*Panditur ad nullas ianua nigra preces* 4.12.

Reliqua pete ex titu. de Lacrymis. Item
titulo de Inferno. Ouid.13.

Miſericordiæ imploratio piiſſima. Met.

*-Tantum miſerere, preceſque* Sen.
*Supplicis exaudi: tibi enim ſuccũbimus vni:* Troad.
*Pedibus admoueo tuis.* Claud.
*Miſerere matris, & preces placidus pias,* epig.Sa-
*Patiensq; recipe, quoque te celſum altius* tisfact.
*Superi leuarunt, mitiùs lapſos preme.* apud
** Me precor, heu me redde mihi, grauibuſque* Hadria-
*medere* num.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Vulneribus, vitamq; iube famamq; reuerti.*
*Quæ per te cecidit, per te fortuna reſurgat.*
*Sanus Achilleis remeauit Thelephus herbis,*
*Cuius pertulerat vires, & ſenſit in vno*
*Lethalẽ, placidamq; manũ: medicina per hoſt.*
*Contigit. & pepulit, quos fecerat ipſe, dolores.*
Plaut. *-Nunc obſecro te vnum hoc,*
Capt. *Quoniam nobis Dii immortales animũ oſtenderunt ſuum.*
*Vt qui herum me tibi fuiſſe, atq; eſſe nunc conſeruum velint:* *(oro per precariam*
*Quod ante hac pro iure imperitabã meo, nũc*
*Per fortunam incertam, & per mei te erga bonitatem patris,* *(manũ*
*Perq; conſeruitium cõmune quod hoſtica euenit*
*Ne me ſecus honore honeſtes, quam ego te, cum ſeruiebas mihi.* *(mineris.*
Claud' *Atq; qui fueris, & q nũc ſis, memini ſſe vt me-*
2. Eu- **In te iam ſpes vna mihi, pro fronde Mineruæ*
trop. *Has tibi protendo lacrymas, ſuccurre ruenti.*
*Eripe me tandem, ſeruilibus eripe regnis.*
*Neue adeo cunctos paucorum crimine damnes.*
*Nec noua tot meritis offenſa prioribus obſtet.*
*Iam tã flecte animũ: ſuprema pericula ſemper*
*Dant veniam culpæ.-*

Virg. 1. Miſericors magis eſt, qui aliqua mala perpeſſus eſt, quam qui nulla.
Æn. *Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco.*

Miſeri-



Miſericors pro vita mortem ſæpe miſero dedit.

AG. *Cur dextra Regiſ ſpiritum eripuit tua?* Sen.
PYR. *Mortem miſericors ſæpe pro vita dabit.* Troad.

---

## MODVS.

Modus in omnibus rebus ſeruandus eſt, eo quod omne nimium vituperabile. Hor. 1. Serm. 1.

*Eſt modus in rebus ſunt certi denique fines.* Idem 1.
*Quos vltra, citraque nequit, cõſiſtere rectum.* Epiſt. 6.
**Inſani ſapiens nomen ferat, æquus iniqui,*
*Vltra, quàm ſatis eſt, virtutem ſi petat ipſam.*
**Modus omnib. in reb. ſoror eſt optimũ habitu.* Plaut.
*Nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus ex ſe.* Pœn.
**Ex Mitylenæis nimium nil Pittacus oris.* Auſ. de
*Menſuram optimũ ait Cleobulus Lindius in re.* ſeptem ſapient.

Modum excẽdens inſtabile eſt: moderata verò durant.

*Moderata durant.* Sen. Troad.
*-Nec vnquam*
*Sanguine cauſidici maduerunt roſtra puſilli.* Iuuen. 10

---

## MONITIO.

Monitio vtilis eſt, etiam ſi illud, ad quod hortaris aliquem, agat.

*Ergo quod fuerat, ſtimulis factura ſine vllis,* Ouid. 2
*Plenius auctorem te quoque nacta facit.* Pont. 11

Universidad de Deusto Biblioteca



*Acer, & ad palmæ per ſe curſurus honores,*
*Si tamen horteris, fortius ibit equus.*
Idem 5. **Nec te credideris, quia non facis iſta, mone*
Triſt. 15. *Vela damus, quamuis remige puppis eat.*
*Qui monet, vt facias, quod iā facis, ille mo*
*Laudat, & hortatu comprobat actu ſuo.*
Idem 2. **Nunc opus eſt celeri ſubdere calcar equo.*
Remed. Monentis verba impatiens animus odi
Ouid. 1. *Impatiens animus, nec adhuc tractabilis ar*
Remed. *Reſpuit, atque odio verba monentis hab*
Monitio loco, temporeque congruo fieri debet.
Ouid. 1. *Quis matrem, niſi mentis inops, in funere na*
Remed. *Flere vetat? non hoc vlla monenda loco eſt.*
Idem 1. **Vtque Machaoniis Pœantius artibus heros.*
Pont. 4. *Lenito medicam vulnere ſenſit opem:*
*Sic ego mente iacens, & acerbo ſaucius ictu.*
*Admonitu cœpi fortior eſſe tuo.*
*Et iam deficiens ſic ad tua verba reuixi,*
*Vt ſolet infuſo vena redire mero.*

---

## MORA.

Mora omnis reſecanda eſt, eò quod damnoſa eſt ferè in omni re.
Ouid. 11. Met. *Sed mora damnoſa eſt, nec res dubitare remit-*
Lucan. 2 *Dū ſupereſt aliqd, cūcti coeant ad arma. (tit:*
Sen. **Tolle moras, ſemper nocuit differre paratis.*
Thyeſt. **Serum eſt cauendi tempus in mediis malis.*
**Pelle*



**Pelle moras, breuis eſt magni fortuna fauoris.*
*— Mora ſæpe malorum* Silius 4.
*Dat cauſſas. —* Manil. 4
**Vidi ego quod fuerat primò ſanabile vulnus* Ouid. 1.
*Dilatum longæ damna tuliſſe moræ.* Remed.
Mora omnis amanti longa videtur.
*Lōga mora eſt nobis omnis, quæ gaudia differt:* Ouid.
*Da veniam faſſæ, non patienter amo.* Epiſt. 18.
Mora in amore vires haud paruas amanti præbet.
*Nā mora dat vires, teneras mora percoquit v-*
*Et validas ſegetes, quæ fuit herba facit. (uas.*
*Quæ præbet latas arbor ſpatiantibus vmbras,*
*Quo poſita eſt primum tempore virga fuit.*
*Tunc poterat manibus ſumma tellure reuelli,*
*Nunc ſtat in immenſum viribus aucta ſuis.*
**Verba dat omnis amans, reperitque alimenta morando.* Ibidem.
**Aſſumſit vires, auctaque flamma mora eſt.* Idem.
*Quique fuit nunquā paruus vel tempore lōgo* Epiſt. 19.
*Ex ſpe, quam dederas tu mihi, creſcit amor.*
**Quod ratio nequit, ſæpe ſanauit mora* Sen.
Mora omnis properanti longa eſt. Agam.
*Omnisque nimium longa properanti mora eſt.* Sen.
Mora ad præſtandum auxilium breuis eſſe debet. Ibidem.
Ouid. 4.
*Ad opem breuis hora ferenda eſt.* Met.
Mora ſæpe ſanat, quod ratio nequit ſanare.

Universidad de Deusto Biblioteca



Sen. Agam. Proinde quidquid eſt, da ſpatium & tempus ſi-
Quod ratio nequit, ſæpe ſanauit mora.
Ouid. 3. Faſt. *Differ, habent parua commoda magna mo-

## MORBI.

Non omnis morbus eſt ſanabilis.

Ouid. 1. Pont. 4. Non eſt in medico ſemper, releuetur vt æger:
Interdum docta plus valet arte malum.
Cernis vt è molli ſanguis pulmone remiſſus
Ad Stygias certo limite ducat aquas?
Afferat ipſe licèt ſacras Epidaurius herbas,
Sanabit nulla vulnera cordis ope.
Tollere nodoſam neſcit medicina podagram,
Nec formidatis auxiliatur aquis.
Idem 3. Pont. 7. *Curandi fieri quædam maiora videmus
Vulnera, quæ melius non tetigiſſe fuit.

Aliud eſt ſentire, aliud tollere morbum.

Ouid. 3. Pont. 9. Non eadem ratio eſt ſentire, & tollere morbos:
Senſus ineſt cunctis, tollitur arte malum.

Morbis quamprimum, antequam inualuerint occurrendum.

Ouid. 1. Remed. Opprime dū noua ſunt ſubiti mala ſemina morbi,
Et tuus incipiens ire reſiſtat equus.
Ibidem. *Principiis obſta, ſerò medicina paratur,
Cùm mala per longas inualuere moras.
Sed propera, nec te venturas differ in horas.
Ibidem. *Vidi ego quod fuerat primo ſanabile vulnus
Dilatum, longa damna tuliſſe mora.

*Elle-



*Elleborum fruſtra, cùm iā cutis ægra tumebit Perſius.
Poſcentes videas: venienti occurrite morbo.

Morbi diuerſi, diuerſis medicamentis ſunt ſanandi.

Nā quoniā variant animi, variabimus artes: Ouid. 1. Remed.
Mille mali ſpecies, mille ſalutis erunt.
Corpora vix ferro quædam ſanantur acuto:
Auxilium multis ſuccus, & herba fuit.

## MORES.

Ad bonos mores nunquam ſera eſt via.

Nam ſera nunquam eſt ad bonos mores via. Sen. Agam.
Quem pœnitet peccaſſe, penè eſt innocens.

Mores bene componere maximum eſt opus hominum.

Maius opes mores compoſuiſſe ſuos. Ouid. 3. Art.

Vnuſquiſq; ſeſe moribus eorum cōformare debet, quibuſcum conuerſatur.

Sedulo moneo quæ poſſum pro mea ſapientia. Ter. Adel.
Verū quid facias? vt homo eſt, ita morē geras.

Mores mali vt herba irrigua ſuccreuere.

Mores mali, quaſi herba irrigua ſuccreuerunt Plaut. Trin.
vberrimè:
Neq; quidquā hîc vile nūc eſt, niſi mores mali:
Eorum licet iam meſſem metere maximam.

Mores, leges in poteſtatem ſuā perduxerunt: quia nō quod licet hodie fit, ſed quod libet. Igitur reſecandi ſunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Plaut. -Nũc mores nihil faciũt, ꝙlicet, niſi quod lubet.
Trin. Ambitio iã more ſancta'ſt, libera'ſt à legibus.
Ibidem. *Mores leges perduxerunt iam in poteſtatem
ſuam, &c.
(rei
Eæ miſeræ etiã ad parietem ſunt fixæ clauis ferreis
Vbi males mores affigi nimio fuerat æquius.
Ter. *Quam multa iniuſta, ac praua fiũt moribus,
Heaut. ſcilicet prauis.

Morigeratæ erunt tam mulieres, quàm virgines: & vt tales ſint, admonitio bona.

Ouid. de Prima ſit in vobis morum tutela: puellæ
med. fa- Ingenio facilè conciliante placent.
ciei. Certus amor morũ, formam populabitur ætas.
Hor. 3. *Prima nocte domum claude: neque in vias
Car. 7. Sub cantu querulæ deſpice tibiæ:
Et te ſæpe vocanti
Duram, difficilis mane.

De morum mũditia, elegantia & ciuilitate.

Ouid. 1. Munditiæ placeant, fuſcentur corpora campo,
Art. Sit bene conueniens, & ſine labe toga.
Linguaque nec rigeat, careãt rubigine dentes:
Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.
Quid ſi præcipiam ne fuſcet inertia dentes,
Oraque ſuſcepta mane lauentur aqua?
Nec male deformet rigidos tonſura capillos:
Sit coma, ſit docta barba reſecta manu.
Et nihil emineant, & ſint ſine ſordibus vngues,
Inque caua nullus ſtet tibi nare pilus.

Nec



Nec male odorati ſit triſtis anhelitus oris,
Nec lædat nares virque, paterque gregis.
*Sint modici rictus, paruæque vtrinq; lacunæ: Idem 3.
Et ſummos dentes ima labella tegant. Art.
Nec ſua perpetuo contendant ilia riſu:
Sed leue neſcio quid femineumque ſonent.
*Eſt & inceſſu pars non temnenda decoris, Ibidem.
Allicit ignotos, illa fugatque viros.
*Carpe cibos digitis: eſt quidam geſtus edendi, Ibidem.
Ora nec immunda tota perunge manu.
Neve diu præſume dapes: ſed deſine citra
Quàm cupias paulo quàm potes eſſe minus.
*Nec coram mixtas ceruæ ſumſiſſe medullas. Idem 3.
Nec coràm dentes perfricuiſſe probem. Art.
Iſta dabunt faciem, ſed erunt deformia viſu:
Multaq; dum fiunt turpia, facta placent.
*Certa tibi à nobis dabitur menſura bibendi: Ouid. 2.
Officium præſtent mensque, pedesque ſuum. Art.
Iurgia præcipuè vino ſtimulata caueto,
Et nimium faciles ad fera bella manus.
Occidit Eurycion ſtulte data vina bibendo:
Aptior eſt dulci menſa, merumque ioco.
*Parua monere pudet: telorum dicere iactus, Ouid. 3.
Vt ſciat, & vires teſſera miſſa tuas. Art.
*Sed minimus labor eſt ſapienter iactibus vti: Ibidem.
Maius opus mores compoſuiſſe ſuos.
Tunc ſumus incauti, ſtudioq; aperimur ab ipſo,
Nudaque per luſus pectora noſtra patent.

Ibidem. *Pertinet ad faciem rapides compeſcere mores:
Candida pax homines, trux decet ira feras.
Ora tument ira: nigreſcunt ſanguine venæ:
Lumina Gorgoneo ſæuius angue micant.
Odimus immodicos, experto credite, faſtus:
Sæpe tacens odii ſemina vultus habet.
Spectantem ſpecta: ridenti mollia ride.
Innuet: acceptas tu quoque redde notas.
Paulò ante. *Rara tamen mēda facies caret: occule mēdas,
Quodque potes vitium corporis abde tui.
Plaut. Pœn. *Liberos homines per vrbē modico magis, quàm par eſt gradu
Ire: ſeruile eſſe duco, feſtinantem currere.

---

## Mors

Mortis memoria iugis eſſe debet, idq; etiam Dei præcepto, cui ſoli Epicurei repugnāt, ſed falsò.

Hor. 1. Epiſt. Inter ſpem, curamque timores inter, & iras
Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum,
Grata ſuperueniet, quæ non ſperabitur, hora.
Perſius. *Viue memor lethi: fugit hora: hoc q̄ loquor, inde eſt.
Chiloſ er *Viue memor mortis, vti memor ſis & ſalutis.
Auſon. *Exſpectant curæque, catenatique labores:
Mart. 1. Gaudia non remanent, ſed fugitiua volant.
Hæc vtraque manu, complexuque aſſere toto:
Sæpe fluunt, imò ſic quoque lapſa ſinu.

Non



Non eſt crede mihi, ſapientis dicere, viuam.
Sera nimis vita eſt, craſtina, viue hodie.
*Pāge toros, pete vina, roſas cape, tingere nar- Idem. 2.
Ipſe iubet mortis te meminiſſe Deus. (do:
*Et metus ille foras præceps Acherōtis agendus Lucret. 3
Funditus, humanā qui vitam turbat, & imo
Omnia ſuffundens mortis nigrore, nec vllam
Eſſe voluptatem liquidam puramque relinquit.

Mors commmunis eſt omnibus, nullique parcit.

Heu mortem inuiſam: quæ ſola vltricib. armis Maph.*
Elatos frenas animos, communia toti Vegius
Genti ſceptra tenens, æternaque fœdera ſeruās. in ap-
Quæ magnos paruosq; teris, quæ fortibus æquas pendice
Imbelles, populiſque Duces, ſenumque iuuenta. Virg.
*Illa rapit iuuenes prima florente iuuenta, Virg. in
Non oblita rapit, ſed tamen illa ſenes. Mæce-
*Scilicet omne ſacrū mors importuna profa- natis ob-
Omnibus obſcuras iniicit illa manus. (nat, itum.
*Fata manēt omneis, omneis exſpectat auarus Ouid. 3.
Portitor, & turba vix ſatis vna ratis. Amor.
Tendimus huc omnes, metā properamus ad v- 9.
Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas. (nā: Idem ad
*Fortunæ arbitriis tempus diſpenſat vbique: Liuiam.
Illa rapit iuuenes, ſuſtulit illa ſenes. Ibidem.
Quaque ruit, furibunda ruit, totumq; per orbē.
Fulminat, & cæcis cæca triumphat equis.
*Pallida mors æquo pulſat pede pauperū taber- Hor. 1.
nas,

Universidad de Deusto Biblioteca

Car. 4. Regumque turris. —
Idem 1. — Omnes vna manet nox,
Car. 28. Et calcanda ſemel via lethi, &c.
Miſta ſenum, ac iuuenũ dēſentur funera: nulli
Sæua caput Proſerpina fugit.
Idem 2. — Scilicet omnibus,
Carm. Quicunque terræ munere veſcimur,
14. Enauiganda ſiue Reges,
Siue inopes erimus coloni.
Idem 3. * Mors & fugacem perſequitur virum,
Car. 2. Nec parcit imbellis iuuentæ,
Poplitibus, timidoque tergo.
Idem 2. — Neque vlla eſt
Carm. 6. Aut magno, aut paruo lethi fuga.
Iuuen. 10 — Mors ſola fatetur,
Quantula ſunt hominum corpuſcula. —
Lucan. * Sortilegis egeant dubii, ſemperque futuris
9. Caſibus ancipites: me non oracula certum,
Sed mors certa facit, pauido, fortiq; cadēdū eſt.
Sen. — Tibi creſcit omne
Herc. Et quod occaſus videt, & quod ortus.
fur. Parce venturis, tibi mors paramur:
Sis licèt ſegnis properamus ipſi.
Prima quæ vitam dedit hora, carpſit.
Mart. 4. * Nullo fata loco poſsis excludere, cum mors
Venerit in medio Tibure Sardinia eſt.
Propert. * Lõgius, aut propius mors ſua quēq; manet.
2. 28. * Haud vllas portabis opes Acherõtis ad vndas:
Nudus



Nudus ab inferna ſtulte vehere rate. Idem 3. 3.
Victor cum victis pariter miſcebitur vmbris,
Conſule cum Mario capte Iugurtha ſedes.
Lydus Dulychio non diſtat Crœſus ab Iro.
Optima mors, parca quæ venit die.
* Omnia debentur vobis, paulumque morati Ouid. 10.
Serius, aut citius ſedem properamus ad vnam, Met.
Tendimus huc omnes. —
* Quid gen⁹, aut virtus, aut optima profuit illi Propert.
Mater, & amplexum Cæſaris eſſe focos? 3. 16.
Aut modò tam pleno fluitantia vela theatro,
Et per maternas omnia geſta manus?
Occidit, & miſero ſteterat vigeſimus annus,
Tot bona tam paruo clauſit in orbe dies.
I nunc, tolle animos, & tecum finge triumphos,
Stantiaque in plauſum tota theatra iuuēt:
Attalicas ſupera veſtes, atque omnia magnis
Gemmea ſint ludis, ignibus iſta dabis.
Sed tamē huc omnes, huc prim⁹, & vltimus ordo.
Eſt mala, ſed cũctis iſta terēda via eſt.
Exoranda canis tria ſunt latrantia colla:
Scandenda eſt torui publica cymba ſenis.
Ille licet ferro cautus ſe condat, & ære,
Mors tamen incluſum protrahit inde caput.
Neria non facies, non vis exemit Achillem,
Crœſum aut Pactoli quas parit humor opes. Claud. 2
* Sub tua purpurei venient veſtigia reges rapt. Pro
Depoſito luxu, turba cum paupere mixti: ſerpina.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Omnia mors æquat.—*

Mortis terminus à Deo vnicuique fixus eſt, vltra quem tranſgredi nemo poteſt.

*Sed rigidum ius eſt, & ineuitabile mortis*
Ouid. ad **Certo veniunt ordine Parcæ.*
Liuiam. *Nulli iuſſo ceſſare licet,*
Sen. *Nulli ſcriptum proferre diem.*
Herc. *Recipit populos vrna citatos.*
fur. act. **Tunc ſolamina cantibus*
1. *Quærens flebilibus modis,*
Idem *Hoc Orpheus cecinit Getis*
Herc. *Leges in ſuperos datas,*
Oet. *Et qui tempora digerens*
Act. 3. *Quatuor præcipitis Deus*
*Anni diſpoſuit vices,*
*Nulli non auidas polo*
*Parcas Flamina nectere.*
Lucret. 3 **Certa quidem finis vitæ mortalibus adſtat.*
*Nec deuitari lethum pote quin obeamus.*
Mart. 5. **Lanificas nulli tres exorare puellas*
57. *Contigit: obſeruant, quem ſtatuere diem.*
*Diuitior Criſpo, Thraſea conſtantior ipſo,*
*Lautior & nitido ſis Meliore licet.*
*Nil adicit penſo Lacheſis, fuſosque ſororum*
*Explicat, & ſemper de tribus vna necat.*
Silius 3. **Et pace, & bello cunctis ſtat terminus æui.*
Tibul. 1. *Extremumque diem primus tulit.—*
3. **Hunc cecinere diem Parcæ fatalia nentes*

Sta-



*Stamina non vlli diſſoluẽda Deo.*

Mortis genera multa ac diuerſa ſunt.

*Omnibus eſt eadem lethi via, non tamen vnus* Corn.
*Eſt vitæ cunctis, exitiique modus.* Gal-
*Hac pueri, atq; ſenes, pariter iuueneſq; ferẽtur.* lus vel
*Hac par diuitibus pauper egenus erit.* potius
**Mille modis lethi miſeros mors vna fatigat.* Maxi-
**Nam populos mortale genus, plebiſq; caducæ* mianus
*Quid fleat interit⁹? hos bella, hos æquora poſcũt:* Stat. 9.
*His amor exitio, furor his, & ſæua cupido:* Theb.
*Vt ſileam morbos, hos ora rigentia brumæ,* Idem 2.
*Illos implacido lethalis Sirius igni:* Sil. 1.
*Hos manet imbrifero pallẽs autumnus hiatu,*
*Quidquid habet ortus, finẽ timet, ibim⁹ omnes,*
*Ibimus: immenſis vrnã quatit Æacus vmbris.* Sen.
**Eripere vitam nemo non homini poteſt,* Theb.
*At nemo mortem: mille ad hanc aditus patẽt.*

Mors timenda non eſt: quia huius miſeriæ terminus eſt.

Lucan. 8
*—Mors vltima pœna eſt*
*Nec metuenda viris.—*

Mortem qui non timet, Diis aſſimilatur.

*Qui vultus Acherontis atri,* Sen.
*Qui Styga triſtem non triſtis videt,* Agam.
*Audetque vitæ ponere finem,*
*Par ille Regi, par ſuperis erit.*

Mors miſeris ſolatiũ & munus eſſe dicitur

Universidad de Deusto Biblioteca



quia ærumnarũ præſentis vitæ finis eſt.

Nec lethum timeo, genus eſt miſerabile lethi:
Ouid. 1. Demite naufragiũ, mors mihi munus erit.
Triſt. 2. *Vna tamen ſpes eſt quæ me ſolatur in iſtis,
Idem 4. Hac fore morte mea non diuturna mala.
Triſt. 6. *HERC. Felix Priamus,
Sen. Dicite cuncta, liber Manes
Troad. Vadit, ad imos, nec feret vnquam
act. 1. Victa Graium ceruice iugum, &c.
Hos CHOR. Felix Priamus, dicimus omnes:
Verſus Secum excedens ſua regna tulit:
Georg. Nunc Elyſi nemoris tutis
Fabrici- Errat in vmbris, interque pias
us Felix animas Hectora quærit.
aliter
diſtin-
guit.

Cita mors præſtat.

Mitius ille perit, ſubita qui mergitur vnda,
Quàm ſua qui liquidis brachia laſſat aquis.

Ouid. 3. Pont. 7. Mors felix dicitur, quãdo hominem in proſperitate poſitum non interimit, & vocata quoq; venit: ſurda autem, & crudelis, quando afflictos interimere negat.

Boeth. 1. Mors hominum felix quæ ſe nec dulcibus annis
8. Inſerit, & mæſtis ſæpe vocata venit.
Eheu, quam ſurda miſeros auertitur aure,
Et flenteis oculos claudere ſæua negat.

Mortem optare timidi eſt, atque adeo malum, peius autem illam timere.

Timidi eſt optare necem. —

*Vtrum-



*Vtrunq; (ſcilicet mortem cupere, & mortẽ petere) timidi eſt velle. Ouid. 4. Met.

*Mortem optare, malum: timere, peius. Sẽ. Oed.

In malis rebus morte nihil eſt melius. Periand.
— Neque eſt per Au-
Melius morte in malis rebus. ſon.

Mori contemnit qui non concupiſcit. Plaut.
contemſit mori Rud.
Qui non concupiſcit. Sẽ. Oed.

Mors vltima linea rerum eſſe dicitur.
-- Mors vltima linea rerum eſt. Hor. 1.

Mori innocẽter ſatius eſt quam peccare, qui Epiſt. 16. autem ob virtutem perit, non interit.

Maxima pœna mihi eſt ipſum offẽdiſſe, priuſq; Ouid. 5.
Veniſſet mallem funeris hora mihi. Triſt. 12.
*Dũ ne ob malefacta peream, parui id æſtumo, Plaut.
Si ego hic peribo, &c. Capt.
At erit mihi hoc factũ mortuo memorabile,
Qui per virtutem peritat, nõ interit. &c.
*Nonne mori ſatius, vitæ quàm ferre pudorẽ? Claud.

Mortui deflẽdi nõ ſunt, vt ſuprà tit. de lacry- de bello mis oſtenſum eſt, ſed potius viuentes. Gil.

Mors tantum vellem matrẽ mea fallere poſſet. Ouid. 15.
Mater obeſt, minuitq; necis mihi gaudia, quã- Met.
uis
Nõ mea mors illi, verum ſua vita gemẽda eſt.

Mortui honorãdi ſunt tumulo ſacrificioq;.

Eſt honor & tumulis animas placare paternas, Ouid. 2.
Paruaque in exſtructas munera ferre pyras. Faſt.

Universidad de Deusto Biblioteca



*Paruapetunt Manes pietas pro diuite grat…*
Iuuen. 3. *Munere: non auides S yx habet ima Di…*
*— Quoties huic talis ad illos*
*Vmbra venit, cuperet luſtrari, ſi qua dare…*
*Sulfura cum tedis, & ſi foret humida lau…*

Morientis, mortuiue periphraſis.

Silius 12. *Soluitur omne decus letho, niueosq; per art…*
*It Stygius color, & formæ populantur hono…*
*Ambroſiæ cecidere comæ, violataque ceruix*
*Marmoreum in iugulum collo labente recũbi…*
*Haud ſecus Oceano rediens Cytherei… igni…*
*Cùm ſe venari iactat ſplendore refecto,*
*Si ſubita inuadat nubes, hebetatur in atris*
*Decreſcens tenebris languentia lumina condit.*
Stat. 3. Sil. 3. **Felix ô ſi longa dies, ſi cernere vultus*
*Natorum, virideisq; genas tibi guſta dediſſent*
*Stamina: ſed media cecidere abrupta iuuenta*
*Gaudia, florentesq; manu ſcidit Atropos annos.*
*Qualia pellentes declinant lilia culmos,*
*Pubentesq; roſæ primos moriuntur ad Auſtros.*
*Aut vbi verna nouis exſpirat purpura pratis.*

---

MOTVS.

Motu continuo quæque mouentur.

Ouid. 15. Met. *Omnia mutantur, nihil interit, errat, & illinc*
*Huc venit, hinc illuc. —*
*— Cùm ſint huc forſitan illa*
Ibidem. *Hæc tranſlata illuc, sũma tamẽ omnia cõſtant.*





*Nil equidem durare diu ſub imagine eadem*
*Crediderim, ſic ad ferrum veniſtis ab auro*
*Sæcula, ſic toties verſa eſt fortuna locorum.*
*Vidi ego, quod fuerat quõdã floridiſsima tellus,*
*Eſſe fretum: vidi factas ex æquore terras.*
*Cætera fluminis* Hor. 3. Carm. 29.
*Ritu feruntur, nunc medio in alueo*
*Cum pace delabentis Etruſcum*
*In mare, nunc lapides adeſos,*
*Stirpesque raptas, & pecus, & domos*
*Voluentis vnà non ſine montium*
*Clamore, vicinæque ſiluæ:*
*Cùm fera diluuies quietos*
*Irritat amnes.—*
**Semper in aſsiduo motu res quæque geruntur.* Lucret.
*— Qui tempus ab æuo* 1. Boët.
*Ire iubes, ſtabilisq; manens das cuncta moueri.* 3. 9.
**Eſt æquale nihil, terrenos adſpice tractus,*
*Et maris, & notis fugientia flumina ripis.* Manil.
*Crimen vbiq; freques, & laudi noxia iũcta eſt,* 4.
*Sic ſterilis terris lætis interuenit annus,*
*Ac ſubitos rumpit paruo diſcrimine fetus.*
*Et modo portus erat pelagi, iã facta Charybdis.*
*Laudatiq; cadit poſt paulum gratia ponti.*
*Et nunc per ſcopulos, nunc cãpos labitur amnis,*
*Aut faciens iter, aut quærens venitue reditue.*

---

MVLIERES.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Mulier ad fructum & prolem naſcitur.

*Naſcitur ad fructum mulier, prolemq; futur*

Claud. 1. Eutrop. Illa mulier ſapientiſſima eſt, quæ ſecun in reb. ſeipſam nouit, & aduerſa æquanimiter ſuſtinet. (mal

Plaut. Stich. AN. *Quæ tibi mulier videtur multo ſapiẽtiſſi-*
PA. *Quætum, cum res ſecundæ ſunt, ſe poter noſcere.*
*Et quæ æquo animo patietur ſibi eſſe peius, qu fuit.*

Mulieris officium eſt educare liberos, & colo vitam tolerare, &c.

Virg. 8. Æn. *- Ceu femina primum,*
*Cui tolerare colo vitam, tenuiq; Mineruæ*
*Impoſitum cinerem, & ſopitos ſuſcitat ignis,*
*Noctẽ, addens operi, famulasq; ad lumina lõg*
*Exercet penſo, caſtum vt ſeruare cubile*
*Coniugis, & poſſit paruos educere natos.*

Mulier caſta eſſe dicitur, de qua vulgi fama mentiri veretur.

Bias per Auſon. *Quæ caſta eſt? de qua mentiri fama veretur.*

Mulier caſta eſt ea, quæ ſeipſam cuſtodit, nõ quam vir: quia tunc & ſi corpus ſit caſtũ, tamen mens adultera eſt.

Ouid. 3. Amor. 4. **Dure vir impoſito teneræ cuſtode puellæ,*
*Nil agis: ingenio quæq; tuenda ſuo eſt.*
*Si qua metu demto caſta eſt, ea deniq; caſta eſt:*
*Quæ, quia non liceat, non facit, illa facit.*

Vt



*Vt iam ſeruaris bene corpus, adultera mẽs eſt:*
*Nec cuſtodiri, ni velit, vlla poteſt.*
*Nec mentem ſeruare potes, licèt omnia claudas:*
*Omnibus excluſis intus adulter erit.*
**Centum fronte oculos, centũ ceruice gerebat* Ibidem.
*Argus. & hos vnus ſæpe fefellit amor.*
*In thalamo Danae ſaxo, ferroq; perenni*
*Quæ fuerat virgo tradita, mater erat.*
**Quos igitur tibi cuſtodes, quæ limina ponam,* Propert. 2. 6.
*Quæ nunquam ſupra pes inimicus eat?*
*Nam nihil inuitæ triſtis cuſtodia prodeſt:*
*Quam peccare pudet, Cynthia, tuta ſat eſt.*

Mulier illa bona eſt, quæ malefacere poteſt, & non facit.

ANT. *Dic viciſſim nunc iam tu.* PIN. *quid vis tibi dicam pater?* Plaut. Stich.
ANT. *Vbi facillimè ſpectatur mulier, quæ ingenio eſt bono?*
PIN. *Cui malefaciundi eſt poteſtas, quæ ne faciat, id temperat.*
ANT. *Haud malè iſtuc.-*

Mulier corrupta ſemel, poſteà rarò abſtinebit, non ſecus, ac canis à guſtato vncto corio.

*Sic tibi Penelope frugi eſt: quæ ſi ſemel vno* Hor. 2. Serm. 5.
*De ſene guſtarit, tecum partita lucellum:*
*Vt canis, à corio nũquam abſterrebitur vncto.*

Mulier ſi benefacere inceperit, eius cito

Universidad de Deusto
Biblioteca



odium percipit: contrà verò, ſi malè quid-
piam inceperit facere.

Plaut. Truc. *Malè quod mulier facere incepit, niſi id efficere*
*perpetrat (ria eſt.*
*Id illi morbo; id illi ſenio eſt, ea illi miſera miſe-*
*Si benefacere incepit, eius eã citò odiũ percipit:*
*Nimis quàm pauca ſunt defeſſæ, malè quæ fa-*
*cere occeperunt:*
*Nimis quàm pauca efficiunt, ſi quid occeperint*
*benefacere. (bene.*
*Mulieri nimio malefacere melius eſt onus, quàm*

Mulier, mala quæ fieri videt reticens,
bona non eſt.

Plaut. *Virgo atq; mulier nulla erit, quin ſit mala,*
Perſ. *Quæ reticet, ſi quid peruorſe videt.*

Mulier mala voluntatem pro ratione habet.

Iuuen. 6. *Pone crucem ſeruo, meruit quo crimine ſeruus*
*Supplicium? quis teſtis adeſt? quis detulit? audi,*
*Nulla vnquam de morte hominis cunctatio*
*longa eſt.*
*O demens: ita ſeruus homo eſt? nil fecerit: eſto:*
*Hoc volo, ſic iubeo: ſit pro ratione voluntas.*
*Imperat ergo viro.*

Mulier malorum dux, necnon ſcelerum
artifex eſſe dicitur.

*Sed dux malorum femina & ſcelerum artifex*
*Obſedit animos: cuius inceſta ſtupris*
Sē. Hipp. act. 2. *Fumant tot vrbes, bella tot gentes gerunt,*

Et



*Et verſa ab imo regna tot populos premunt.*

Mulier ſæuiſſima tunc eſſe dicitur, cùm ſti-
mulos odio admouet pudor, necnon ſi
repudiata fuerit.

*—Mulier ſæuiſsima tunc eſt,*
*Cùm ſtimulos odio pudor admouet.* Iuuē. 10.
**Sed neq; fuluus aper media tã ſæuus in ira eſt,*
*Fulmineo rapidos dum rotat ore canes:* Ouid. 2.
*Nec lea, cùm catulis lactentibus vbera præbet,* Art.
*Nec breuis ignaro vipera læſa pede,*
*Femina quàm ſocii deprenſa pellice lecti*
*Ardet, & in vultu pignora mentis habet.*
*In ferrum, flammasq; ruit, poſitoq; decoro*
*Fertur, vt Aonii cornibus icta Dei:*
*Coniugis admiſſum, violataq; iura mariti*
*Barbara per natos Phaſias vlta ſuos.*
*Altera dira parens hæc eſt, quã cernis, hirũdo,*
*Adſpice, ſignatum ſanguine pectus habet.*
*Hoc bene compoſitos, & firmos rumpit amores:*
*Crimina ſunt cautis iſta timenda viris.*
**O quàm cruentus feminas ſtimulauit dolor,* Sē. Herc.
*Cum patuit vna pellici, & nupta domus.* Oet.
*Scylla, & Charybdis Sicula contorquens freta* act. 2.
*Minus eſt timenda: nulla non melior fera eſt.*

Muliere nihil peius, neq; audacius.

*Quid peius muliere atq; audacius?* q. d. nihil. Plaut.

Iuuenibus nil illecebroſius muliere, Mil.
vino, & nocte.

Ouid.1. *Nox, & amor, vinũq; nihil moderabile ſuadẽt:*
Amor.6. *Illa pudore vacat, Liber amorq; metu.*
Plaut. **Illecebroſius fieri nihil poteſt nox, mulier, vi-*
Bacch. *Homini adoleſcentulo. (num*

Muliere nihil miſerius, cuius blãditia eſt viſcus merus, illaqueans ſcilicet animam.

Plaut. *Miſerius nihil eſt, quàm mulier,*
Bacch. *Viſcus merus veſtra eſt blanditia.*

Muliere ſuperba atque diuite nihil intolerabilius

Iuuen.6. *Malo Venuſinam, quàm te Cornelia mater*
*Gracchorum, ſi cum magnis virtutibus adfers*
*Grãde ſupercilliũ, & numeras in dote triũphos.*
**Intolerabilius nihil eſt, quàm femina diues.*

Ibidem. Mulieres ad ludos & choreas non aliter ruũt, quàm apes ad flores, & formicæ ad cibũ, vt ſpectentur ſimul & inſpiciant.

Ouid.1. *Vt redit, itq; frequens longũ formica per agmẽ,*
Art. *Granifero ſolitum dum vehit ore cibum:*
*Aut vt apes ſaltusq; ſuos, & olentia nacta*
*Paſcua, per flores, & thyma ſumma volant:*
*Sic ruit in celebres cultiſſima femina ludos,*
*Copia iudicium ſæpe morata meum eſt.*
*Spectatum veniunt, veniunt ſpectẽtur vt ipſæ.*
*Ille locus caſti damna pudoris habet.*

Mulieres ad lacrymas procliues ſunt.

Ouid. 2. *Néve puellarum lacrymis moueare caueto.*
Remed. *Vt flerent oculos erudiere ſuos.*





**Quò nõ ars penetrat, diſcũt lacrymare decẽ-* Ouid 3.
*Quoq; volũt plorãt tẽpore, quoq; modo. (ter,* Art.
**Tũc grauis illa viro, tunc orba Tigride peior,* Lucan. 6
*Tunc ſimulat gemitus occulti conſcia facti.*
*Aut odit pueros, aut ficta pellice plorat*
*Vberibus ſemper lacrymis, ſemperq; paratis*
*In ſtatione ſua.-*

Mulieres dolis & audacia plenę ſunt, nam ſi in culpa aliqua deprehenduntur, illico ad fraudes & conuitia prorumpunt.

*Sed vobis facile eſt verba, & cõponere fraudes,* Propert.
*Hoc vnum didicit femina ſemper opus.* 2.9.
**Ah crudele genus, nec fidum femina nomen:*
*Ah pereat, didicit fallere ſi qua virum.* Tibul.
*-Nil eſt audacius illis*
*Deprenſis. iram, atq; animos à crimine ſumũt.* 3.4.
**Deprehẽſa culpa eſt: anime quid ſegnis ſtupes?* Iuuen.6.
*Regeramus ipſa crimen, atq; vltro impiam* Sẽ. Hipp.
*Venerẽ arguamus: ſcelere velandum eſt ſcelus,* act.2.
*Tutiſſimum eſt inferre, cùm timeas, gradum.*
**Quid ſinat inauſum feminæ præceps furor?* Ibidem.
*Nefanda iuueni crimina inſonti parat.*
*In ſcelere quærit crine lacerato fidem,*
*Decus omne turbat, capitis humectat genas.*
*Inſtruitur omnis fraude feminea dolus.*

Mulieres bonorum agendorũ immemores ſunt, malorum verò nequaquam, quia ad malitiam promiores ſunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Plaut. Si quid faciẽdũ eſt mulieri malæ, atq; malitioſe,
Mil. Ea ſibi immortalis memoria eſt meminiſſe &
ſempiterna: (niunt.
Sin bene quid aut fideliter faciẽdũ eſt, eò deue-
Obliuioſæ extẽplò vti fiãt, meminiſſe nequeũt.
Ter. Hec. 2.1. *Pro Deûm atq; hominum fidem, quod hoc ge-
nus eſt, & quæ hæc coniuratio,
Vt omnes mulieres eadem æquè ſtudeant, no-
lintq; omnia? (viri
Neq; declinatam quidquam ab aliarum inge-
nio vllam reperias: (rus,
Itaq; adeò vno animo omnes ſocrus oderũt nu-
Eſſe aduerſas, æque ſtudium eſt, ſimilis eſt per-
tinacia. (litiam.
In eodẽ omnes mihi vidẽtur ludo doctæ ad ma-
Mulieres dotatæ viros opprimũt, vt & ſuprà
eodẽ tit. dictum eſt: indotatæ verò ſub
viri poteſtate ſunt.
Plaut. Hæ ſunt atque aliæ multæ in magnis dotibus
Aſin. Incommoditates, ſumtusq; intolerabiles.
Nam quæ indotata eſt, ea eſt in poteſtate viri,
Dotatæ mactant & malo damno viros.
Mulieres gubernare continuus & maximus
labor eſt: quia immoderatæ ſunt, cùm in
omnibus, tum verò maximè in cultu.
Negotii ſibi qui volet vim parare,
Plaut. Nauem, & mulierem, hæc duo ſibi cõparato.
Pœn. Nam nullæ magis res duæ plus negotii
Habent,



Habent, fortè ſi occeperis exornare.
Neque vnquam ſatis hæ duæ res ornantur,
Neque eis vlla ornandi ſatis ſatietas eſt.
Atque hæc ita loquor, nunc modò docta dico.
Nam nos vſq; ab aurora ad hoc quod diei ẽſt,
Poſtquam aurora illuxit, nunquã ceſſauimus
Ex induſtria ambæ nunquam conceſſauimus
Lauari, aut fricari, aut tergeri, aut ornari,
Poliri, expoliri, pingi, fingi: & vnà,
Binæ ſingulis quæ datæ nobis ancillæ,
Eæ nos, lauando, eluendo operam dederunt,
Aggerundaque aqua ſunt viri duo defeſſi.
Apage ſis negotii quantum in muliere vna eſt.
Si vero duæ, ſat ſcio, maximo vni
Populo, cui lubet, plus ſatis dare potis ſunt.
Quæ noctes, diesque in omni ætate ſemper
Ornantur, lauantur, tergentur, poliuntur,
Poſtremo modus muliebris nullus eſt,
Neq; vnquam lauando, & fricando ſcimus
Facere * nam quæ elauta eſt niſi,
Perculta eſt meo quidẽ animo, quaſi illauta eſt. Ter. He-
-Noſti mores mulierum, aut. 2.1.
Dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt.-
Mulieres prodigæ ſunt, non cogitantes vn-
de cenſus vel minuatur vel augeatur.
-Tamen vtile quid ſit
Proſpiciunt aliquando viri: frigusq; famemque Iuuena-
Formica tandem quidam expauere magiſtra. lis 6.

*Prodiga non ſentit pereuntem femina cenſum:*
*At, velut exhauſta rediuiuus pullulet arca*
*Nummus, & è pleno ſemper tollatur aceruo,*
*Non vnquã reputãt, quanti ſua gaudia cõſtent.*

Mulierum ornatus maximè creuit, ita vt quod addant, ferè non habeant.

Ouid. 3. Art. *Sed neq; ramoſæ numerabis in ilice frondes,*
*Nec quot apes Hyblæ, nec quod in Alpe feræ,*
*Nec mihi tot cultus numero cõprendere fas eſt,*
*Adiicit ornatus proxima quæque dies, &c.*
*Femina canitiem germanis inficit herbis,*
*Et melior vero quæritur arte color.*
*Femina procedit denſiſſima crinibus emtis,*
*Proque ſuis alios efficit ære ſuos, &c.*
*Quid de veſte loquar? non iã ſegmenta requiro,*
*Nec quæ de Tyrio murice lana rubet.*

Iuuenalis 3. **Hic vltra vires habit⁹ nitor: hic aliquid plus,*
*Quàm ſatis eſt: interdum aliena ſumitur arca.*
*Commune id vitiũ eſt: hic viuimus ambitioſa*
*Paupertate omnes.-*

Mulieres infideles ſunt.

Catullus 70. *Nulli ſe dicit mulier mea nubere malle,*
*Quàm mihi: non ſi ſe Iupiter ipſe petat.*
*Dicit: ſed mulier cupido quod dicit amanti,*
*In vento, & rapida ſcribere oportet aqua.*

Calpurnius Ec. 3. **Mobilior ventis, ô femina, ſic tua Phyllis,*
*Quæ ſibi, nam memini, ſi quando ſolus abeſſes,*
*Milla etiam ſine te, iurabat amara videri.*

*Crede-



**Credere paſtores leuibus noluit puellis.* Ibidem.

Mulieres inuincibilem vincere dicuntur, vt de Hercule liquet.

*Fama Pelaſgiadas ſubito peruenit ad vrbes* Ouid. Epiſt. 9.
*Decolor, & factis infitianda tuis:*
*Quem nunquam Iuno, ſerieſq; immẽſa laborũ*
*Fregerit, huic Iolen impoſuiſſe iugum, &c.*
*Plus tibi, quã Iuno, nocuit Venus: illa premẽdo*
*Suſtulit, hæc humili ſub pede colla tenet, &c.*
*Tene ferunt geminos preſſiſſe tenaciter angues,*
*Cùm tener in cunis iam Ioue dignus erat?*
*Cœpiſti melius, quam deſinis: vltima primis*
*Cedunt: diſſimiles, hic vir, & ille puer.*
*Quem non mille feræ, quẽ nõ Stheneleius hoſtis,*
*Non potuit Iuno vincere, vicit amor.*

**Fortem vocemus, cuius ex humeris leo* Sẽ. Her. fur.
*Donum puellæ factus, & claua excidit,*
*Fulſitq; pictum veſte Sidonia latus?*
*Fortem vocemus, cuius horrentes comæ*
*Maduere nardo? laude qui notas manus*
*Ad non virilem tympani mouit ſonum,*
*Mitra ferocem barbara frontem premens?*

**Natus Alcmena poſuit pharetram,* Idẽ Hipp. act. 1.
*Et minax vaſti ſpolium leonis,*
*Paſſus aptari digitis ſmaragdos,*
*Et dari legem rudibus capillis.*
*Crura diſtincto religauit auro,*
*Luteo plantas cohibente ſocco.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Et manu, clauam modò qua gerebat,
Fila deduxit properante fuſo.
Propert. 3.9. *Quid mirare, meam ſi verſat femina vitã,
Et trahit addictum ſub ſua iura virũ, &c.
Omphale in tantum formæ proceſsit honorem
Lydia Gygæo tincta puella lacu.
Vt, qui pacato ſtatuiſſet in orbe columnas,
Tam dura traheret mollia penſa manu.

Mulieres inconſtantes ſunt.

Eia rumpe moras. varium, & mutabile ſemper
Femina. -
Virg. 4. Æn. *Mobilior ventis ô femina -
Calpurnius Ecl. 3. *Non ſic incerto mutantur flamine Syrtes,
Nec folia Hiberno tam tremefacta Noto,
Quàm citò feminea non conſtat fœdus in ira,
Propert. 2.9. Siue ea cauſſa grauis, ſiue ea cauſſa leuis.
- Nulla diu femina pondus habet.
Propert. 2.25. *Sed flecti poterit, mens eſt mutabilis illis.
Tu modo cum multa brachia tende fide.
Tibull. 3.4.

Mulieres litigioſæ ſunt in omnibus.

Iuuẽ. 6. Nulla ferè cauſſa eſt, in qua non femina litem
Mouerit, accuſat Manilia, ſi rea non eſt:
Componunt ipſæ pro ſe, formantq; libellos.
Propert. 2.9. *Sed vobis facile eſt verba, & cõponere fraudes,
Hoc vnũ didicit femina ſemper opus.

Mulieres nuptæ viro fideles eſſe, eumq; timere debent, vt lex & ius iubent.

Ouid. 3. Art. Nupta virum timeat: rata ſit cuſtodia nuptæ:
Hoc



Hoc decet, hoc leges, iuſq;, pudorque iubent.

Mulierum eſt ingenium, vt cûm viri volũt, nolint, cùm verò nolint, vltrò cupiant.

Immò certè noui ingenium mulierum.
Nolunt vbi velis, vbi nolis, cupiunt vltrò. Ter. Eun.

Mulieres rectè olent, vbi nihil olent.

Mulier rectè olet, vbi nihil olet. Plaut. Moſt.

Mulieres naturaliter timidæ ſunt. Nã hanc paſſionẽ Deus qui naturæ creator eſt, eis dedit, vt expugnari poſſent. malitia autẽ illas audaces reddit, vt ſuprà eodẽ tit. oſtenſum eſt. Mulieres audaciſſimæ, &c.

Sen. Oct. act. 4. Mulier, dedit natura cui pronum malo
Animum, ad nocendum pectus inſtruxit dolis.
Sed vim negauit, vt ne inexpugnabilis
Eſſet, ſed ægras frangeret vires timor.

Mulierum ira immitigabilis eſt.

Credamus tragicis quidquid de Colchide toruæ Iuuenalis 6.
Dicitur, & Procne, nil contra conor, & illæ
Grandia monſtra ſuis audebant tẽporibus: ſed
Non propter nũmos. minor admiratio ſummis
Debetur monſtris, quoties facit ira nocentem
Hunc ſexum, & rabie iecur incendente ferũtur
Præcipites: vt ſaxa iugis abrupta, quibus mõs
Subtrahitur, cliuoq; latus pendente recedit.
*At tu non meritam parcas vexare Lycinnã. Propert. 3.13.
Neſcis veſtra ruens ira referre pedem.

Universidad de Deusto Biblioteca



Vitãdę ſunt mulieres, quoad ei⁹ fieri poteſt.

*-AN. Age tu altera vtra ſit conditio penſiti,*

Plaut. *Virginem, an viduam habere? PI. quanta m*

Stich. *ſapientia eſt, (nimum eſt ma*

*E malis multis, malum quod minimũ eſt, id*

*Qui poteſt mulieres vitare, vitet: vt quotid*

*Pridie caueat, ne faciat, quod pigeat poſtrid*

Mulierum partus frequentes deformant

iuuentamque minuunt.

Ouid. 3. *Adde, quod & partus faciunt, breuiora iuuẽ*

Art. *Tempora: continua meſſe ſeneſcit ager.*

Mulierum viſio hominibus haud parum

nocet.

Virg. 3. *Carpit enim vires paulatim, vritque videndo*

Georg. *Femina.-*

Propert. ** Qui videt, is peccat, qui non te viderit, ergo*

2.31. *Non cupiet fati crimina lumen habet.*

---

## MVNDVS.

Mundus æternus eſt, vt quidem Philoſophi & Poetæ aſſerunt, principio ac fine carẽs: quorum opinionem falſam eſſe, ſuprà tit. de Deo, dictum eſt, Deus creator omnium, &c.

Manilius 1. *Hæc æterna manet diuiſq́; ſimillima forma.*

*Cui neque principium eſt vſquam, nec finis in ipſo:*

*Sed ſimilis toto remanet, perque omnia par eſt.*





** At manet incolumis mundus, ſuaque omnia verſat* Ibidem.

*Quæ nec longa dies auget minuitq; ſenectus,*

*Nec motus puncto currit, curſuque fatigat.*

*Idem ſemper erit, quoniam ſemper fuit idem.*

*Non alium videre patres, aliumve nepotes*

*Adſpicient.-*

Mundus ordinatè ſitus eſt.

*Sed facies quacunque tamen ſub origine rerũ*

*Conuenit, & certo digeſtum eſt ordine corpus.* Manilius 1.

** Quidquid ſubduxit flammis natura, pepercit*

*Succubitura oneri, formas diſiungere tantum* Ibidem.

*Contenta, vt ſtellis oſtendere ſidera certis.*

*Linea deſignat ſpecies, atq; ignibus ignes*

*Reſpõdẽt, media extremis, atq; vltima ſummis.*

Mundus ſphæricus cũ partibus ſuis, ſcilicet, principalibus, quæ ſunt cęlum, ſeu orbes, planetæ, atque elementa quatuor.

*Eſt igitur tellus mediam ſortita cauernam*

*Aeris, & toto pariter ſublata profundo.* Manil. 1.

*Nec patulas diſtenta plagas, ſed condita in orbẽ*

*Vndiq; ſurgentẽ pariter, pariterque cadẽtem.*

*Hæc eſt naturæ facies: ſic mundus & ipſe*

*In conuexa volans teretes facit eſſe figuras*

*Stellarũ, Solisque orbem, Lunæq; rotundum.*

Mundi annihilatio veniet, vel mũdus in chaos reſoluetur, ſecundum quoſdam.

*-Sic cùm compage ſoluta* Lucan. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Secula tot mundi ſuprema coegerit hora,*
*Antiquum repetens iterũ Chaos, omnia mi...*
*Sidera ſideribus concurrent, ignea pontum*
*Aſtra petent, tellusq; extendere litora nolet*
*Excutietque fretum: fratri contraria Phœb...*
*Ibit, & obliquum bigas agitare per orbem*
*Indignata, diem poſcet ſibi, totaque diſcors*
*Machina diuulſi turbabit fœdera mundi.*
Sen. Oct. **Qui ſe ſeneſcit tantus in cæcum Chaos*
act. 2. *Caſurus iterum.—*

Mundus autẽ ſecundum veritatem, nõ quò ad eſſentiã annihilabitur, ſed quõ ad o... bium motus, operationesve omnium in... feriorum. Vide tit. Iudicii dies, &c.

---

MVNERA.

Munera hodie magis diliguntur quàm ſcientiæ:

Ouid. 2. *Carmine laudãtur, ſed munera magna petũtur,*
Art. *Dummodo ſit diues Barbarus, ille placet.*
Idem 1. **Qui dabit, ille tibi magno ſit maior Homero*
Amor. 8. *Crede mihi, res eſt ingenioſa dare.*
Idem 2. **Ipſe licet venias Muſis comitatus Homere,*
Art. *Si nihil attuleris, ibis Homere foras.*

Munera non homines tantùm, ſed & deos placare dicuntur.

Ouid. 3. *Munera, crede mihi, placãt hominesq; deosq;*
Art. *Placatur donis Iupiter ipſe datis.*

Quid



*Quid faciet ſapiens? ſtultus quoq; munere gau-*
*Ipſe quoq; accepto munere mitis erit.* (*det.*

Munera magnates etiam, ac potentes illaqueant.

*—Diffidit vrbium*
*Portas vir Macedo, & ſubruit æmulos* Hor. 3.
*Reges muneribus, munera nauium* Car. 16.
*Sæuos illaqueant duces.*

Munera diuitib. etiam à pauperibus elargiuntur, quibus tamen æquius erat elargiri.

*Quàm iniquè cõparatum eſt, qui minus habẽt* Ter.
*Vt ſemper aliquid addãt diuitioribus.* Phorm.
**Semper eris pauper, ſi pauper, es Æmiliane,* Mart. 5.
*Dantur opes nullis nunc, niſi diuitibus.*

Munera à diuitibus extorquenda ſunt.

*Nec tamen indignum eſt à diuite præmia poſci:* Ouid. 1.
*Munera poſcenti quæ dare poſſit, habet.* Amo. 10.
*Carpite de plenis pendentes vitibus vuas,*
*Præbeat Alcinoi poma benignus ager.*

Munera pretioſiora & acceptiora habentur, ſi à ſplendido viro elargiantur.

*Multiplicat tamen hunc grauitas auctoris ho-* Ouid. 4.
*Et maieſtatẽ res data dantis habet.* (*norẽ,* Pont. 9.
*—Acceptiſſima ſemper* Idem
*Munera ſunt, auctor quæ pretioſa facit.* Epiſt. 16.

Munera danti prodeſſe dicuntur.

*Dignus es argento, fuluo quoque dignior auro:* Ouid. 3.
*Sed te, cùm donas, iſta iuuare ſolent.* Pont. 8.

Dd

Universidad de Deusto
Biblioteca



MVTVVM.

Mutuo dãs aliquid, aut amicum, aut

dere neceſſe erit, ob ſummam homi

malitiam huius ſeculi.

Plaut. Trin. *Si quis mutuum quid dederit, ſit pro proprio*

*ditum.*

*Cùm repetas, inimicum amicum beneficio*

*uenis tuo.*

*Si magè exigere cupias, duarum rerum*

*tur optio.*

*Vel illud quod credideris perdas, vel illũ am*

*cum amiſeris, &c.*

*-- Nam ego talentum mutuum*

*Quod dederam, talento inimicum mihi emi,*

*micum vendidi.*

Mutuum ſi quis, vt decet, reddit, ei magna

habenda eſt gratia.

Ter. Phor. 1.2. *Præſertim vt nunc ſunt mores: adeò res redit:*

*Si quis quid reddit, magna habenda eſt gratia.*

Prodigioſa eſt fides ſi etiam depoſi-

tum reddatur.

Iuuen. 13. *Nunc ſi depoſitum non inficietur amicus,*

*Si reddat veterem cum tota ærugine follem,*

*tabellis. *Prodigioſa fides, & Tuſcis digna *libellis,*

*Quæque coronata luſtrari debeat agna.*





NATVRA.

Natura renouatrix rerum digniſ-

ſima eſt.

*Nec ſpecies ſua cuiq; manet, rerumq; nouatrix* Ouid. 12. Met.

*Ex aliis alias reparat natura figuras.*

Natura potentior eſt arte ſimpliciter, à qua

tamẽ aliquoties adiuuatur, vt ante à no-

bis dictum eſt. Ars naturæ, &c.

*Hic licèt è toto ſollertia conflat orbe,* Ouid. 9. Met.

*Ipſe licèt reuolet ceratis Dædalus alis,*

*Quid faciet? num me puerũ de virgine doctis*

*Artibus efficiet? num te mutabit Ianthe?*

*Diique mihi faciles quidquid voluere dederũt.*

*Quodq; ego, vult genitor, vult ipſa ſocerq; futu-*

*At nõ vult natura, potẽtior omnibus iſtis.* (rus:

Natura ad diuerſa homines inclinat, & v-

nuſquisq; ſemina ſuæ ſequitur naturæ.

*Format enim natura prius nos intus ad omnẽ* Hor. Art.

*Fortunarũ habitũ: iuuat, aut impellit ad irã:*

*Aut ad humũ mœrore graui deducit, & angit:*

*Poſt effert animi motus interprete lingua.*

**Sunt quibus Eleæ concurrit palma quadrigæ:* Propert. 3.7.

*Sunt, quibus in celeres gloria nata pedes.*

*Hic ſatus ad pacẽ, hic caſtrenſib. vtilis armis.*

*Naturæ ſequitur ſemina quiſque ſuæ.*

**Mille hominũ ſpecies, & rerum diſcolor vſus.* Perſius 3.

*Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno.*

*Mercibus hic talis, mutat ſub Sole recenti*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Rugoſum piper, & pallentis grana cumini:*
*Hic ſatur irriguo mauult turgeſcere ſomno:*
*Hic campo indulget: hunc alea decoquit: ille*
*In venerem eſt putris. --*

Natura (id eſt, Deus, qui naturę autor eſt) beatis omnibus eſſe dedit, ſi quis eius donis vti cognouerit.

Claud. 1. *Viuitur exiguo melius, Natura beatis*
Ruff. *Omnibus eſſe dedit, ſi quis cognouerit vti.*
*Hæc ſi nota forent, frueremur ſimplice cultu.*
*Claſsica nõ fremerẽt, nõ ſtridula fraxinus iret.*
*Nõ vẽtus quateret puppes, nõ machina muros.*

Iuuena- Natura paucis, minimisque contenta eſt.
lis 14. *— Menſura tamen quæ*
*Sufficiat cenſus, ſi quis me conſulat, edam.*
*In quantũ ſitis, atq; fames, & frigora poſcunt,*
*Quantũ, Epicure, tibi paruis ſuffecit in hortis,*
*Quantum Socratici ceperunt ante Penates.*
*dicet. *Nunquã aliud natura, aliud ſapientia* dicit.*
Lucan. ** Diſcite quam paruo liceat producere vitam,*
4. *Et quantum natura petat. non erigit agros*
*Nobilis ignoto diffuſus conſule Bacchus.*
*Non auro, myrrhaque bibunt, ſed gurgite puro*
*Vita redit, ſatis eſt populis fluuiuſq; Cereſque.*

Et quæ natura nobis inſeuit nõ facile relinquuntur.

Iuuena- *— Tamen ad mores natura recurrit*
lis 13. *Damnatos fixa & mutari neſcia. --*

*Natu-



**Naturam expelles furca: tamẽ vſq; recurret:* Hor. 1.
*Et male perrumpet furtim faſtidia victrix.* Epiſt. 10.
*— Tolle periclum,*
*Iam vaga proſiliet frenis natura remotis.* Idem 2.
** Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem* Serm. 7.
*Teſta diu. --* Idem 1.
Epiſt. 2.
*— Ad mores facilis natura reuerti.* Claud.
2. Eu-
trop.

---

NAVIGATIO.

Nauigantes ad mortem accedere dicuntur.

*Nauita ſollicitus iam ventos horret iniquos,* Ouid. 2.
*Et prope tã lethum, quã prope cernit aquã.* Amo. 11.
*Quod ſi concuſſas Triton exaſperat vndas:*
*Quam tibi nunc toto eſt nullus in ore color.*
*Tum generoſa voces fecundæ ſidera Ledæ,*
*Et felix dicas, quem ſua terra tenet.*
** Illi robur, & æs triplex* Hor. 1.
*Circa pectus erat, qui fragilem truci* Carm.
*Commiſit pelago ratem* 3.
*Primus: nec timuit præcipitem Africum*
*Decertantem Aquilonibus,*
*Nec triſtes Hyadas, nec rabiem Noti.*
*— Audax omnia perpeti* Ibidem.
*Gens humana ruit per vetitum nefas,*
**I nunc, & ventis animam committe, dolato* Iuuen.
*Confiſus ligno, digitis à morte remotus* 12.
*Quattuor, aut ſeptem ſi ſit latiſsima teda.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Sen. * Audax nimium, qui freta primus
Med. Rate iam fragili perfida rupit,
act. 2. Terrasque ſuas poſt terga videns
Animam leuibus credidit auris.
Dubioque ſecans æquora curſu,
Potuit teneri fidere ligno,
Inter vitæ mortisque vias
Nimium gracili limite ducto.
Ter. *S. Non Hercle verbis Parmeno dici poteſt
Hec. 3. 4. Tãtum quam re ipſa nauigare incõmodum eſt.
P. Itane eſt? S. ô fortunat, ne ſcis quid mali
Præterieris, qui nunquam es ingreſſus mare.
Nam alias vt omittã miſerias, vnã hanc vide:
Dies triginta, aut plus eo, in naui fui,
Cùm interea ſemper mortem exſpectabã miſer:
Ita vſque aduorſa tempeſtate vſi ſumus.

Ad nauigandum lucri cupiditas
homines impellit.

Tibul. 1. Lucra petituras freta per parentia ventis
7. Ducunt inſtabiles ſidera certa rates.
Propert. *Ite rates curuæ, & lethi contexite cauſſas.
3. 5. Iſta per humanas mors venit acta manus.
Terra parum fuerat: terris adiecimus vndas:
Fortunæ miſeras auximus arte vias.
Ancora te teneat, quem non tenuere Penates?
Quid meritum dicas, cui ſua terra parũ eſt?
Ventorũ eſt quodcunq; paras. haud vlla carina
Conſenuit, fallit portus & ipſe fidem.

Naui-



Nauigare qui primò cœpit, is negatas à natura vias, arte præbuit.

Inuenta ſecuit primus qui naue profundum, Claud.
Et rudibus remis ſollicitauit aquas: in præ-
Qui dubiis auſus committere flatibus alnum, fatione
Quas natura negat, præbuit arte vias. 1. de ra-
Tranquillis primum trepidus ſe credidit vndis, ptu Pro-
Litora ſecuro tramite ſumma legens. ſerp.
Mox longos tentare ſinus, & linquere terras
Et leni cœpit pandere vela Noto.
Aſt vbi paullatim præceps audacia creuit,
Cordaque languentum dedidicere metum:
Iam vagus irrupit pelago, cælumque ſecutus
Ægeas hiemes, Ioniumque domat.

Nauigantes naufragium ne patiantur, optimas pretioſasq; res abiiciunt.

Accidit & noſtro ſimilis fortuna Catullo. Iuuena-
Cùm plenus fluctu medius foret alueus, & iã, lis 12.
Alternum puppis latus euertentibus vndis
Arboris incertæ, nullam prudentia cani
Rectoris conferret opem: decidere iactu
Cœpit cum ventis, imitatus caſtora, qui ſe
Eunuchum ipſe facit, cupiens euadere damno
Teſticulorum: adeo medicatũ intelligit inguen.
Fundite quæ mea ſunt dicebat cũcta Catullus,
Præcipitare volẽs etiam pulcerrima, veſtem
Purpuream, teneris quoque Mæcenatibus aptã.

Universidad de Deusto
Biblioteca



## NECESSITAS.

Quod mutari non poteſt, ac fieri neceſſe eſt, id æquo animo ferendum eſt.

Ter A- *Placet tibi factum Mitio? MI. non ſi queam*
delph. *Mutare: nunc, cum nequeo, æquo animo fero.*
47. **Faxis vt libeat quod eſt neceſſe.*
Periãder Neceſſitas moras recuſat.
per Au- *—Moras extrema recuſant.*
ſon. Neceſſitas omnia rapit.
Silius 7. *— Æqua lege neceſsitas*
Hor. 3. *Sortitur inſignes, & imos.*
Carm. 1. *Omne capax mouet vrna nomen.*

Neceſſitas nedum homines, ſed & animalia ingenioſa facit.

Manil. 1. *Sed cum longa dies acuit mortalia corda,*
*Et labor ingenium miſeris dedit, & ſua quenq;*
*Aduigilari ſibi iuſsit fortuna premendo:*
*Seducta in varias certarunt pectora curas.*
Perſ. *Et quodcunque ſagax tentando repperit vſus.*
Prólog. **Quis expediuit pſittaco ſuum χαῖρε*
*Coruos quis olim concauum ſalutare,*
*Picasque docuit noſtra verba conari?*
*Magiſter artis, ingenique largitor*
*Venter negatas artifex ſequi voces.*

---

## NOBILITAS.

Nobilitas generis improbo ac deſidioſo non prodeſt.

Quid



*Quid iuuat admota per auorum nomina cæ.o,* Ouid.
*Inter cognatos poſſe referre Iouem?* Epiſt. 11.
**Nã quid imaginibus, quid auitis fulta triũ-* Lucanus
*Atria, q d pleni numeroſo Conſule faſti* (phis ad Piſo-
*Profuerint, cui vita labat? perit omnis in illo* nem.
*Nobilitas, cuius laus eſt in origine ſola.*
**Stemata quid faciũt, quid pdeſt, põtice, lõgo* Iuuena-
*Sanguine cenſeri, pictosque oſtendere vultus* lis 8.
*Maiorũ, & ſtantes in currib. Æmilianos, &c.*
*Quis fructus generis tabula iactari capaci*
**Famoſos Equitum cùm Dictatore magiſtros,* *Eumo-
*Si coram Lepidis male viuitur?—* ſos.
*Quis enim generoſum dixerit hunc, qui* Ibidem.
*Indignus genere, & præclaro nomine tantum*
*Inſignis? nanum cuiuſdã, Atlanta vocamus:*
*Æthiopem, cycnũ: paruam, extortamq; puellã,*
*Europen: canibus pigris, ſcabieque vetuſta*
*Læuibus, & ſiccæ lambentibus ora lucernæ,*
*Nomen erit pardus, tigris, leo, ſi quid adhuc eſt,*
*Quod fremit in terris violentius. ergo cauebis,*
*Et metues, ne tu ſis Creticus, aut Camerinus.*

Nobilem fieri pulchrius eſt, quàm naſci.

*Malo Venuſinam, quàm te Cornelia mater* Iuuen. 6.
*Gracchorum, ſi cum magnis virtutibus adfers*
*Grãde ſuperciliũ, & numeras in dote triũphos.*
**Pulcrius multo parari, quàm creari nobilem.* Solon per Auſon.

Genus laudans ſuum, aliena, non ſua laudat atque extollit.

Universidad de Deusto Biblioteca



Ouid.13. Nam genus, & proauos, & quæ non fecimus ipſi,
Met. Vix ea noſtra voco.
Sen. — Qui genus iactat ſuum,
Herc. Aliena laudat. —
fur. Nobili genere nati, ſi malè viuunt, ſeipſos ſuumque genus deturpant.

Hor.4. Doctrina ſed vim promouet inſitam,
Car.4. Rectique cultus pectora roborant:
Vtcunque defecere mores,
Dedecorant benè nata culpæ.
Iuuen.8. *Si tibi ſancta cohors comitũ, ſi nemo tribunal
Vendit acerſe comes, ſi nullum in cõiuge crimẽ,
Nec per conuẽtus, nec cuncta per oppida curuis
Vnguibus ire parat numeros raptura Celæno:
Tunc licet à Pico numeres genus, altaq; ſi te
Nomina delectant, omnem Titanida pugnam
Inter maiores ipſumque Promethea ponas
De quocunque voles proauum tibi ſumito libro.
Quod ſi præcipitem rapit ambitus atq; libido,
Si frangis virgas ſociorum in ſanguine, ſi te
Delectant hebetes laſſo lictore ſecures:
Incipit ipſorum contra te ſtare parentum
Nobilitas, claramque facem præferre pudẽdis.
Omne animi vitium tantò conſpectius in ſe
Crimẽ habet, quanto maior, qui peccat, habe-
Plaut. *Qui bono ſũt genere, nati ingenio malo, (tur.
Mil. Suapte culpa degenere capiunt genus:
Ingenium improbant. —

Nobi-



Nobiles naturaliter æquè ſunt omnes, neq; vllus degener eſt, niſi vitiis qui deditus eſt.

Quid genus, & proauos ſtrepitis? Boët.3.
Si primordia veſtra, 6.
Auctoremque Deum ſpectes,
Nullus degener exſtat,
Ni vitiis peiora fouens
Proprium deſerat ortum.

Nobilem ſuperbum eſſe non decet.

— An deceat pulmonem rumpere ventis, Perſius
Stemmate quod Tuſco ramum milleſime ducis, 5.
Cenſorem.* quæ tuũ vel quod trabeate ſalutas? *ve.
Ad populũ phaleras: ego te intus, & in cute noui.

Nobilis ad miſericordiam pronior eſt quàm ruſticus.

Quò quiſq; eſt maior, magis eſt placabilis iræ: Ouid.3.
Et faciles motus mens generoſa capit. Triſt.5.
Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni,
Pugna ſuum finem, cùm iacet hoſtis, habet.
At lupus, & turpes inſtant morientibus vrſi,
Et quæcunque minor nobilitate fera eſt.
Maius apud Troiã forti quid habem? Achille? Claud.
Dardanii lacrymas non tulit ille ſenis. Epig. ſa-
Quæ ducis Emathii fuerit clementia, Pharos, tisfacti-
Præclarique docent funeris exequiæ. onis a-
*Prætereunt ſubiecta feræ, toruique leones, pud Ha-
Quæ ſtrauiſſe valet, ea mox proſtrata relinquũt, driañ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Nec ſi bellantis gaudent ceruice iuuenci.

---

## N o x.

Noctis deſcriptio lepidiſſima, quę laborum quies, necnõ curarum mater eſſe dicitur.

Val. Flaccus 5. Nox hominũ genus, & duros miſerata labores
Retulerat feſſis optata ſilentia rebus.

Nocte latent mendæ.

Ouid. 1. Art. Indicio formæ noxque, merumque nocet.
*Nocte latent mẽdæ vitioque ignoſcitur omni.
Ibidem. Horaque formoſam quamlibet illa facit.
Conſule de gemmis, de tincta murice lana.
Conſule de facie, corporibusque diem.

Idem 4. Faſt. *Iã color vnus ineſt rebus, tenebriſq; teguntur
Omnia: iam vigiles conticuere canes.

Nox carnaliter amantibus nihil moderabile ſuadet.

Ouid. 1. Amo. 6. Nox, & amor, vinũq; nihil moderabile ſuadẽt:
Illa pudore vacat, Liber, Amorque metu.

Plaut. Bacch. *Illecebroſi⁹ fieri nihil poteſt, nox, mulier, vinum,
Homini adoleſcentulo.

Propert. 3.15. *Semper n. vacuos nox ſobria torquet amãtes,
Speſq;, timorque animo verſat vtroq; modo.

---

## NOVITAS.

Nouitas gratiſſima eſt in re omni ferè.

Ouid. 3. Pont. 4. Eſt quoq; cunctarũ nouitas gratiſſima rerum.
*Vilia ſunt nobis quęcunque prioribus annis
Vidi-



Vidimus, & ſordet quidq; deſpectauimus olim. Calpurnius

Noua ſunt veteribus ac detritis meliora.

Fortior in fulua nouus eſt luctator arena, Ecl. 7.
Quàm cui ſunt tarda brachia feſſa mora. Ouid. 4.
Integer eſt melior nitidis gladiator arenis. Triſt. 6.
Quàm cui tela ſuo ſanguine tincta rubent.
Fert bene præcipites nauis modò facta procellas:
Quamlibet exiguo ſoluitur imbre vetus.

Res noua varios euentus habet.

Euentus varios res noua ſemper habet. Corn. Gallus.

Noua inquirẽtes ſummopere fugiẽdi ſunt: nam plerunq; ſunt garruli, nec commiſſa fideliter retinent.

Percunctatorem fugito: nam garrulus idẽ eſt: Hor. 1.
Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures. Epiſt. 18.

---

## OBEDIENTIA.

Obedientiæ filiorum erga parentes intimatio notabilis.

–Pater, adſum Plaut.
Impera quidvis: neque tibi ero in mora, neq; latebroſè me abs tuo Trin.
Conſpectu occultabo.--

*Neq; iſtic, neq; alibi tibi vſquã erit in me mora. Ter. And. 2. 5.

Obedire filii, hilariterq; quod decet, parentibus peragere debent.

–Feceris par tuis ceteris factis, patrem Plaut.
Tuũ ſi percoles. per pietatẽ nolo ego cũ improbis te viris, Trin.

Universidad de Deusto Biblioteca



Ter. *Gnate mi, neque in via, neq; in foro vllam ſer-*
And. 2. *Facis vt te decet.* *(mone exſequi*
2. *Cùm iſtuc, quod poſtulo, impetro cum gratia.*

Obediendum eſt parentib. tãtum in bonis, necnõ bene præcipiẽtibus, at nõ econtrà.

Plaut. A N. *Certumne eſt neutrā veſtrarum perſequi*
Stich. *imperium patris?*
P I N. *Perſequimur: nã quo dediſti nuptum, ab-*
*ire nolumus.* *(opsume.*
A N. *Curate igitur familiarẽ rem, vt potiſſi-*
P A N. *Nunc placet, cùm rectè mõſtras: nunc tibi*
*auſcultabimus.*
**Et parere decet iuſsis, & grata iubentur.*

Neme-ſianus Ecl. 1. Magiſtris & præceptorib. obediendum eſſe exemplo notabili docet.

Mart. 1. *Læſerat ingrato leo perfidus ore magiſtrum,*
*Auſus tam notas contaminare manus:*
*Sed dignas tanto perſoluit crimine pœnas,*
*Et qui non tulerat verbera, tela tulit.*
Ouid. 2. **Phyllirides puerum, cithara perfecit Achillẽ,*
Faſt. *Atque animos molli contudit arte feros,*
*Qui toties ſocios, toties perterruit hoſtes,*
*Creditur annoſum pertimuiſſe ſenem.*
*Quas Hector ſenſurus erat, poſcente magiſtro*
*Verberibus iuſſas præbuit ille manus.*

## OBLIVIO.





Lethes fluuius infernalis ab animalib. guſtatus obliuionem inducere dicitur.

*Has omnes vbi mille rotam voluere per annos* Virg. 6.
*Lethæũ ad fluuiũ Deus euocat agmine magno:* Æn.
*Scilicet immemores ſuprà vt conuexa reuiſant.*
*Rurſus.--*
*-- Sacro certamina fonti* Silius 13.
*Lethæos potat latices obliuia mentis*
*Extrema. hinc auro fulgens iam lucis honorẽ*
*Sentit, & admoto ſplendet ceu ſidere Luna.*
*Hac animæ cælum repetunt, ac mille peractis*
*Oblitæ ditem redeunt in corpora luſtris.*

Non facile obliuioni traduntur, quæ quis diu didicit.

*Dediſcit animus ſerò, quod didicit diu.* Sen.

Obliuiſci, neq; nouiſſe hominibus mos eſt, cuius nihili ſit faciunda gratia. Troad.

*--Mos eſt obliuiſci hominibus,* Plaut.
*Neque nouiſſe, cuius nihili ſit faciunda gratia.* Capt.

Obliuiſci amici alicuius non valentis expreſſio.

*Non ego ſi biberes ſecura pocula Lethes,* Ouid. 2.
*Excidere hæc credam pectore poſſe tuo.* Pont. 4.
*Nec Babylon æſtus, nec frigora Pontus habebit,* Ibidem.
*Calthaque Pæſtanas vincet odore roſas:*
*Quàm tibi noſtrarum veniat obliuio rerum.*
*Non ita pars fati candida nulla mei eſt.*

Reliqua exempla è tit. de Impoſſibili pete.

Universidad de Deusto Biblioteca



## OBSEQVIVM.

Obſequium amicos parat.

Ter. *-- Namque hoc tempore*
And. 1. 1. *Obſequium amicos, veritas odium parit.*

Obſequio vincuntur & domantur omnia.

Ouid. 2. *Flectitur obſequio curuatus ab arbore ramus:*
Art. *Franges, ſi vires experiere tuas.*
*Obſequio tranantur aquæ, nec vincere poſſis*
*Flumina, ſi contra quam rapit vnda, nates.*
*Obſequium tigresque domat, tumidosq; leones:*
*Ruſtica paulatim taurus aratra ſubit.*

## OCCASIO.

Occaſionis deſcriptio elegans.

Auſ. *Cuius opus? Phidiæ, qui ſignum Pallados, eius*
Epig. 13. *Quique Iouem fecit, tertia palma ego ſum.*
*Sum Dea, quæ rara, & paucis occaſio nota.*
*Quid rotulæ inſiſtis? ſtare loco nequeo.*
*Quid talaria habes? volucris ſũ: Mercurius quæ*
*Fortunare ſolet, tardo ego, cum volui.*
*calua. *Crine tegis* faciẽ? cognoſci nolo. ſed heus tu*
*Occipiti caluo es ne tenear fugiens.*
*Quæ tibi iuncta comes? dicat tibi, dic rogo, quæ*
*Sũ Dea cui nomẽ nec Cicero ipſe dedit. (ſis.*
*Sum Dea, quæ facti, non factique exigo pœnas:*
*Nempe vt pœniteat, ſic Metanœa vocor.*

Tu



*Tu modo dic, quid agat tecũ? ſi quando volaui,*
*Hæc manet: hanc retinent, quos ego præterii.*
*Tu quoq;, dũ rogitas, dũ percunctando moraris,*
*Elapſam dices me tibi de manibus.*
**Virtus eſt, vbi occaſio admonet diſpicere.* Plaut.

Perſ.

## OTIVM.

Otium ſummopere fugiendũ eſt, quia multorum malorum cauſſa eſt.

*Otium Catulle tibi moleſtum eſt:*
*Otio exſultas, nimiumque geſtis:*
*Otium & Reges prius, & beatas* Catull.
*Perdidit vrbes.* 51.

Vide de hac re tit. De Amore. Amor carnalis otio, &c.

Otio, mẽtis ac corporis virtus corrumpitur, necnon minuitur.

*Cernis vt ignauum corrumpant otia corpus?* Ouid. 1.
*Vt capiant vitium ni moueantur aquæ?* Pont. 6.
*Et mihi ſi quis erat dicendi carminis vſus,*
*Deficit, eſtque minor factus inerte ſitu.*

Otia mentem variam aſſiduè præbent.

*Variam ſemper dant otia mentem.* Lucã. 1.

Ex otio plus negotii, quàm ex negotio habemus. Ennius Iphigenia apud

*Otio qui neſcit vti, plus negotii habet,*
*Quàm cùm eſt negotium in negotio.* Agelliũ
*Nã cui, quod agat, inſtitutũ eſt, nullo negotio* lib. 19.
cap. 10.

Ee

Universidad de Deusto Biblioteca



*Id agit, ſtudet ibi mentem, atque animum delectat,*
*Otioſo initio animus neſcit, quid velit. (ſum.*
*Hoc idẽ eſt, neq; dominũc nos, neq; militiæ ſum.*
*Imus huc, hinc illuc: cùm illuc ventum eſt, ire*
*illinc lubet. (tur.*
*Incertè errat animus, * præter ꝓpter vitã viui-*

* *id eſt, præter quàm propter, hoc eſt, propter aliam cauſſam.*

Otium moderatũ corpori & animo prodeſt,
immoderatum verò nocet.

*Otia corpus alunt, animus quoq; paſcitur illis.*
*Immodicus contrà carpit vtrumq; labor.*

---

OFFICIVM.

Officium bene exſequi atque perficere ſa-
pientis eſt, econtrà verò ſtulti.

*Si malè rem gerere inſani eſt: contrà, bene ſani.* — *Ouid. 1. Pont. 5.*

Officium tẽpore cõgruo conficere qui vult,
vigilare illum oportet. — *Hor. 2. Serm. 3.*

*-Vigilare decet hominem* — *Plaut. Rud.*
*Qui volt ſua tempori conficere officia.*
*Nam qui dormiunt libenter, ſine lucro, & cum*
*malo quieſcunt.*

Parentes decet conſuefacere filios, vt amore
potiùs quàm timore rectè faciant.

*Hoc patrium eſt, potius conſuefacere filium,* — *Ter. Adelph. 1. 2.*
*Sua ſponte rectè facere, quam alieno metu.*
*Hoc pater, ac dominus intereſt, hoc qui nequit,*
*Fateatur neſcire imperare liberis.*

Officium



Officium coniugis eſt ipſa ſedulitate ami-
cos omnes vincere.

*Pectore te toto, cunctiſq; incumbere neruis,* — *Ouid. 3. Pont. 1.*
*Et niti pro me nocte, dieque decet.*
*Vtque iuuent alii, tu debes vincere amicos*
*Vxor, & ad partes prima venire tuas.*

Officium nuntii eſt, vt veridicus ſit
atque fidelis.

*Omnis enim debet ſine vano nuntius eſſe,* — *Propert. 3. 4.*
*Maioremq; timens ſeruus habere fidem.*

Iudicis officiũ eſt, non tantũ res, ſed & tem-
pora perſcrutari. Suprà de Iudicio.

---

ONVS.

Onus fit leue ferendo bene.

*Cedimus, an ſubitũ luctãdo accendimus ignẽ?* — *Ouid. 1. Amor. 2.*
*Cedamus: leue fit, quod non fertur, onus.*
*Vidi ego iactatas mota face creſcere flammas,*
*Et vidi nullo concutiente mori.*
*Verbera plura ferũt, quãquos iuuat vſus aratri*
*Detrectant preſſi dum iuga prima boues.*
*Aſper equus duris contunditur ora lupatis,*
*Frena minus ſentit, quiſquis ad arma facit.*

Onus cui impar ſis ne ſubiueris.

*Turpe eſt, quod nequeas capiti cõmittere põdus,* — *Propert. 3. 7.*
*Et preſſum inflexo mox dare terga genu.*
*Omnia non pariter rerum ſunt omnibus apta,*
*Fama nec ex æquo ducitur vlla iugo.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Onus vt ſuſtineas nitendum recto vertice.

Ouid. 2. *Suſtineas vt onus, ni endum eſt vertice recto:*
Pont. 7. *At flecti neruos ſi patiare, cadis.*

---

## OPERA.

Opera noſtra à Deo dependent, quia illo nolente, nihil agere poſſumus.

Lucã. 9. *Hæremus cuncti Superis, temploq; tacente*
*Nil agimus niſi ſponte Dei.–*
Ouid. 1. **Ingenium vultu ſtatq; caditque tuo.*
Faſt. Non parum intereſt naturæ inſtinctu operari, & de induſtria.

Ter. *Paululum intereſſe cenſes, ex animo omnia,*
Aud. 4. *Vt fert natura, facias, an de induſtria?*
5. Nullum opus eſt tam facile, quin difficile fiat, ſi inuitus id facias.

Ter. He- *Nulla eſt tam facilis res, quin difficilis ſiet,*
aut. 4. 5. *Quam inuitus facias –*

Opera bona animum operanti addunt.

*–Stabilem quando optima facta*
Val. *Dant animum: maiorque piis audacia cœptis.*
Flac. 2. Ad operandum bona exhortatio.

Ouid. 13. *Deniq; quid verbis opus eſt, ſpectemur agendo.*
Met. **Reddite depoſitum, pietas ſua fœdera ſeruet,*
Idem 2. *Fraus abſit, vacuas cædis habete manus.*
Art. Idē **Cum mora non tuta eſt, totis incũbere remis*
Art. *Vtile,*



*Vtile, & admiſſi ſubdere calcar equi.*

In operis alicuius initio Dei auxilium implorandum eſt potiſſimum, idque aliorum exemplo.

*In noua fert animus mutatas dicere formas*
*Corpora, Dii cœptis (nã vos mutaſtis & illa.)* Ouid. 1.
*Adſpirate meis, primaq; ab origine mundi* Met.
*Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.*
*–Placuit cæleſte placari*
*Numẽ, & auxiliũ per ſacras quærere ſortes, &c.* Ibidem.
*Atq; ita, ſi precibus, dixerunt, numina iuſtis*
*Victa remolleſcunt, ſi fl ctitur ira Deorum,*
*Dic Themi, qua generis dãnũ reparabile noſtri*
*Arte ſit, & merſis fer opem mitiſſima rebus.*
** Annue conanti per laudes ire tuorum,*
*Deq; meõ pauidos excute corde metus.* Idem 1.
*Da mihi te placidũ, dederis in carmina vires.* Faſt.
*Ingenium vultu ſtatq;, caditque tuo.*

---

## ORATIO.

Oratio illa eſt, irrita quæ non fit Deo.

*Quæ non miſſa Deo vacuis in nubibus hærent,* Pauli.
*Nec penetrant ſuperi ſtellantem Regis in aulã.* Auſonio Epiſt. 15.

Quid potiſſimum ſit orandum.

*Vt tamen & poſcas aliquid, voueasq; ſacellis* Iuuẽ. 10.
*Exſta, & candiduli diuina tomacula porci:*
*Orandum eſt, vt ſit mens ſana in corpore ſano.*
*Fortẽ poſce animum, & mortis terrore carentẽ*

Universidad de Deusto Biblioteca



*Qui ſpatiũ vitæ extremũ inter munera ponat*
*Naturæ, qui ferre queat quoſcunq; labores,*
*Neſciat iraſci, cupiat nihil, & potiores,*
*Herculis ærumnas credat, ſæuoſq; labores*
*Et Venere, & cœnis, & plumis Sardanapali.*
*Monſtro, quod ipſe tibi poſsis dare. ſemita certè*
*Tranquillæ per virtutem patet vnica vitæ.*

Orandus eſt Deus, vt ea, quæ homines mediocriter poſſident, conſeruet, non vt vitã & opes conferat, quæ carnalium hominum prima vota ſunt.

*-Quid credis amice, precari?*
Hor. 1. *Sit mihi, quod nunc eſt, etiã minus: vt mihi viuã*
Epiſt. 8. *Quod ſupeſt æui ſi quid ſupereſſe volũt Dii &c.*
*Sed ſatis eſt orare Iouem, qui donat, & aufert:*
*Det vitam, det opes: æquum mi animum ipſe*
*parabo.*
Iuuel. 10. **Prima ferre vota, & cunctis notiſsima tẽplis*
*Diuitiæ vt creſcant, vt opes, vt maxima toto*
*Noſtra ſit arca foro.-*
Ibidem. **Da ſpatium vitæ, multos da Iupiter annos:*
*Hoc recto vultu, ſolum hoc & pallidus optas.*

Oratio Deum ad miſericordiam ſæpe inducit.

Virg. 4. *-Auditq; vocatus Apollo.*
Georg. **Hectora donauit Priamo prece motus Achilles.*
Ouid. 3. *Flectitur iratus voce rogante Deus.*
Art. **Et Dominum mundi flectere vota valent.*
Mart. 8.

Oratio-



Orationes bonorum ac iuſtorum hominũ exaudibiles ſunt: impiorum verò minimé.

*Supplicii facilius pius à Deu ſupplicans,* Plaut.
*Quàm qui ſcelestus eſt, inueniat veniam ſibi.* Rud.

Precatio ad Deũ, vt cultores ſuos honoret.

*Cura Deûm Dii ſunt, & qui coluere colantur.* Ouid. 8.

Oratio ad Deũ ob ſapientiæ acquiſitionem. Met.

*Da pater auguſtam menti conſcendere ſedem,* Boët. 3.
*Da fontem luſtrare boni, da luce reperta*
*In te conſpicuos animi defigere viſus.*
*Diſiice terrenæ nebulas, & pondera molis,*
*Atque tuo ſplendore mica: tu namq; ſerenum,*
*Tu requies tranquilla piis -*

Oratio ad Deum, ad miſericordiæ, auxiliiq; implorationem accommodata

*Iupiter omnipotens, precibus ſi flecteris vllis,* Virg. 2.
*Adſpice nos: hoc tantũ: & ſi pietate meremur,* Æn.
*Da deinde auxilium pater.-* Sẽ. Herc.
**O magne Olympi rector, & mundi arbiter* fu. act.
*Iam ſtatue tandem grauibus ærumnis modum* 2.
*Finemque cladi, nulla lux vnquam mihi*
*Secura fulſit: finis alterius mali*
*Gradus eſt futuri.-*
**Votum ſecundet, qui poteſt, noſtrum Deus,* Et iterũ
*Rebusque laſsis adſit.-* act. 3.

Oratione blanda homines etiam præfracti vincuntur.

*Ergo ne dubita blandas adhibere querelas.* Tibul. 8.

*Vincuntur molli pectora dura prece.*

Orationis importunæ caſtigatio.

Ter. And. 5.1. *Vide, quàm iniquus ſis præ ſtudio. dum efficiam,*
*quod cupis.* (*cogitas.*
*Neque modum benignitatis, neq; quid me ores,*
*Nam ſi cogites. remittas iã me onerare iniuriis.*

---

## ORNATVS.

Nihil magis exornat mulierem, quàm boni mores.

Plaut. *Mulier rectè olet, vbi nihil olet, &c.*
Moſt. *Poſtea, nequidquam exornata eſt bene, ſi morata eſt malé.* (*mauolo,*
Idem **Bono ingenio me eſſe ornatã, quàm auro multo*
Pœn. *Aurum in fortuna inuenitur, natura ingeniũ bonum.* (*uolo.*
*Bonam ego, quàm beatã me eſſe nimio dici ma-*
*Meretricem pudorem gerere magis decet, quàm purpuram.*
*Magisque meretricem pudorem, quàm aurũ gerere condecet.*
*Pulcrũ ornatũ turpes mores peius cœno collinũt.*
*Lepidi mores turpem ornatum facile factis cõprobant.*

Mulierum ornatus ac cultus deteſtatio.

Propert. 1.2. *Quid iuuat ornato procedere, vita, capillo,*
*Et tenues Coa veſte mouere ſinus?*
*Aut quid Orontea crines perfundere myrrha,*
*Teque*



*Teque peregrinis vendere muneribus?*
*Naturaque decus mercato perdere vultu,*
*Nec ſinere in propriis membra nitere bonis?*
*Crede mihi, non vlla tuæ medicina figuræ eſt.*
*Nudus amor formæ non amat artificem.*
** At veſtræ teneras matres peperere puellas,*
*Vultis inaurata corpora veſte tegi.* Ouid.
*Vultis adoratos poſitu variare capillos,* de med.
*Conſpicuas gemmis vultis habere manus.* faciei.
*Induitis collo lapides Oriente petitos,*
*Et quantos, onus eſt aure tuliſſe duos.*
*-Noſti mores mulierum:*
*Dum moliuntur, dum comuntur annus eſt.* Ter. He-aut. 2.1.

Mulierum ornatus homines decipit.

*Auferimur cultu: gemmis, auroq; teguntur* Ouid. 1.
*Omnia: pars minima eſt ipſa puella ſui.* Remed.
*Sæpe, vbi ſit, quod ames inter multa tã requiras,*
*Decipit hac oculos ægide diues amor.*

De mulierum necnon virorum ornatu, vide loco de Mulieribus, & loco de viris.

P

---

## PAX.

Pacis encomium & commoda.

*Intereà pax arua colat, pax candida primum*
*Duxit araturos ſub iuga curua boues.* Tibul. 1.
*Pax aluit vites, & ſuccos condidit vuæ,* 10.
*Funderet vt nato teſta paterna merum.*

*Pace bidens, vomerq; vigent, at tristia du*
*Militis in tenebris occupat arma situs.*
*Rusticus è lucoq; vehit malè sobrius ipſe*
*Vxorem plauſtro, progeniemq; domum.*
Ouid. 2. *Sub iuga bos veniat, ſub terras ſemen aratæ.*
Faſt. *Pax Cererem nutrit, pacis alumna Ce*

Pace in hac vita nihil melius vtiliusve

Silius 11. *-Pax optima rerum,*
*Quas homini nouiſſe datū eſt: pax vna triūph*
*Innumeris potior: pax cuſtodire ſalutem:*
*Et ciues æquare potens.-*

Pacis inuocatio ac cōmendatio lepidiſſim

Ouid. 1. *Frondibus Actiacis comtos redimita capill*
Faſt. *Pax ades, & toto mitis in orbe mane.*
*Dum deſint hoſtes, deſit quoq; cauſſa triūph*
*Tu ducibus bello gloria maior eris.*

Pax homines decet, ira verò feras.

Ouid. 3. *Candida pax homines, trux decet ira feras.*
Art.

Pacificus quietusq; in hac vita eſſe poteſt, is qui velocis æui memor eſt, atq; tempora nunquam reditura tenet, id eſt, cogitat.

Sē. Herc. fur. act. 2. *-Nouit pancos*
*Secura quies qui velocis*
*Memores æui tempora nunquam*
*Reditura tenent.*

---

PARENTES.

Parentes amore potius ad bonum aſſuefa-
cere



cere debent filios quàm timore: nā amor filiorum eſt, timor verò ſeruorum.

*Hoc patrium eſt, potius conſuefacere filium,* Ter. A-
*Sua ſponte rectè facere, quàm alieno metu.* delph. 1. 1.
*Hoc pater, ac dominus intereſt. hoc qui nequit,*
*Fateatur neſcire imperare liberis.*

Parētes in filiorum præſentia à multis abſtinebunt, ne ipſi eorum exemplo edocti in vitium, ad quod procliues ſunt, ruant. Sed contrarium ſæpe fit, & tunc non parua caſtigatione digni ſunt.

*Plurima ſunt, Fuſcine, & fama digna ſiniſtra,* Iuuē. 14.
*Et, quod maiorum, vitio, ſequiturq; minores,*
*Et nitidis maculam, ac rugam figentia rebus,*
*Quæ monſtrant ipſi pueris, traduntq; parentes.*
*Si damnoſa ſenem iuuat alea: ludit & hæres*
*Bullatus, paruoq; eadē mouet arma fritillo, &c.*
*Sic natura iubet: velocius & citius nos*
*Corrumpunt vitiorū exēpla domeſtica, magnis*
*Cum ſubeāt animos auctoribus. vnus, & alter*
*Forſitā hæc ſpernāt muenes, quib. arte benigna,*
*Et meliore luto finxit præcordia Titan:*
*Sed reliquos fugienda patrum veſtigia ducūt,*
*Et monſtrata diu veteris trahit orbita culpæ.*
*Abſtineas igitur damnis huiuſce. etenim vel*
*Vna potēs ratio eſt, nec crimina noſtra ſequātur*
*Ex nobis geniti: quoniam dociles imitandis*
*Turpibus, ac prauis omnes ſumus: & Catilinā*

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



Quocunq; in populo videas, quocunq; ſub axe
Sed nec Brutus erit, Bruti nec auunculus vſquam
Nil dictu fœdum, viſuq; hæc limina tangat,
Intra quæ puer eſt: procul hinc, procul inde puellæ
Lenonum, & cantus pernoctantis paraſiti.
Maxima debetur puero reuerentia. ſi quid
Turpe paras, nec tu pueri contempſeris annos:
Sed peccaturo obſiſtat tibi filius infans.
Ibidem. * Hoſpite venturo, ceſſabit nemo tuorum,
Verre pauimentum, nitidas oſtende columnas,
Arida cum tota deſcendat aranea tela,
Hic lauet argentum, vaſa aſpera tergeat alter,
Vox domini fremit inſtantis, virgamq; tenentis
Ergo miſer trepidas, ne ſtercore fœda canino
Atria diſpliceant oculis venientis amici,
Ne perfuſa luto ſit porticus, & tamen vno
Semodio ſcobis hæc emendet ſeruulus vnus:
Illud non agitas, vt ſanctam filius omni
Adſpiciat ſine labe domum, vitioq; carentem?

Iuuenalis 14. **Parentes mali nullam libertatem, ac frontē obiurgandi liberos habent.**

Nam ſi quid dignum cenſoris feceris ira,
Quandoquidem ſimilē tibi ſe non corpore tantū,
Nec vultu dederit, morum quoq; filius, & cum
Omnia deterius tua per veſtigia peccet,
Corripies nimirum, & caſtigabis acerbo
Clamore, ac poſt hæc tabulas mutare parabis.
Vnde tibi frontem, libertatemque parentis,

Cùm



Cùm facias peiora ſenex. vacuumq; cerebro
Iampridē caput hoc ventoſa cucurbita quærat?

**Parentes cupidi filios auaritiam velint nolint ſectari docent.**

Sponte tamen iuuenes imitantur cetera: ſolam Iuuenalis 14.
Inuiti quoque auaritiam exercere iubentur.
Fallit enim vitium ſpecie virtutis, & vmbra,
Cùm ſit triſte habitu, vultuq; & veſte ſeuerū:
Nec dubiè tanquam frugi laudatur auarus,
Tanquam parcus homo, & rerum tutela ſuarū
Certa magis, quam ſi fortunas ſeruet eaſdem
Heſperidum ſerpens, aut Ponticus.

**Parentes mali peiores habēt filios, ſi ad auaritiam ac reliqua vitia enutriti ſint, & illi tandem in ipſos inſurgunt. idque iuſto Dei iudicio.**

Nam quiſquis magni cenſus præcepit amorem, Iuuenalis 14.
Et læuo monitu pueros producit auaros,
Et qui per fraudes patrimonia conduplicare
Dat libertatem; & totas effundit habenas
Curriculo, quem ſi reuoces, ſubſiſtere neſcit,
Et te contempto rapitur, metiſq; relictis.
Nemo ſatis credit tantum delinquere, quantū
Permittas: adeò indulgent ſibi latius ipſi, &c.
Ergo ignem, cuius ſcintillas ipſe dediſti,
Flagrantem latè, & rapientem cūcta videbis.
Nec tibi parcetur miſero, trepidumq; magiſtrum
In cauea magno fremitu leo tollet alumnum.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Parentes boni, ſi filios caſtigare velint, tum
matres vt plurimum, illis auxilio ſunt.

Ter. Heaut. 5. 2. *-Matres omnes filiis*
*In peccato adiutrices, & auxilio in paterna*
*Solent eſſe.-* (iniuria

Parentibus aliquid ſurripere, æquitas pie-
tasque prohibet.

Plaut. Pſeud. *Egon' patri ſurripere poſſim quidquam, tam*
*cauto ſeni?*
*Atque adeo ſi facere poſſem, pietas prohibet.*

Parentes qui factis aut dictis fallere aſſueuit,
is & alios tandem fallet: igitur liberi ad
bonum aſſuefaciendi ſunt.

Ter. Adelph. 1. 1 *-Quæ fert adoleſcentia,*
*Ea ne me celet, conſuefeci filium:*
*Nam qui mentiri, aut fallere inſuerit patrē, aut*
*Audebit, tanto magis audebit ceteros.*

Parentes probos eſſe oportet, liberos pro-
biores habere cupientes.

Plaut. Pſeud. *Probum patrem eſſe oportet, qui gnatum ſuum*
*Probiorem, quàm ipſus fuerit, poſtulet.*

Parentibus obediendum eſt in bonis, nam
tunc illis aduerſari abſque ſcelere filii no
poſſunt.

Plaut. Stich. *Gratia à patre ſi petimus, ſpero ab eo impetraſ-* (ſere:
*Aduerſari ſine dedecore, & ſcelere ſummo haud*
*poſſumus.* (dabi-
*Neq; ego factura ſum, neq; tu vt facias conſiliũ*
*Verùm*



*Verũ vt exorem, ?, quæ ego noſtros, exorabil' ſt.*

Parentes in periculis & neceſſitatibus cõſti-
tuti minimè deſerendi ſunt, idque Æneæ
exemplo.

*Eia agè care pater ceruice imponere noſtra:*
*Ipſe ſubibo humeris, nec me labor iſte grauabit:* Virg. 2. Æn.
*Quo res cumq; cadent, vnũ, & cõmune periclũ,*
*Vna ſalus ambobus erit.-*

Parentes de liberorum abſentia vſque adeo
non debent triſtari, vt illi id ſentiant, ali-
às vtrique parti malè cedet.

*Aut ego profecto ingenio egregiè ad miſeriã*
*Natus ſum, aut illud falſum eſt, q vulgo audio* Ter. Heaut. 3.
*Dici, diem adimere ægritudinem hominibus.*
*Nam mihi quidem quotidie augeſcit magis*
*De filio ægritudo, & quanto diutius*
*Abeſt, magis cupio tãto, & magis deſidero, &c.*
*-CH. Peſſimè iſtuc in te, atque in illũ conſulis,*
*Si tam leni, & victo eſſe animo oſtenderis, &c.*
*Nam ſi ſemel tuum animum is intellexerit,*
*Prius perditurum te tuam vitam, & prius*
*Pecuniã omnem, quàm abs te mittas filiũ: hui*
*Quantam feneſtrã ad nequitiam pateſeceris!*
*Tibi autem porrò vt non ſit ſuaue viuere.*
*Nam deteriores omnes ſumus licentia.*
*Quodcunq; inciderit in mentem, volet: neq; id*
*Putabit, prauum, an rectum, quod petet, ſiet.*
*Tu rem perire, & ipſum, non poteris pati.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Dare denegaris: ibit ad illum illico,*
*Quo maximè apud te valere ſentiet,*
*Abiturum ſe abs te eſſe illico minabitur.*

Parentes velint nolint, liberos à natura tracti diligunt.

St. Hipp. act. 4. *–O nimium potens,*
*Quanto parentes ſanguinis vinculo tenet*
*Natura, quàm te colimus inuiti quoque.*
*Occidere volui noxium, amiſſum fleo.*

Parentum eſt iugiter monere liberos, vt ſe colant, & ſe à malorum conſortio hominum ſegregent.

Plaut. Trin. *–Feceris par tuis cæteris factis, patrem*
*Tuum ſi percoles, per pietatem. nolo ego cum improbis te viris,* (cex[…]
*Gnate mi, neque in via, neque in foro vllum ſermoni.*

---

PARSIMONIA, SIVE CONſeruatio rerum.

Parta tueri non minor eſt virtus, immo maior, quàm noua acquirere.

Ouid. 2. Art. *Non minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri.*
*Caſus ineſt illic, hic erit artis opus.*
Lucan. 1. **O faciles dare ſumma Deos, eademque tueri*
Ouid. 1. Remed. *Difficiles –*
**Contrahe: de multis grandis aceruus erit.*
Claud. 2. Stil. *–Plus eſt ſeruaſſe repertum,*
*Quàm quæſiſſe decus.–*

Non



Non poteſt à Deo maior homini copia dari, quàm vt rectè ac parce frui poſſit iis, quæ poſſidet.

*Fructibus Agrippæ Siculis, quos colligis, Icci,* Hor. 1. Epiſt. 12.
*Si rectè frueris: non eſt, vt copia maior*
*Ab Ioue donari poſsit tibi. tolle querelas.*
*Pauper enim non eſt, cui rerum ſuppetit vſus.*
**Diuitiæ grandes homini ſunt, viuere parcè,* Lucret. 5.
*Æquo animo: neque enim eſt vnquã penuria parui.*

---

PARVM, ET MODICVM.

Paruo ex modico bene, immo melius viuitur ab illo, præſertim qui ſuo contentus eſt & nihil amplius optat.

*Viuitur paruo bene, cui paternum* Hor. 2. Car. 16.
*Splendet in menſa tenui ſalinum,*
*Nec leues ſomnos timor, aut Cupido*
*Sordidus aufert.*
**Campeſtres melius Scythæ,* Idem 3. Car. 24.
*Quorum plauſtra vagas ritè trahunt domos,*
*Viuunt, & rigidi Getæ:*
*Immetata quibus iugera liberas*
*Fruges, & Cererem ferunt:*
*Nec cultura placet longior annua:*
*Defunctumque laboribus*
*Æquali recreat ſorte vicarius.*
**Ieiunus rarò ſtomachus vulgaria temnit.* Idem 2. Serm. 2.
*O vita tuta facultas* Lucan. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Pauperis, anguſtique Lares, ô munera nondum
Intellecta Deûm quibus hæc cōtingere templis,
Aut muris potuit, nullo trepidante tumultu,
Cæſarea pulſante manu.
Claud.1. *Viuitur exiguo melius: natura beatis
Ruf. Omnibus eſſe dedit, ſi quis cognouerit uti.
Hæc ſi nota forent, frueremur ſimplice cultu,
Claſsica nō fremerent, nō ſtridula fraxinus iret,
Non vē. us quateret puppes, nō machina muris.
Sen. *Alium multis gloria terris
Herc. Trahat, & omneis fama per urbes
fur. act. Garrula laudet, cæloque parem
1. Tollat, & aſt. is alius curru
Sublimis eat: me mea tellus
Lare ſecreto, tutoque tegat.
Venit ad pigros cana ſenectus,
Humilique loco, ſed certa, ſedet
Sordida parua fortuna domus.
Altè virtus animoſa cadit.
Tibul.1. *Diuitias alius fuluo ſibi congerat auro,
1. Et teneat culti iugera magna ſoli,
Quem labor aſsiduus vicino terreat hoſte,
Martia cui ſomnos claſsica pulſa fugent.
Me mea paupertas vita traducat inerti,
Dum meus aſsiduo luceat igne focus.
Paruo vti qui neſcit, in æternum, id eſt, dum
Hor.1. viuit, ſeruus eſt.
Epiſt.10. Ceruus equum pugna melior cōmunibus herbis
Pell-



Pellebat: donec minor in certamine longo
Implorauit opes hominis, frenumque recepit.
Sed poſtquam victor violens diſceſsit ab hoſte:
Non equitem dorſo, non frenum depulit ore.
Sic qui pauperiem veritus, potiore metallis
Libertate caret: dominū vehet improbus, atque
Seruiet æternùm: quia paruo neſciet vti,
Cui non conueniet ſua res: vt calceus olim,
Si pede maior erit, ſubuertet: ſi minor, vret.
Lætus ſorte tua viues ſapienter Ariſti.

Non ſunt cōtemnenda quaſi parua, ſine quibus magna conſtare non poſſunt.

Flumina magna vides paruis de fontibus orta: Ouid. 1.
Plurima collectis multiplicantur aquis. Remed.
Forſitan hæc aliquis (nam ſunt quoque) parua Idem 2.
vocabit.
Sed quæ non proſunt ſingula, multa iuuant. Remed.
Tutatùm numero pugna, præceptaque in vnum Ibidem.
Contrahe: de multis grandis aceruus erit.

Ex paruis fiunt magna.

Quem taurū metuis vitulum mulcere ſolebas: Ouid. 2.
Sub qua nunc recubas arbore, virga fuit. Art.
Naſcitur exiguus, ſed opes acquirit eundo,
Quaque venit, multas accipit amnis aquas.
*Dum nouus in viridi coaleſcit cortice ramus, Ibidē.
Concutiat tenerum quælibet aura, cadet.
Mox etiam ventis ſpatio durata reſiſtit.
Firmaque adoptiuas arbor habebit opes.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Paruo atque exiguo nihil eſt detrahendum.

Tibul. 1. *At vos exiguo pecori fureſque, lupique*
1. *Parcite, de magno eſt præda petenda grege.*

---

PASSIO.

Quod durum fuit pati, meminiſſe dulce eſt.

Sen. *Quod fuit durum pati,*
Herc. *Meminiſſe dulce eſt.*
fur. *--Gaudent vbi vertice raſo*
Iuuen. *Garrula ſecuri narrare pericula nautæ.*
12. *-- Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.*
Virg. 1.
Æn.

---

PATIENTIA.

Patientiæ effectus.

Claud. 2 *—Durum patientia corpus*
Stil. *Inſtruit, vt nulli cupiat ceſſiſſe labori.*

Patiens is eſt, aduerſa æquanimiter qui ſuſtinet.

Sen. *Patiens quiſquis nouit famulum*
Herc. *Regemque pati, vultuſque ſuos*
Oet. *Variare poteſt: vires pepulit,*
*Ponduſque mali; caſus animo*
*Qui tulit æquo.*

Patienti quæ facilia ſint.

Ouid. 2. *Poſſe pati facile eſt, tibi ni patientia deſit.*
Remed. *Protinus ex facili gaudia ferre licet.*

Pr



Patientia duris in rebus gaudet.

*-- Gaudet patientia duris.* Lucan.
*Lætius eſt, quoties magno ſibi conſtat, honeſtū.* 9.
** Abſiſte ô iuuenis lacrymis, patientia cunctos* Silius 6.
*Hic ſuperat caſus, longo reuireſcit in æuo*
*Gloria, dum cæli ſedem, terraſque tenebit*
*Caſta fides, dum virtutis venerabile nomen*
*Viuet, eritque dies tua quò dux inclyte fata*
*Audire horrebunt, à te calcata minores.*

Patientia leue fit, quidquid corrigere eſt nefas.

*Durum, ſed leuius fit patientia* Hor. 1.
*Quidquid corrigere eſt nefas.* Car. 24.

---

PATRIA.

Patriæ amor immenſus eſt.

*Rurſus amor patriæ ratione valentior omni,* Ouid. 1.
*Quod tua fecerunt ſcripta, retexit opus.* Pont. 4.
*Non dubia eſt Ithaci prudentia: ſed tamen o-* Ibidem.
*Fumū de patriis poſſe videre focis. (ptat*
*Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos*
*Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.*
*Quid melius Roma? Scythico quid frigore peius?*
*Huc tamen ex illa Barbarus vrbe fugit.*
*Cùm bene ſint clauſa cauea Pandione natæ*
*Nititur in ſiluas quæque redire ſuas.*
*Aſſuetos tauri ſaltus, aſſueta leones*
*(Nec feritas illos impedit) antra petunt.*

Universidad de Deusto Biblioteca



Idem 2. *Eſt aliquid patriis vicinum finibus eſſe.

Pont. 7. Quæuis terra patria eſt.

Stat. 8. Omne homini natale ſolum.—

Theb. *Omne ſolũ forti patria eſt: vt piſcibus æquor,

Ouid. 1. Et volucri, vacuo quidquid in orbe patet.

Faſt. Ob patriæ liberationem Romani plerique nó ſolum ornamenta quæque in commune proponebant, ſed & vitam expenderunt.

Silius 12. —Sed enim non femina ceſsit
Mente æquare viros, & laudis poſcere partem:
Omnis præ ſeſe portans capitisque, manuſque
Antiquum decus, ac direpta monilia collo
Certatim matrona ruit, belloque miniſtrant.

Ibidem. -- In medium certamine magno
Priuatæ cumulantur opes, nudare penates,
Ac nihil arcanos vitæ melioris ad vſus
Sepoſuiſſe iuuat, coit & ſine nomine vulgus.
Corpore ſic toto, ac membris Roma omnib. vſa,
Exſangues rurſus tollebat ab æthera vultus.

Idem 9. *Stabat cum primis mediæ certamina pugnæ
Aſpera ſemper amans & par cuicunque periclo
Scæuola, nec tanta vitam iam ſtrage volebat.
Sed dignum proauo lethum, & ſub nomine mortem.
Is poſtquam frangi res, atque augeſcere vidit
Exitium, breuis hoc vitæ quodcunque relictum
Extendamus ait.—

Patriæ omnia debemus, vt Fabius ad filium inquit.

Iamq;



Iamque hoc ne dubites longæui nate parentis Silius.
Accipe, & æterno fixum ſub pectore ſerua.
Succenſere nefas patriæ, nec fœdior vlla
Culpa ſub extremas fertur mortalib. vmbras.
Sic docuere ſenes.—

Ob patriæ amorem dulce ac decorum eſt mori.

Dulce, & decorum eſt pro patria mori. Hor. 3. Car. 2.

Exſulare ſatius eſt, quàm in patriam atque affines irrumpere.

Melius exſilium eſt tibi, Sen.
Quàm reditus iſte, crimine alieno, exſulas, Theb.
Tuo redibis?—

Patriæ parens Cicero à Romanis appellatus, ob patriæ liberationem.

Roma patrẽ patriæ Ciceronẽ libera dixit, &c. Iuuenalis 8.
Malo pater tibi ſit Therſites, dummodo tu ſis
Æacidæ ſimilis, Vulcaniaque arma capeſſas,
Quam te Therſitæ ſimilem producat Achilles.

---

## PAVPERTAS.

Paupertas æquanimiter toleranda eſt: nam ſic facientes, reddunt ipſam leuem.

Sed pia Baucis anus, parilique ætate Philemon Ouid. 8.
Illa ſunt annis iuncti iuuenilibus, illa, Met.
Conſenuere caſa, paupertatemque ferendo
Effecere leuem, nec iniqua mente ferendam.

Universidad de Deusto Biblioteca



Paupertas ingenioſum hominē atq; virtute prædirum ſæpiſſimè facit.

Hor. 2. *Et Laris & fundi paupertas impulit audax,*
Epiſt. 2. *Vt verſu facerem --*
Plaut. **Nā illa omnes artes perdocet, vbi quē attigit.*
Stich. **Sed cùm longa dies acuit mortalia corda,*
Manil. 1. *Et labor ingenium miſeris dedit, & ſua quemque*
*Aduigilare ſibi iuſſit fortuna premendo:*
*Seducta in varias certarunt pectora curas,*
*Et quodcunque ſagax tentando repperit vſus,*
*In commune bonum commentum læta dedere.*

Paupertas luxurioſum amorem vnde paſcat non habet: attamen hoc tanti non eſt, vt ideo pauper quis eſſe velit.

Ouid. 2. *Non habet vnde ſuum paupertas paſcat amorem,*
Remed. *Non tamen hoc tāti eſt, pauper vt eſſe velis.*

Claud. Paupertas toleranda eſt magis, quàm amor.
Epig. de paupere amante. *Paupertas me ſæua domat, dirusque Cupido:*
*Sed toleranda fames, non tolerandus amor.*
Ibidē de eodem. **Eſuriens pauper, telis incendor amoris.*
*Inter vtrunque malum diligo pauperiem.*

Paupertas pati multa cogit incommoda.

Mart. 11. *—O quantum cogit egeſtas.*

Paupertas ridiculos homines reddit.

Iuuen. 3. *Nil habet infelix paupertas durius in ſe,*
Plaut. *Quàm quod ridiculos homines facit. —*
Stich. **Iam inde à pauxillo puero ridiculus fui*





*Eo quia paupertas fecit ridiculus forem.*

Paupertas ſola beatè approbat viuere: quia in maxima tranquillitate ſita eſt ſi æquanimiter toleretur: diuitiæ verò econtrà.

*Stet, quicunque volet, potens*
*Aulæ culmine lubrico:*
*Me dulcis ſaturet quies.* Sen.
*Obſcuro poſitus loco,* Thyeſt.
*Leniter fruar otio.* act. 2.
*Nullis nota Quiritibus*
*Ætas per tacitum fluat.*
*Sic cùm tranſierint mei*
*Nullo cum ſtrepitu dies,*
*Plebeius moriar ſenex:*
*—Dum excelſus ſteti,*
*Nunquam pauere deſtiti, atque ipſum mei* Idem
*Ferrum timere lateris, ô quantum bonum eſt,* Thyeſt.
*Obſtare nulli, capere ſecuras dapes.* act. 3.
*Humi iacentem ſcelera non intrant caſam.*
**Quanti caſus humana rotant!*
*Minus in paruis fortuna furit,* Idē Hip.
*Leuiusque ferit leuiora Deus.* act. 4.
*Seruat placidos obſcura quies,*
*Præbet ſomnos caſa ſecuros.*
*Admota æthereis culmina ſedibus*
*Euros excipiunt Notos,*
*Inſani Boreæ minas,*
*Imbriferumque Corum.*

*Hiverſualiter in editione Georg Fabricii legũtur.

*Raros patitur fulminis ictus
Humida vallis.
Tremuit telo Iouis altiſoni
Caucaſus ingens, Phrygiumque nemus
Matris Cybeles. metuens cælo
Iupiter alto vicina petit.
Non capit vnquam magnos motus
Humilis tecti plebeia domus.
Circa regna tonat.

Idẽ Oct. —Bene paupertas
Humili tecto contecta latet.
Quatiunt alta ſæpe procellæ,
Aut euertit fortuna domos.

Calpurnius Ecl. 4. —Vellit nam ſæpius aurem
Inuida paupertas, & dixit vilia rura.

Stat. 3. Sil. 5. *Pax ſecura locis, & deſidis otia vitæ,
Et nunquam turbata quies, ſomnique peracti.
Nulla foro rabies, aut ſtrictæ iurgia legis,
Morum cura viris ſolum, & ſine faſcibus æquũ.

Paupertatem ſuſtinere impotens ad pericula ſe exponit.

Luctantem Icariis fluctibus Africum
Hor. 1. Mercator metuens, otium, & oppidi
Carm. 1. Laudat rura ſui: mox reficit rates
Quaſſas, indocilis pauperiem pati.

Paupertas excuſat.

Petroni⁹ Quiſquis inops peccat, minor eſt reus.

Pauper felicitatẽ ſuam haud cognoſcit, niſi felices videat cadere.

Ne



Nec ſibi felix pauper habetur,
Niſi felices cecidiſſe videt. Sen. Herc. Oet.

Paupere nihil aſperius intractabiliusq; eſt, ſi diuitias & dignitates aſſequatur.

Aſperius nihil eſt humili, cùm ſurgit in altum: Claud. 1
Cuncta ferit, dũ cũcta timet, deſæuit in omnes, Eutrop.
Vt ſe poſſe putent: nec bellua tetrior vlla eſt,
Quàm ſerui rabies, in libera colla furentis:
Agnoſcit gemitus, & pœnæ parcere neſcit,
Quam ſubiit: dominique memor, quem verberat, odit.

Pauper negligitur atque contemnitur.

In pretio pretium nunc eſt, dat cenſus honores, Ouid. 1.
Cenſus amicitias: pauper vbique iacet. Faſt.
*Quia egẽs relicta eſt miſera, ignoratur parẽs, Ter.
Negligitur ipſa: vide, auaritia quid facit. Phorm. 2. 2.
*O vtinam nobis non ruſtica veſtis ineſſet,
Vidiſſem propius mea numina, ſed mihi ſordes, Calpur-
Nudaque paupertas, & adunco fibula morſu nius Ecl.
Obſuerant.-- 7.

Pauper timore vacat etiam inter ſceleſtos ſitus.

Pauca licet portes anguſti vaſcula puri, Iuuena-
Nocte iter ingreſſus gladium, contumq; timebis, lis 10.
Et motæ ad Lunã trepidabis arũdinis vmbras.
Cantabit vacuus coram latrone viator. Ouid. de
*Sic timet inſidias, qui ſe ſcit ferre viator. nuce.
Quod timent: tutum carpit inanis iter.

Universidad de Deusto Biblioteca



Pauper, vilis & plebeius à vulgo reputatur, etiamſi quæque animi bona poſſideat.

*Et genus, & virtus, niſi cum re, vilior alga eſt.*
Hor. 2. **Si quadringentis ſex ſeptem millia deſunt,*
Serm. 5. *Eſt animus tibi, ſunt mores, & lingua, fidesque*
Idem 1. *Plebs eris.* —
Epiſt. 1. Pauperes ad virtutes haud facilè emergunt.
Iuuena- *Haud facilè emergunt, quorũ virtutibus obſtat*
lis 3. *Res anguſta domi.* —

Pauperes inertes miſerrime viuunt.

Plaut. *Omnib. modis, qui pauperes sũt homines miſeri*
Rud. *viuunt:* (tem ullam
*Præſertim quib. nec quæſtus eſt, nec didicere ar-*

Pauperes infames ſunt.

Cleob. *Turpis ſæpe datur fama minoribus.*
per Au- Pauperes ſuſpicioſi maximè ſunt, atq; ſe ne-
ſon. gligi credunt.
Ter. *Omnes, quibus res ſunt minus ſecundæ, magis*
Adel. 4. *ſunt neſcio quomodo*
3. *Suſpicioſi: ad cõtumeliã omnia accipiũt magis*
*Propter ſuam impotentiam, ſe ſemper credunt*
*negligi.*

---

PECCATVM.

Ob peccata Deus per aquam diluuii viuẽtia interemit omnia, demto Deucalione cũ
Ouid. 1. Pyrrha coniuge ſua, quod moraliter de
Met. Noe intelligi poteſt.

*Pœ-*



*Pœna placet diuerſa: genus mortale ſub vndis*
*Perdere, & ex omni nimbos demittere cælo, &c.*
*Ipſe tridente ſuo terram percuſſit: at illa*
*Intremuit, motuque vias patefecit aquarum.*
*Expatiata ruunt per apertos flumina campos,*
*Cumque ſatis, arbuſta ſimul, pecudesq;, virosq;,*
*Tectaque, cumq; ſuis rapiunt penetralia ſacris.*
*Si qua domus manſit, potuitque reſiſtere tanto*
*Indeiecta malo: culmen tamen altior huius*
*Vnda tegit, preſſæque latent ſub gurgite turres.*
*Iamq; mare, & tellus nullũ diſcrimẽ habebãt:*
*Omnia põtus erat, deerãt quoq; litora põto, &c.*
*Mons ibi verticib. petit arduus aſtra duobus,*
*Nomine Parnaſſus, ſuperatq; cacumine nubes.*
*Hic vbi Deucalion (nã cetera texerat æquor)*
*Cùm cõſorte tori parua rate vect* adhæſit, &c.*
*Non illo melior quiſquam, nec amantior æqui*
*Vir fuit, aut illa reuerentior vlla Deorum.*
*Iupiter vt liquidis ſtagnare paludibus orbem,*
*Et ſupereſſe virũ de tot modo millibus vnum,*
*Et ſupereſſe videt de tot modò millibus vnam,*
*Innocuos ambos, cultores numinis ambos:*
*Nubila diſiecit, nimbisque Aquilone remotis,*
*Et cælo terras oſtendit, & æthera terris.*

Peccatum corrigens proprium, quod ſua intereſt facit. Ter.
*Ego in hac re nihil reperio, quamobrem lauder* Adel. 4.
*tantoperè Hegio.* (eſt, corrigo. 3.
*Meum officium facio, quod peccatũ à nobis ortũ*

Universidad de Deusto Biblioteca



Peccatum celatum maius malum eſſe
creditur.

Mart. 3. *Quod tegitur, maius creditur eſſe malum.*

Peccatum magnum occultum eſſe
non poteſt.

Sē. Hip. *Tutum eſſe facinus credis, & vacuum me...*
*Erras. —*

Peccatum tantò maius eſt, quantò pecca...
dignior eſt.

Iuuen. 8. *Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe*
*Crimē habet, quātò maior qui peccat habetur.*

Peccatum non niſi voluntarium fit.

Sen. *Haud eſt nocens, quicunq; non ſponte eſt noc...*
Herc. **Recipe iam ſenſus hera.*
Oet. *Quid te ipſa lacerans omnium adſpectus fugi...*
Idem *Mens impudicam facere, non caſus, ſolet.*

Hipp. Peccatum ſemel qui vicerit, haud gloriatur,
act. 2. quia abſq; peccati nō remāſit fomite, ex
quo quantum in ſe eſt, peccabit facillimè.

Perſius *Nec tu, cùm obſtiteris ſemel, inſtantiq; negaris*
3. *Parere imperio, rumpi iam vincula, dicas.*
*Nam luctata canis non abripit: aſt tamen illi,*
*Cùm fugit, à collo trahitur pars longa catenæ.*

Peccatum nouum ſæpiſſimè ſuppli-
cium habet.

Ouid. 1. *Nos quoq; iam pridem ſcripto peccauimus iſto.*
Triſt. *Supplicium patitur non noua culpa nouum.*

Pecca-



Peccati cognitio vtilis eſt ſummopere,
nam pœnam minuit.

*Æquo animo pœnam, qui meruere ferunt.* Ouid. 2.

Peccati confeſſio miſericordiam impetrat. Amo. 7.

*Numen confeſſis aliquod patet.* Ouid. 1.
**Mite Deûm numē Bacchus peccaſſe fatentē* Met.
*Reſtituit, factique fide data munera ſoluit.* Idem 11.

Peccati dolor veniam impetrat. Met.

*Sæpe leuant pœnas, ereptaque lumina reddunt,* Ouid. 1.
*Cùm bene peccati pœnituiſſe vident.* Pont. 1.

Quem peccaſſe pœnitet, ferè innocens eſt.

*Quem pœnitet peccaſſe, penè eſt innocens.* Sen.

Peccati gloria nulla petenda eſt. Agam.

*Gloria peccati nulla petenda tui eſt.* Ouid. 2.
**Quis furor eſt, quæ nocte latēt, in luce fateri?* Remed.
*Et quæ clam facias, facta referre palam?* Idem 3.
*Ignoto meretrix corpus iunctura Quiriti,* Amo. 13.
*Oppoſita populum ſubmouet ante ſera.*

Peccati nocumenta, quæ intelliguntur per
mutationes ſociorum Vlyſſis.

*Vela Naritii Ducis,* Boët. 4.
*Et vagas pelago rates* 3.
*Eurus appulit inſulæ*
*Pulcra qua reſidens Dea*
*Solis edita ſemine,*
*Miſcet hoſpitibus nouis*
*Tacta carmine pocula.*
*Quos vt in varios modos*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Vertit herbipotens manus:*
*Hunc apri facies tegit:*
*Ille Marmaricus leo*
*Dente creſcit & unguibus:*
*Hic lupis ſuperadditus*
*Flere dum parat, vlulat:*
*Ille, tigris vt Indica,*
*Tecta mitis obambulat.*
*Sed licet varijs malis*
*Numen Archadis alitis*
*Obſitum miſerans Ducem*
*Peſte ſoluerat hoſpitis:*
*Iam tamen mala remiges*
*Ore pocula traxerant:*
*Iam ſues Cerealia*
*Glande pabula verterant.*
*Et nihil manet integrum,*
*Voce corpore perditis.*
*Sola mens ſtabilis, ſuper*
*Monſtra, quæ patitur, gemit.*
*O leuem nimium manum,*
*Nec potentia gramina,*
*Membra quæ valeant licet,*
*Corda vertere non valent.*
*Intus eſt hominum vigor*
*Arce conditus abdita.*
*Hæc venena potentius*
*Detrahunt hominem ſibi*





*Dira, quæ penitus meant.*
*Nec nocentia corpori*
*Mentis * vulnere ſæuiunt.* * *vlcere.*

Peccati veniæ imploratio humillima.

*Ad cælumq; manus, & ſplendida brachia tollēs,* Ouid. 11.
*Da veniam Lenæe pater, peccauimus, inquit:* Met.
*Sed miſerere precor ſpecioſoq; eripe damno.*
* *Fateor me peccaſſe, & me culpā cōmeritū ſcio,* Plaut.
*Id ideo te oratum aduenio, vt æquo animo igno-* Aſin.
*ſcas mihi.*
* *En adſum, & veniā, confeſſus crimina, poſco.* Claud.

Peccato obſtare, primum eſt in homine bo- *Epig. Sa-*
num: ſecundum, noſſe peccati modum. *tisfactio-*
*nis.*
*Obſtare primum eſt, velle nec labi via:*
*Pudor eſt ſecundus; noſſe peccandi modum.* Sē. Hipp.

Peccata æqualia non ſunt, vt Stoici
poſuere.

*Queis paria eſſe ferè placuit peccata, laborant,* Hor. 1.
*Cùm ventum ad verum eſt: ſenſus, moreſque* Serm. 3.
*repugnant,*
*Atque ipſa vtilitas iuſti prope mater, & æqui.*
* *Nec vincet ratio hoc tantundē vt peccet idēq;*
*Qui teneros caules alieni fregerit horti,* Ibidem.
*Et qui nocturnus Diuûm ſacra legerit.*

Peccata vt diuerſa ſunt; ſic & pœna diuerſa
eſſe debet.

*Deniq; quatinus excidi penitus vitium iræ,* Hor. 1.
*Cætera item nequeunt ſtultis hærentia: cur non* Serm. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Pōderibus, modulisq; ſuis ratio vtitur? ac, ru*
*Vt quæq; eſt, ita ſuppliciis delicta coercet*
*-Adſit*
*Regula, peccatis quæ pœnas irroget æquas:*
Iuuenalis 8. *Ne ſcutica dignum, horribili ſectere flagell*

Peccata in principio reſecanda ſunt.

*-Tecum prius ergo voluta*
*Hæc, anime, ante tubas: galeatum ſero duell*
Idem 8. *Pœnitet.-*
**Defenſor culpæ dices mihi, fecimus & nos*
*Hæc iuuenes. eſto: deſiſti nempe, nec vltra*
*Fouiſti errorem. breue ſit, quod turpiter aud*
*Quædam cùm prima reſecētur crimina barb*
*Indulge veniam pueris -*
Sen. **Elleborum fruſtra, cùm iā cutis ægra tume*
Agam. *Poſcentes videas: venienti occurrite morbo.*
Silius 1. **Capienda rebus in malis præceps via eſt.*
Stat. 5. **Ocius ite, viri & naſcentē extinguite flam*
Sil. 2. *Ne ſeræ redeant poſt aucta pericula curæ.*
*-Mortalia quiſquis*
*Pectora ſero videt, nec primo in limine ſiſtit*
*Conatus ſcelerū, atq; animos infanda parāt*
*Excitat illa die ſuo.*
Claud. Eutrop. **Mygdonii cineres, & ſi quid reſtat Eoi*
*Quod pereat regni, certe non augure falſo*
*Prodigii patuere minæ; fruſtraque peracto*
*Vulnere monſtriferi præſagia diſcitis anni.*
*Cautior ante tamen violentum nauita Cor*





*Proſpicit, & tumidæ ſubducit vela procellæ.*
*Quid iuuat errores merſa iam puppe fateri?*

Peccata perpetranda non ſunt: quia etſi homines latent, tamen Deo, qui cuncta videt, aperta ſunt.

*Credamus tamen-*
*Aſtu, doloque tegere nos tantum nefas:*
*Quid ille rebus lumen infundens ſuum* Sē. Hipp.
*Matris parens? quid ille, qui mundum quatit,* act. 1.
*Vibrans coruſcat fulmen Ætnæum manu*
*Stator Deorum? credis hoc poſſe effici*
*Inter videntes omnia, vt lateas auos?*
**Turpe quid auſurus, te ſine teſte time.*

Peccata omnia in hac vita purgabātur aqua & exilio, ſecundum quorundam opinionem, quæ ab Ouidio digna taxatur caſtigatione. Tales per Auſon.

*Omne nefas, omnēq; mali purgamine cauſſam* Ouid. 2.
*Credebant noſtri tollere poſſe ſenes.* Faſt.
*Græcia principium moris fuit: illa nocentes*
*Impia luſtratos ponere facta putat.*
*Actoridem Peleus, ipſum quoq; Pelea Phoci*
*Cæde per Æmonias ſoluit Acaſtus aquas:*
*Vectam frenatis per inane draconibus Ægeus*
*Credulus immerita Phaſida fauit ope, &c.*
*Ah nimium faciles, qui triſtia crimina cædis*
*Fluminea tolli poſſe putatis aqua.*

Peccator felix eſſe non poteſt diu.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Felix criminibus non erit diu.*

Cleob. per Auſon. Peccator rubore eiecto ſemel de attrita fronte, licet aſſiduè à conſcientia ſtimuletur, non erit tamen vno contentus crimine.

Iuuen. 13. *-Nam quis*
*Peccandi finem poſuit ſibi, quando recepit*
*Eiectum ſemel attrita de fronte ruborem?*
*Quiſnam hominum eſt, quem tu contentum*
*Flagitio?* *(videris vno*

Peccator aſſiduè timet, etiam Dei fulgura.

Ouid. 1. Amor. 4. *Multa miſer timeo, quia feci multa proterue,*
*Exemplique metu torqueor ipſe mei.*

*-At mens ſibi conſcia facti*
Lucret. 3. *Præmetuens, adhibet ſtimulos, terretq; flagellis:*
*Nec videt interea, qui terminus eſſe malorum*
*Poſſit, nec qui ſit pœnarum denique finis.*
*Atque eadem metuit magis, hæcne in morte*
*graueſcant.*
*Hinc Acheruſia fit ſtultorum denique vita.*

*-O cæca nocentum*
Stat. 2. Theb. *Conſilia, ô ſemper timidum ſcelus.-*

Iuue. 13. **Nocte breuem ſi fortè indulſit cura ſoporem,*
*Et toto verſata toro iam membra quieſcunt:*
*Continuò templum & violati Numinis aras,*
*Et quod præcipuis mentem ſudoribus vrget,*
*Te videt in ſomnis tua ſacra, & maior imago*
*Humana turbat pauidum, cogitq; fateri.*

Hi



*Hi ſunt, qui trepidant, & ad omnia fulgura*
*pallent,*
*Cũ tonat: exanimes primo quoq; murmure cœli:*
*Non quaſi fortuitu, nec ventorum rabie, ſed*
*Iratus cadat in terras, & vindicet ignis.*
*Illa nihil nocuit: cura grauiore timetur*
*Proxima tempeſtas: velut hoc dilata ſereno.*

Peccator veretur nequando etiam poſt multum tempus deprehendatur.

*-Pertimui, poſtquam*
*Vna cura cor meũ mouit: modò timeo, ne mea* Plaut. Truc.
*malefacta antiqua*
*Nunc ſenex inueniat omnia.-*

Peccatores dolorem, aut febrem, aut aliud aliquod malum dum in ſe eſſe ſentiũt, hoc ob ſua peccata proueniſſe credunt.

*Præterea lateris vigili cum febre dolorem*
*Si cœpere pati, miſſum ad ſua corpora morbum* Iuuẽ. 13.
*Infeſto credunt à Numine: ſaxa Deorum*
*Hæc, & tela putant. pecudem ſpondere ſacello*
*Balantem, & Laribus criſtam promittere galli*
*Non audent. quid enim ſperare nocentibus ægris*
*Conceſſum? vel quæ non dignior hoſtia vita?*

Peccatores obſtinati Deum malorum punitorem negant: quẽ tamen eſſe fateri neceſſe eſt, dum puniuntur.

*Si currant igitur cunctos punire nocentes,* Iuuenalis 13.
*Quando ad me veniet?-* Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Tandemq; fatebre latus*
*Nec ſurdum, nec Tireſiam quenquã eſſe Deũ.*

Improbi in hoc ſeculo laudantur, atque extolluntur: probi verò contemnuntur.

Ouid. *Mittit Hypermneſtra de tot modò fratrib. vni.*
Epiſt.14. *Cetera nuptarum crimine turba iacet.*
*Clauſa domo teneor, grauib⁹ q; coercita vinclis,*
*Eſt mihi ſupplicii cauſſa fuiſſe piam.*
*Quod manus extimuit iugulo demittere ferrũ,*
Sē.Hipp. *Sum rea: laudarer, ſi ſcelus auſa forem.*
**Triſtis vultus peruerſa tulit*
*Præmia recti, caſtos ſequitur*
*Mala paupertas, vitioque potens*
*Regnat adulter.*
Ter. *-His nunc præmium eſt, qui recta praua faciũt.*
Phorm. *GE. Veriſsimè.*

Peccatores extolluntur ſæpiſſimè. vt in poſterum grauiſſimè puniantur.

*Abſtulit hunc tandem Rufini pœna tumultũ,*
Claud. *Abſoluitq; Deos: iam non ad culmina rerum*
Ruf. *Iniuſtos creuiſſe queror: tolluntur in altum*
*Vt lapſu maiore ruant.-*

Peccatores etiam in hac vita puniuntur quãdoque.

*Raro antecedentem ſceleſtum*
Hor.3. *Deſeruit pede pœna claudo.*
Carm.1

Peccandi voluntas, quæ pro facto habetur, ſæpe punitur.





*Spartano cuidam reſpondit Pythia vates. (ret* Iuuena-
*Haud impunitum quondam fore, quod dubita-* lis 13.
*Depoſitum retinere, & fraudem iure tueri*
*Iurando: quærebat enim quæ Numinis eſſet*
*Mens, & an hoc illi facinus ſuaderet Apollo.*
*Reddidit ergo metu, nõ moribus, & tamẽ omnẽ*
*Vocem adyti dignã templo, veramq; probauit:*
*Exſtinctus tota pariter cum prole, domoque,*
*Et quamuis longa deductis gente propinquis.*
*Has patitur pœnas peccandi ſola voluntas:*
*Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat vllũ,*
*Facti crimen habet.-*

Peccatores maximi leuiter puniendi non ſunt.

*Pectora tantis obſeſſa malis* Sē.Herc.
*Non ſunt ictu ferienda leui.* fur.

Peccatores omnes ſumus.

*Mulier fecit: mirandum ne id eſt?* Ter.
*Cenſen' te poſſe reperire vllam mulierem,* Hec. 4.
*Quæ careat culpa? an quia nõ delinquunt viri?* 4.

Peccatores defendendi non ſunt.

*Fallimur, & quõdã nõ dignum tradimus, ergo* Hor. 1.
*Quem ſua culpa premit, deceptus omitte tueri.* Epiſt.18.

Peccatorum reprehenſio ſeuera.

*-Quiſquis*
*Ambitione mala, aut argenti pallet amore:* Hor.1.
*Quiſquis luxuria, triſtiue ſuperſtitione,* Serm. 3.
*Aut alio mentis morbo calet, huc propius me,*

Universidad de Deusto Biblioteca



*Cum doceo inſanire omnes, vos ordine adite.*
*Dāda eſt ellebori multò pars maxima auaris.*

Nullus eſt quem non pudeat peccaſſe, & qui ſe non purgare nitatur.

Plaut. *Qui homo culpam admiſit in ſe, nullus eſt tam*
Aſin. *paruu pretii*
*Quin pudeat, quin purget ſeſe.-*

Peccantem qui non vetat, cùm poſſit, iubet peccare.

Sen. *Qui non vetat peccare, cùm poſsit, iubet.*
Troad.

---

## POENA.

De pœna inferni ſuperius tit. de inferno ad longum dictum eſt.

Pœna inferenda eſt ſecundum peccati exigentiam.

*-Adſit*
Hor. 1. Serm. 3. *Regula, peccatis quæ pœnas irroget æquas:*
*Ne ſcutica dignum, horribili ſectere flagello.*

Pœna non debet excedere modum.

Claud. Epig. Satisfactionis. *Me dolor incautum, me lubrica duxerit ætas,*
*Me timor impulerit, me deuius egerit ardor,*
*Te tam non haud decuit paribus concurrere telis.*

Pœna iuſta æquanimiter eſt toleranda: nam iniuſta difficillimè toleratur.

Ouid. Epiſt. 5. *Leniter, ex merito quidquid patiare, ferendū eſt.*
*Quæ venit indignè pœna, dolenda venit.*

Pœna qui fruitur ſeruus eſſe dicitur.

Qui



*Qui fruitur pœna, ſeruus eſt, legumque videtur* Claud.
*Vindictam præſtare ſibi cùm viſcera felle* conſ.
*Canduerint, ardet ſtimulis, ferturq; nocendi* Manlii.
*Prodigus, ignarus cauſſæ.-*

Pœna maxima nobili viro eſt in ſeruitutem cadere.

*Si pœna petitur, quæ pati grauior poteſt?* Sen.
*Famulare collo nobili ſubeat iugum.* Troad.

---

## POENITENTIA.

Pœnitentes verè ſcelerum ac vitiorum alimenta eradicare debent.

*-Scelerum ſi bene pœnitet,*
*Eradenda Cupidinis* Hor. 3.
*Praui ſunt elementa.-* Carm. 24.

Reliqua de pœnitentia ex tit. de peccato, & tit. de Confeſſione pete.

---

## PERFIDIA.

Perfidię ſeu infidelitatis reprehenſio, atque expreſſio vehemens.

*Illud amicitiæ ſanctum, & venerabile nomen,* Ouid. 1.
*Nunc tibi pro vili ſub pedibusq; iacet.* Triſt. 7.
**Tuquoq; noſtrarum quondam fiducia rerū,*
*Qui mihi confugium, qui mihi portus eras,* Idem 5.
*Tuquoq; ſuſcepti curam dimittis amici,* Triſt. 7.
*Officiiq; pium tam cito ponis onus?*
*Sarcina ſum fateor, quam ſi tu tempore duro*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Depoſiturus eras, non ſubeunda fuit.*
*Fluctibus in mediis nauem Palinure relinquis:*
*Ne fuge, neve tua ſit minor arte fides.*
*Nunquid Achilleos inter fera prælia fidi*
*Deſeruit leuitas Automedontis equos?*

Ter. Adel. 4. 4. *Satis diu verba dediſti: ſatis adhuc tua... fruſtrata eſt fides.*

Propert. 3. 11. *Et ſcelus accepto Thracis Polymneſtoris au...*
*Nutrit in hoſpitio non Polydore pio.*

Ouid. 1. Triſt. 7. *In caput alta ſuum labentur ab æquore retr...*
*Flumina, conuerſis Solq; recurret equis.*
*Terra feret ſtellas, cælum ſcindetur aratro,*
*Vnda dabit flammas, & dabit ignis aqu...*
*Omnia naturæ præpoſtera legibus ibunt,*
*Parsq; ſuum mundi nulla tenebit iter.*
*Omnia iam fient, fieri quæ poſſe negabã,*
*Et nihil eſt, de quo non ſit habenda fides.*
*Hæc ego vaticinor: quia ſum deceptus ab illo,*
*Laturum miſero quem mihi rebar opem.*

Claud. bello Gild.

Perfidos & proditores Romani olim ſpreuerunt.

*Romani ſcelerum ſemper ſpreuere miniſtros.*
*Noxia pollicitum domino miſcere venena*
*Fabricius Regi nudata fraude remiſit,*
*Infeſto quem Marte petit, bellumq; negauit*
*Per famuli patrare nefas. ductosq; Camillus*
*Trans murum pueros obſeſſæ reddidit vrbi.*

PERIV-



## PERIVRIA.

Periuria vitanda ſunt, & ad hoc exhortatio vtilis.

*Vt valeant aliæ, ferrum patiuntur, & ignes:*
*Fert aliis triſtem ſuccus amarus opem.* Ouid.
*Nil opus eſt iſtis, tantum periuria vita,* Epiſt. 19.
*Teq; ſimul ſerua, meque, datamq; fidem.*

Periuri hac in vita ſi primò non puniantur, tamen impuniti diu non ſunt.

*Ah miſer, & ſi quis primò periuria celat,*
*Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.*
**In prolem dilata ruunt periuria patris,* Tibullus
*Et pœnam merito filius ore luit, &c.* 1. 9.
*Et quas fallacis collegit lingua parentis,* Claud.
*Has eadem nati lingua refudit opes.* in Curetium.

Periuria viri nihil curant, modo libidinem explere poſſint.

*Nunc iam nulla viro iuranti fœmina credat:*
*Nulla viri ſperet ſermones eſſe fideles.*
*Qui, dũ aliquid cupiẽs animus prægeſtit apiſci,* Catull. de nupt. Pelei, & Thetidos.
*Nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt:*
*Sed ſimul ac cupidæ mentis ſatiata libido eſt,*
*Dicta nihil metuere, nihil periuria curant.*

Iurant intrepidè qui putant omnia ſub fortunæ imperio eſſe.

*Sunt qui in fortunæ iam caſibus omnia ponant,* Iuuẽ. 13.
*Et nullo credant mundum rectore moueri,*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Natura voluente vices & lucis, & anni,*
*Atq; ideo intrepidi quæcunq; altaria tangunt.*

---

PERSEVERANTIA.

Perſeuerandi exhortatio notabilis in bonis quia ſola perſeuerãtia brauium accipit.

Plaut. *Iccirco moneo ego vos hæc, qui eſtis boni,*
Rud. *Quiq; ætatem agitis cum pietate, & cum fide,*
Prolog. *Retinete. porrò, poſt factum vt lætemini.*

Perſeuerandum eſt in aduerſis atque obdurandum.

Ouid. A- *Perfer, & obdura: dolor hic tibi proderit olim:*
mo. 10. *Sæpe tulit laſſis ſuccus amarus opem.*

---

PETITIO.

Petitio iuſta facilisque eſſe debet.

Plaut. *Iuſtam rem & facilem eſſe orata à vobis volo:*
Amph. *Nam iuſtè à iuſtis iuſtus ſum orator datus.*

Petitiones noſtræ ſecundum Dei voluntatem ordinandæ ſunt: de quo vide titu. de Deo, Deus diligit, &c.

Petitio ſiue imprecatio, ne quis malè parta diu retineat, ſed malè conſumat omnia.

Ouid. *Nec malè parta diu teneat, peius q; relinquat,*
Epiſt. 6. *Exſulet, & toto quærat in orbe fugam,*
*Cùm mare, cùm terras conſumſerit, æra tentet,*
*Erret inops exſpes, cæde cruenta ſua.*

Petitiones hominum omnes ferè vanæ ſunt ...



*Stulti haud ſcimus. fruſtra vt ſimus, cùm quod cupienter dari* Plaut.
*Petimus nobis, quaſi quid in rem ſit, poſſimus noſcere.* Pſeud.
*Certa amittimus, dũ incerta petimus. atq; hoc (euenit*
*In labore atq; in dolore, vt mors obrepat interim.*

Petitionis inhoneſtæ amica reprehenſio.

*Ah nimium eſt, q amice petis, moderatiùs opta,* Ouid.
*Et voti, quæſo, contrahe vela tui.* Pont. 9.

Petita negare durum eſt: durius autem ante petitionem negare.

*Durum eſt, Sexte, negare, cùm rogeris.* Mart. 2.
*Quanto durius, antequam rogeris?*

Timidè petens negare docet.

*Qui timidè rogat,*
*Docet negare.* Sẽ. Hip.

Eiuſdem eſt & petentibus facilem eſſe, & ſontibus difficilem.

*Scilicet eiuſdem eſt, quamuis pugnare videtur,* Ouid. 4.
*Supplicibus facilem, ſontibus eſſe trucem.* Pont. 16.

Petitio aſſidua rei vnius, tædium cauſſat.

*Et pudet, & metuo, ſemperq; eademq; precari,* Ouid. 4.
*Ne ſubeant animo tædia iuſta tuo.* Pont.
*Verum quid faciã? res immoderata cupido eſt.*
*Da veniam vitio mitis amice meo.*

Petenti citò dans, bis dat.

*Si bene quid facias, facias citò: nam citò factũ,* Auſon.
*Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.* Epig. 83.

Universidad de Deusto
Biblioteca



PHILAVTIA.

Philautia, ſcilicet amor ſui cæca eſt, cò quid excęcat ipſos φιλαύτους.

Hor. 1. *-Subſequitur cæcus amor ſui,*
Carm. *Et tollens vacuum plus nimio gloria vertic*
28. Hunc amorem improbum & ſtultu Horatius vocat.
Serm. *-Egomet mi ignoſco, Manius inquit.*
3. *Stultus, & improb. hic amor eſt, dign' q.*

Hanc ob cauſſam malè Scholaſtici Theolo gi definiunt, ordinatam caritatem à ſei pſo debere incipere.

Philautia ſibiipſi tantùm bene vult, ſuaq tantùm prædicat.

Ter. *Verum illud verbum eſt, vulgò quod dici ſol*
And. 2. *Omnes ſibi malle melius eſſe, quàm alteri.*
4. Idem ** Quenquãne hominẽ in animo inſtituere, au*
Adelph. *Parare quod ſit carius quàm ipſe ſibi?*
Idem A- ** Homine imperito nũquam quidquã iniuſtius*
delph. *Qui, niſi quod ipſe facit, nihil rectum putat.*
1. 2.

PHILOSOPHIA.

Philoſophia colentibus ſe prodeſt: neglig tibus verò obeſt. Igitur ad illam confug endum eſt, idque Horatii exemplo.

Hor. 1. *Vt nox longa, quibus mentitur amica, dies*
Epiſt. 1. *Longa videtur opus debentibus: vt piger an*



*Pupillis, quos dura premit cuſtodia matrum:*
*Sic mihi tarda fluunt, ingrataq; tẽpora, quæ ſpẽ,*
*Conſiliumq; morantur agenti gnauiter id, quod*
*Æquè pauperibus prodeſt, locupletibus æquè:*
*Æquè neglectũ pueris, ſenibusq; nocebit,*
*Reſtat, vt his ego me ipſe regã, ſolerq; elemẽtis.*
*Non poſſis oculo quantum contendere Lynceus,*
*Non tamen idcirco contemnas lippus inungi:*
*Nec, quia deſperes inuicti membra Glyconis,*
*Nodoſa corpus nolis prohibere chiragra.*

Philoſophiæ incumbens vitam quietam & tranquillam traducere valebit: quia philoſophiæ ſtudium, cupiditatum, vitiorumq; refrenatio eſt, igitur illi ſedulò incumbendum eſt.

*Eſt quodam prodire tenus, ſi non datur vltrà.* Hor. 1.
*Feruet auaritia, miſeroq; Cupidine pectus?* Epiſt. 1.
*Sunt verba, & voces, quibus hunc lenire dolo-*
*Poſſis, & magnã morbi deponere partẽ. (rẽ*
*Laudis amore tumes? ſunt certa piacula, quæ te*
*Ter purè lecto poterunt recreare libello.*
*-Plurima felix*
*Paulatim vitia, atque errores exuit omneis.* Iuuẽ. 13.
** Melius latebam, procul ab inuidia malis* Sen. Oct.
*Remotus inter coruſci rupes maris,*
*Vbi liber animus, & ſui iuris mihi*
*Semper vacabat ſtudia recolenti mea.*
** Inter cuncta leges, & percunctabere doctos:* Hor. 1.
Epiſt. 18.
Perſi' 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Qua ratione queas traducere leniter æuum.*
*-Petite hinc iuuenesque, ſenesq;*
*Finem animo certũ, miſerisq; viatica cani.*

Philoſophiæ ſpeculatio homini non parua
consolatio eſt.

Sen. Oct.
*O quàm iuuabat, quo nihil maius parens*
*Natura genuit, operis immenſi artifex,*
*Cælum intueri, Solis & currus ſacros,*
*Mundiq; motus, Solis alternas vices,*
*Orbemq; Phœbes, aſtra quem cingunt vaga,*
*Lateque fulgens ætheris magni decus.*

Philoſophi à vitiis ſeiuncti fuere, ideo felices
dicuntur.

Ouid. 1. Faſt.
*Quis vetat & ſtellas, vt quæq; oriturq; caditq;*
*Dicere? promiſſi pars fuit illa mei.*
*Felices animæ, quibus hæc cognoſcere primis,*
*Inque domos ſuperas ſcandere cura fuit.*
*Credibile eſt illos pariter vitiisq; iocisq;*
*Altius humanis exeruiſſe caput.*
*Non Venus, & vinum ſublimia pectora fregit,*
*Officiumq; fori, militiæq; labor.*
*Nec leuis ambitio, perfuſaq; gloria fuco,*
*Magnarumue fames ſollicitauit opum.*
*Admouere oculis diſtantia ſidera noſtris,*
*Ætheraque ingenio ſuppoſuere ſuo.*
*Sic petitur cælum, non vt ferat Oſſan Olympus,*
*Summaque Peliacus ſidera tangat apex.*





## PIETAS.

Pietate vera, nulla vis maior eſſe dicitur.
*Nulla vis maior pietate vera eſt.*

Pietas homini tutiſſima virtus eſt.
*Et merito pietas homini tutiſsima virtus.* Sen. Thyeſt.

Pietas abeſſe à Chriſtiano non poteſt. Virg.
*Pietas abeſſe Chriſtiano quî poteſt?* Ætnæ.
*Nanque argumentum mutuum eſt*
*Pietatis eſſe Chriſtianum, & impii* Paulin.
*Non eſſe Chriſto ſubditum.* Auſonio Epiſt. 11.

Tam ſpectatæ pietatis Æneas fuiſſe perhibetur, vt illæſus per ignem incederet.
*Deſcendo, ac ducente Deo flãmã inter, & hoſtes* Virg. 2.
*Expedior: dant tela locũ, flammæq; recedunt.* Æn.
**Hinc ſatus Æneas pietas ſpectata per ignes,*
*Sacra, patremq; humeris, altera ſacra tulit.* Ouid. 4.
**An magis hunc morem pietas Ænëia fecit,* Faſt.
*Innocuum victo, cui dedit ignis iter.* Ibidem.
**Cum foret Æneæ ceruix ſubiecta parenti,* Idem 1.
*Dicitur ipſa viro flamma dediſſe viam.* Pont. 1.
**Non tamen euerſam Troiæ cum mœnibus eſſe* Idem 13.
*Spem quoque fata ſinunt, ſacra, & ſacra altera patrem* Met.
*Fert humeris, venerabile onꝰ, Cythereius heros.*
*De tantis opibus prædam pius elegit illam,*
*Aſcaniumque ſuum.-*

Quanta pietas in Honorio fuerit.

Universidad de Deusto Biblioteca



Claud.3. Tantaque ſe pietas rudibus oſtentat in anni
Honor. Sic ætas animo ceſsit, quererentur vt omne
Imperium tibi ſerò datum.-

PIGRITIA.

Pigri cauent ne eis inuideatur.

Plaut. Sibi ne inuideatur, ipſi ignaui rectè cauen
Bacch. Qui piger eſt, nil eſt.
Plaut. -Opera
Rud. Haud fui parcus mea, nimis homo nihil'ſt, qu
piger eſt,
Nimisque id genus odi ego malè.

Pigri indies actiones ſuas elongãt: qui hau
exigua, vt digni ſunt, caſtigatione repre
henduntur.

Perſi. 5. Cras hoc fiet. idem cras fiet. quid, quaſi magn
Nempe, diem, donas? ſed cum lux altera ven
Iam cras heſternũ cõſumſimus, ecce aliud cra
Egerit hos annos, & ſemper paulum erit vltr
Nam, quãuis prope te, quãuis temone ſub vn
Vertentem ſeſe fruſtra ſectabere canthum,
Cum rota poſterior curras, & in axe ſecundo.
Mart.5. *Cras te victurum, cras dicis, Poſtume, ſemper
Dic mihi, cras iſtud, Poſtume, quando venit
Quàm lõge cras iſtuc vbi eſt, aut vnde pet
Nunquid apud Parthos, Armenioſq; late
Iã cras iſtuc habet Priami, vel Neſtoris an
Cras iſtud quanti, dic mihi, poſſet emi
Cra



Cras viues: hodie iam viuere, Poſtume, ſerũ eſt.
Ille ſapit, quiſquis, Poſtume vixit heri.

POESIS, AC POETAE.

Poëſis picturæ ſimilis eſſe dicitur.

Vt pictura, poeſis erit, quæ ſi propius ſtes Hor.
Te capiet magis: & quædam, ſi longius abſtes. Art.
Hæc amat obſcurum: volet hæc ſub luce videri,
Iudicis argutum quæ non formidat acumen.
Hæc placuit ſemel: hæc decies repetita placebit.

Poëſis ad bonos mores facit.

Adde quod inſidiæ ſacris à vatibus abſunt,
Et facit ad mores ars quoq; noſtra bonos. Ouid.3.
Nec nos ambitio, nec nos amor vrget habendi, Art.
Contemto colitur lectus, & vmbra foro. Ibidem.
*Scilicet ingenium placida mollitur ab arte,
Et ſtudio mores conuenienter eunt.

Poëtis pictoribusque æqua poteſtas
ſemper fuit.

-Pictoribus, atque poetis Hor.
Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas. Art.

Poëta conſummatus quandoq;
etiam errat.

Sunt delicta tamen, quibus ignouiſſe velimus.
Nam neque chorda ſonum reddit, quem vult Hor.
manus, & mens. Art.
Poſcentique graue perſæpe remittit acutum:
Nec ſemper feriet, quodcunq; minabitur arcus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ibidem. *Indignor, quandoq; bonus dormitat Hom

Poeta delectare aut prodeſſe debet, vel
bo ſimul perficere: nam ſic faciens om
fauorem obtinebit.

Hor. *Aut prodeſſe volunt, aut delectare poeta,*
Art. *Aut ſimul & iucunda, & idonea dicere*
Ibidem. **Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile*
*Lectorem delectando, pariterq; monendo.*

Quod Dei ſpiritus in Poetis ſit, ſuprà titul
Deo oſtenſum eſt. Dei ſpiritus, &c.

Poetę effectus, ſeu intimatio lepidiſſimo
rum, circa quæ verſari debet.

Hor. *Ille bonis faueatq;, & concilietur amic*
Art. *Et regat iratos, & amet peccare timent*
*Ille dapes laudet menſæ breuis: ille ſalubrem*
*Iuſtitiam, legesq;, & apertis otia portis.*
*Ille tegat commiſſa, Deosq; precetur, & or*
*Vt redeat miſeris, abeat fortuna ſuperbis.*

Poetarum dicta obſcœna fugienda ſunt

Ouid. 2. *Eloquar inuitus, teneros ne tange poetas:*
Remed. *Submoueo dotes impius ipſe meas.*

Poetæ ſacra inter ſe communia habere dic
tur, licèt diuerſimode eis vtantur.

Ouid. 2. *Sunt tamen inter ſe communia ſacra poetis,*
Pont. 10. *Diuerſum quamuis quisq; ſequamur iter.*

Poeta conſummatus & artem & naturam
carmen appoſitam habere debet.

Hor. *Natura fieret laudabile carmen, an arte*
Art.

*Quæ*



*Quæſitum eſt: ego nec ſtudiũ ſine diuite ve*
*Nec rude quid proſit video ingeniũ: alterius ſic*
*Altera poſcit opem, res, & coniurat amice.*

Poetæ multa mentiuntur.

*Exit in immenſum fecunda licentia vatum,*
*Obligat hiſtorica nec ſua verba fide.* Ouid. 3. Amor. 11

Poetæ ſtudent famæ.

*Quid petitur ſacris, niſi tantum fama, poetis?* Ouid. 3.
*Hoc votum noſtri ſumma laboris habet,* Art.
*Cura ducum fuerant olim, Regumq; poetæ,*
*Præmiaq; antiqui magna tulere chori.*
*Sanctaq; maieſtas, & erat venerabile nomen*
*Vatibus, & largæ ſæpe dabantur opes.*
*Ennius emeruit Calabris in montibus ortus,*
*Contiguus poni Scipio magne tibi.*
*Nunc ederæ ſine honore iacent: operataq; doctis*
*Cura vigil Muſis, nomen inertis habet.*
*Sed famam vigilare iuuat. quis noſſet Homerũ*
*Ilias æternum ſi latuiſſet opus?*

Poetarum eſt ficta pertractare, quæ tamẽ veritati conſona eſſe debent.

*Ficta voluptatis cauſſa, ſint proxima veris.* Hor.

Poetarum vtilitas magna eſt, eo quod nos Art.
innumera docent bona.

*Scribimus indocti, doctiq; poemata paſſim.* Hor. 2.
*Hic error tamen, & leuis hæc inſania, quantas* Epiſt. 1.
*Virtutes habeat, ſic collige, &c.*

Reliqua quære tit. de Carminibus.

## POTENTIA.

Quanto potens maior eſt, tanto miſerior eſſe dicitur: quia aſſiduo timore angitur.

*Anxius ſceptrum tenet, & mouentes*
*Cuncta dynaſtas, metuitque caſus* — *Sē. Thyeſt. act. 3.*
*Mobiles rerum, dubiumque tempus.*

**O regnorum magnis fallax* — *Idem Agam.*
*Fortuna bonis, in præcipiti,*
*Dubioque nimis excelſa locas.*
*Nunquam placidam ſceptra quietem,*
*Certumve ſui tenuere diem.*
*Alia ex aliis cura fatigat,*
*Vexatque animos noua tempeſtas.*
*Non ſic Libycis Syrtibus æquor*
*Furit alternos voluere fluctus.*

**Tu quicunque es, qui ſceptra tenes,* — *Idem Herc. Oet. act. 2.*
*Licet omne tua vulgus in aula*
*Centum pariter limina pulſet,*
*Cùm tot populis ſtipatus eas,*
*Cùm tot populis vix vna fides.*
*Tenet auratum limen Erinnys,*
*Et cùm magnæ patuere fores*
*Intrant fraudes, cautique doli.*

**Ceſpes Tyrio mollior oſtro* — *Ibidem.*
*Solet impauidos ducere ſomnos.*
*Aurea rumpunt tecta quietem,*
*Vigilesque trahit purpura noctes.*

O ſi



*O ſi pateant pectora ditum,*
*Quantos intus ſublimis agit*
*Fortuna metus. Brutia Coro*
*Pulſante fretum mitior vnda eſt.*

*—Nunc aurum, & purpura curis*
*Exercent hominum vitam, belloq; fatigant.* — *Lucret. 5.*

Potentia humana breuis eſt.

*-Violentaque pectora Turni*
*Edocet humanis quæ ſit fiducia rebus.* — *Virg. 10. Æn.*
*-Nulla potentia longa eſt.*
**Magna repētè ruūt, ſumma cadunt ſubitó.* — *Ouid. 2. Met.*

Quantò potēs maior eſt, tātò humilior eſſe debet, & ad hoc admonitio notabilis.

*Vos, quibus rector maris, atq; terræ* — *Claud. de ſepulcro Specioſa.*
*Ius dedit magnum necis, atque vitæ,*
*Ponite inflatos, tumidosq; vultus.*
*Quidquid à vobis minor extimeſcit,* — *Sen. Thyeſt. act. 3.*
*Maior hoc vobis dominus minatur.*
*Omne ſub regno grauiore regnum eſt.*
*Quem dies vidit veniens ſuperbum,*
*Hunc dies vidit fugiens iacentem.*

*- Quoque fortuna altius*
*Euexit, atque leuauit humanas opes,* — *Idē Troad. act. 2.*
*Hoc ſe magis ſupprimere felicem decet,*
*Varioſq; caſus tremere, & metuentem Deos*
*Nimium fauentes, magna momento obrui*
*Vincendo didici.-*

**Minimum decet libere, cui multum licet.* — *Ibidem.*

Ter. Adelph. 3. 5.

*Sed Demea, hoc tu facito cum animo cogites,
Quàm vos facillimè agitis, quã eſtis maximè
Potentes, dites, fortunati, nobiles,
Tam maximè vos æquo animo æqua noſcere
Oportet, ſi vos voltis perhiberi probos.

Claud. 2. Ruf.

*Deſinat elatis quiſquam confidere rebus:
Inſtabileſq; Deos, aut lubrica Numina diſcat.
Illa manus, quæ ſceptra ſibi geſtanda parabat,
Cuius ſe toties ſubmiſit ad oſcula ſupplex
Nobilitas, inhumata diu, miſeroq; reuulſa
Corpore feralem quæſtum poſt fata popoſcit.
Adſpiciat, ne quis nimium ſublata ſecundis
Colla gerat triuiis calcandus ſpargitur ecce
Qui ſibi Pyramidas, qui non cedentia templis
Ornatura ſuos exſtruxit culmina Manes,
Et qui Sidonio velari credidit oſtro,
Nudus paſcit aues, iacet en qui poſſidet orbem,
Exiguæ telluris inops, & puluere raro
Per partes tegitur, nuſquam, totieſq; ſepultus.
Senſerunt conuexa necẽ, telluſq; nefandum
Emolitur onus.-

Idem Epig. Satisfactionis.

*Iam iam ſuppliciis feſſos, humileſq; ſerenus
Deſpice. quid tanta dignaris morte clientem?
In breuibus nunquam ſeſe probat Æolus vndis,
Nec capit anguſtus Boreæ certamina collis:
Alpes ille quatit, Rhodopeiaq; culmina quaſſat,
Incubuit nunquam cæleſtis flamma ſalictis.
Nec parui frutices iram meruere Tonantis:
Ingen-



Ingentes quercus, annoſas fulminat ornos.
*Quanto plus liceat, tam libeat minus.

Verè potens eſt, qui cupiditatem ſubiicit rationi, vt virum decet, nam econtràfacere, impotentia eſt. Cleob. per Auſon.

Qui ſe volet eſſe potentem,
Animos domet ille feroces,
Nec victa libidine colla
Fœdis ſubmittat habenis.
Etenim licet Indica longè
Tellus tua iura tremiſcat,
Et ſeruiat vltima Thule:
Tamen atras pellere curas,
Miſeraſque fugare querelas
Non poſſe, potentia non eſt.

Boët. 3. 5.

Potentia in exaudiendis precibus optimè ſpectatur.

Ouid. 2. Pont. 9.

Conſpicitur nunquam meliore potentia cauſſa,
Quàm quoties vanas non ſinit eſſe preces.
Hoc nitor iſte tui generis deſiderat: hoc eſt
A ſuperis ortæ nobilitatis opus, &c.
Hoc tecum commune Deis, quòd vtrinq; rogati
Supplicibus veſtris ferre ſoletis opem.

Potens ſui eſt ille, cui licet in diẽ dicere, vixi. id eſt, qui abſq; animi perturbatione eſt, vt omnes decet.

Hor. 3. Carm. 29.

-Ille potens ſui,
Lætuſq; deget, cui licet, in diem,

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Dixiſſe, vixi.-*

Potentes aggredi nemo tutò poteſt.

Sen. Med. *Nemo potentes aggredi tutus poteſt.*

Potentum aditum multi colũt, auri, ſeu diuitiarum cupiditate ducti: alii gloria, & ambitione tracti, vt ſuprà tit. de Ambitione dictum eſt.

Sẽ. Herc. fur. *Ille ſuperbos aditus Regum,*
*Duraſq; fores expers ſomni*
*Colit, ac nullo fine beatas*
*Componit opes gazis inhians,*
*Et congeſto pauper in auro.*

Potentum conſuetudo ſummoperè vitanda eſt.

Ouid. 3. *Vſibus edocto ſi quidquam credis amico,*
Triſt. 4. *Viue tibi, & longe nomina magna fuge.*
*Viue tibi, quantumque potes prælustria vita.*
*Sæuum prælustri fulmen ab arce venit.*
*Nam quanquam ſoli poſſunt prodeſſe potentes,*
*Non proſunt, potius plurimum obeſſe ſolent.*
*Effugit hibernas demiſſa antenna procellas,*
*Lataque plus paruis vela timoris habent.*
Ibidem. **Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, & intra*
*Fortunã debet quiſq; manere ſuam.*
*Non foret Eumedes orbus, ſi filius eius*
*Stultus Achilleos non adamaſſet equos.*
*Nec natum in flãma vidiſſet in arbore natas,*
*Cepiſſet genitor ſi Phaethonta Merops.* Tu



*Tu quoque formida nimium ſublimia ſemper,*
*Propoſitique memor contrahe vela tui, &c.*
*Viue ſine inuidia, molleſq; inglorius annos*
*Exige, amicitias & tibi iunge pares.*
*-Si quid mirabere pones*
*Inuitus. fuge magna: licet ſub paupere tecto* Hor. 1.
*Reges, & Regum vita præcurrere amicos.* Epiſt. 10.

Potentum opera ſecreta haud eſſe poſſunt.

*O Corydon, Corydon, ſecretum diuitis vllum* Iuuẽ. 9.
*Eſſe putas? ſerui vt taceant: iumenta loquẽtur.*

Terrena poteſtas verum bonum non eſt, quia à malis habetur.

*Hic tamen ſceptro populos regebat,* Boët. 2.
*Quos videt condens radios ſub vndas* 6.
*Phœbus, extremo veniens ab ortu:*
*Quos premunt ſeptem gelidi triones:*
*Quos notus ſicco violentus æſtu*
*Torret, ardentes recoquens arenas.*
*Celſa num tandem valuit poteſtas*
*Vertere praui rabiem Neronis?*
*Heu grauem ſortem, quoties iniquus*
*Additur ſæuo gladius veneno.*

Poteſtas omnis eſt impatiens conſortis.

*O malè concordes, nimiaque cupidine cæci* Lucan. 1.
*Quid miſcere iuuat vires, orbemq; tenere*
*In medio? dum terra fretum, terramq; leuabit*
*Aer, & longi voluent Titana labores,*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Noxque diem cæli totidem per ſigna ſequetur.*
*Nulla fides regni ſociis, omniſq; poteſtas*
*Impatiens conſortis erit: nec gentibus vllis*
*Credite, nec longè fatorum exempla petantur.*
Ibidem. *Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.*
*-Miſerando funere Craſſus*
*Aſſyrias Latio maculauit ſanguine Carras.*
Ibidem. *-Stimulos dedit æmula virtus,*
*Nec quenquam iam ferre poteſt Cæſarve priorem,*
*Pompeiusve parem.-*

Poteſtas ſola virtute emitur.

Claud. 3. Honor. *Luget auarities Stygiis innexa catenis,*
*Cumq; ſuo demens expellitur ambitus auro.*
*Non dominantur opes, non corrūpentia ſenſus*
*Dona valent: emitur ſola virtute poteſtas.*

---

## PRAELATIO.

Prælatio appetenda non eſt, nec reiicienda quia à Deo.

Sē. Thyeſt. act. 3. PH. *Nec abnuendum ſi dat imperium Deus.*
TH. *Nec appetē dū.* PH. *Frater, vt regnes, rogat.*

Prælatione vix vnus eſt dignus.

Iuuē. 15. *-Quis enim bonus, & face dignus*
*Arcana, qualem Cereris vult eſſe ſacerdos,*
*Vlla aliena ſibi credat mala?-*

Prælatus clementiſſimus eſſe, amarique ab omnibus ſummopere ſtudere debet. & ad hoc exhortatio pulcra.

Sis



*Sis pius in primis, nam cùm vincamur in omni* Claud. 4
*Munere, ſola Deos æquat clementia nobis.* Honor.
*Neu dubiè ſuſpectus agas, nec falſus amicis,*
*Rumorumve auidus, qui talia curat, inanes*
*Horrebit ſtrepitus, nulla non anxius hora.*
*Non ſic excubiæ, nec circumſtantia pila*
*Quàm tutatur amor, non extorquebis amari.*
*Hoc alterna fides, hoc ſimplex gratia donat.*

Prælatus obſeruare debet, quę aliis iubet: eò, quòd illorum opera & exempla in vulgus manant.

*Scilicet in vulgus manant exempla regentum:*
*Vtq; Ducum lituos, ſic mores caſtra ſequūtur.* Claud. 1. Stil.

Prælatus ſpeculū eſt omnibus, in quo occultum vitium haud eſſe poteſt, igitur bene viuere debet, & ad hoc exhortatio vtilis.

*Hoc te præterea crebro ſermone monebo,* Claud. 4
*Vt te totius medio telluris in orbe* Honor.
*Viuere cognoſcas, cunctis tua gentibus eſſe*
*Facta palam, nec poſſe dari regalibus vſquam*
*Secretum vitiis: nam lux altiſsima fati*
*Occultum nil eſſe ſinit, latebraſq; per omnes*
*Intrat, & obſtruſos implorat fama receſſus.*

Prælatus in ſe omnes virtutes habebit.

*Exſpectata diu tandem prouincia cùm te*
*Rectorem accipiet, pone iræ frena, modumque,* Iuuen. 8.
*Pone & auaritiæ: miſerere inopum ſociorum.*
*Oſſa vides Regum vacuis exhauſta medullis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Reſpice quid moneant leges, quid Curia m*
*Præmia quãta bonos maneãt, quã fulmin*
*Et Capito, & Tutor ruerint dãnante ſen*
*Piratæ Cilicum.-*

Prælatorum caſtigatio perutilis, de c
auri infructuoſa accumulatione,
Deo grata non eſt, ſed mens bona,
virtuoſa.

Perſ. 2. *-At vos*
*Dicite Pontifices, in ſacro quid facit au*
*Nempe hoc, quod Veneri donatæ à virgi*
*Quin damus id Superis, de magna q da*
*Non poſsit magni Meſſallæ lippa propago:*
*Cõpoſitum ius, faſq; animi, ſanctoſq; receſſ*
*Mentis, & incoctum generoſo pectus hone*
*Hoc cedò, vt admoueã templis, & farre lita*

---

## PRINCIPES.

Principis virtus ſumma, quâ cælum
petitur quæ ſit.

Sen. Oct. act. 2. *Conſulere patriæ, parcere afflictis, feræ*
*Cæde abſtinere, tempus atque iræ dare,*
*Orbi quietem, ſeculo pacem ſuo.*
*Hæc ſumma virtus, petitur hac cælum via.*
Virg. 6. Æn. **Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.*
Ouid. 2. Pont. 9. **Regia crede mihi, res eſt ſuccurrere lapſis.*
Idem 1. Pont. 3. **Sed piger ad pœnas Princeps, ad pr̃mia velox*
*Quique dolet, quoties cogitur eſſe ferox.*

Prin



Principis virtus non parua eſt, ſubditos
ſuos noſcere.

*Principis eſt virtus maxima, noſſe ſuos.*

Principes ſubditos ſuos faſtidire haud debẽt.
**His tamen effectis nec faſtidire minores.* Mart. 8.
*Neu pete præſcriptos homini tranſcendere fines.* Claud. 4 Honor.

Principes publica potius, quàm priuata curare debent, & non econtrà, vt fit.
*Tu ciuem, patremq; geras, tu conſule cunctis,*
*Nec tibi, nec tua te moueant, ſed publica vota.* Claud. 4 Honor.
**Nimioque hic pluris pauciorum gratiam*
*Faciunt pars hominum, quam id, quod proſit*
*pluribus.* Plaut. Trin.

Principibus viris placuiſſe, non eſt laus
contemnenda.

*Principibus placuiſſe viris, nõ vltima laus eſt.* Hor. 1. Epiſt. 17

---

## PRINCIPIVM.

Principium omne difficile videtur eſſe.
*Sed tamen eſt artis triſtiſsima ianua noſtræ,*
*Et labor eſt vnus, tempora prima pati.* Ouid. 1. Remed.
*Adſpicis vt prenſos vrant iuga prima iuuẽcos,*
*Vt noua velocem cingula lædat equum?*
**Hæc, dum incipias, grauia ſunt,*
*Dumque ignores: vbi cognoris, facilia.-* Ter. Heaut. 5. 3.

Principium, dimidium totius eſſe dicitur.
*Dimidium facti, qui cœpit, habet: ſapere aude:*
*Incipe.-* Hor. 1. Epiſt. 2.

Auſon. Epig. 83. *Incipe, dimidium facti eſt cœpiſſe: ſuperſ...
Dimidium, rurſum hoc incipe, & effic...

Idem Monoſ. *Incipe quiquid agas, pro toto eſt prima ...
pars.

Principium habens bonum & ſeque...
bona habere dicitur.

Plaut. Perſ. Si quam rem accures ſobrie, aut frugalit...
Solet illa rectè ſub manus ſuccedere.
Atq; Ædepol firmè, vt quiſq; rem accura...
Sic ei procedit, poſt principia deniq; ſi mal...
Aut nequam 'ſt, malè res vertunt, qua...
Sin autem frugi 'ſt, eueniunt frugalite...
Hanc rem exorſus ſum facetè, & callid...
Igitur prouenturam bene confido mihi.

Principia negata ſi ſint, ſequentium ra...
nem reddere non eſt.

Lucret. 1 -Cui niſi prima fides fundata valebit,
Haud erit, occultis de rebus quò referente...
Cōfirmare animi quidquam ratione qua...

---

## PROBITAS.

Probitas in omne æuum durat.

Ouid. de med. faciei. Sufficit, & longum probitas perdurat in a...
Perque ſuos annos hinc bene pendet amo...

Probus homo eſt, quem non pœnite...
quàm ſit probus.

Plaut. Trin. Is probus eſt, quem non pœnitet, quàm pro...
ſit, & frugi bona.





Proborum pretium quod ſit, & cur illorum
ſocietas eligenda.

Boni ſibi hac expetunt, rem, fidem, honorem, Plaut. Trin.
Gloriam & gratiam, hoc probis pretium 'ſt, eò
mihi magis lubet
Cum probis potius, quã cũ improbis viuere va-
(nicidis.

Probo viro placuiſſe non vltima laus eſt.

-Magnum hoc ego duco,
Quod placuit tibi, qui turpi ſecernis honeſtum, Hor. 1. Serm. 6.
Non patre præclaro, ſed vita, & pectore puro.

---

## PRODITIO.

Proditor perdit vno tempore, quæ longo
parta ſeruataq; extitere, vt de Ruf-
fino dicitur.

Heu heu quã breuib. pereunt ingentia cauſis. Claud. 2. Ruf.
Imperium tanto quæſitum ſanguine, tanto
Seruatum, quod mille Ducum peperere labores,
Quod tantis Romana manus contexuit annis,
Proditor vnus iners anguſto tempore vertit.

Ob proditionem Capitolii, acerrimè
Tarpeia eſt punita.

-Tatius patres que Sabini Ouid. 14. Met.
Bella gerunt, arcisq; via Tarpeia recluſa
Dignam animam pœna congeſtis exuit armis.
*Non fuit armillas tanti tetigiſſe Sabinas,
Vt premerent ſacræ virginis arma caput.

Ob proditionem Capitolii Tarpeia in in-



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



ferno ſepulta, amariſſimas pœnas ſe...

Silius 13. *Illa autem, quæ condetur præcordia re...*
*Alitis, in quantum reſonat plangentibus ...*
*Armiger ad paſtus rediens Iouis, hoſtib. ...*
*Virgo, immane nefas, adamato prodi...*
*Tarpeia, & pactis reſerauit clauſtra Sa...*

---

## PROMISSIO.

Promiſſionibus diues quilibet eſſe poteſt.

Ouid. 1. *Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt.*

Art. Promiſſa ſeruanda ſunt, & ad hoc exhor- tio digniſſima.

Ter. *Immo enim quàm maximè abs te oro, atq ... (p...*
And. 5. 1. *ſtulo Chreme,*
*Vt beneficium, verbis initum dudum, nu...*

Promiſſa multa fidem eleuant.

*Multa fidem promiſſa leuant: vbi plenius ...*
Hor. 2. *Laudat venales, qui vult extrudere, m...*
Epiſt. 2.

Promiſſa denegare homines non verentur.

Ter. *In denegando modo queis pudor paululũ ...*
And. 4. 1 *Poſt vbi tempus promiſſa iam perfici,*
*Tum coacti neceſſariò ſe aperiunt,*
*Et timent, & tamen res premit denegare.*
*Ibi cum eorum impudentiſſima oratio eſt:*
*Quis es tu? quis mihi es? cur meã tibi? ...*
*Heus proximus ſum egomet mihi. attam...*



*Si roges nihil pudet. hic, vbi opus eſt,*
*Nõ verẽtur: illic, vbi nihil op⁹ eſt, vbi verẽtur.*

Promiſſa non ſeruans aura verna eſt inconſtantior.

*Mobilis Æſonide, vernaq; incertior aura,*
*Cur tua polliciti pondere verba carent?* Ouid. Epiſt. 6.

---

## PROSPERITAS.

Proſperitas amicos cumulat, atque retinet: aduerſitas verò diſperdit.

*Dum iuuat, & vultu ridet fortuna sereno,*
*Indelibatas cuncta ſequuntur opes.* Ouid. 1.
*At ſimul intonuit, fugiunt, nec noſcitur vlli,* Triſt. 4.
*Agminibus comitum qui modò cinctus erat.*
*Atque hæc exemplis quondam collecta priorũ,*
*Nunc mihi ſunt propriis cognita vera malis.*
*Vix duo tresve mihi de tot ſupereſtis amici:*
*Cetera fortunæ, non mea turba fuit.*
* *Donec eris felix multos numerabis amicos:* Idem 1.
*Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.* Triſt. 1.
*Adſpicis vt veniãt ad cãdida tecta columbæ?*
*Accipiat nullas ſordida turris aues?*
*Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam,*
*Nullus ad amiſſas ibit amicus opes.*
*Vtq; comes radios per Solis euntibus vmbra eſt,*
*Cùm latet hic preſſus nubibus, illa fugit:*
*Mobile ſic ſequitur fortunæ lumina vulgus,*
*Quæ ſimul inducta nube teguntur, abit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Pitt. per *Paucos amicos rebus aduerſis proba.
Auſ. Proſperitas nocet magis quàm adue
Virg. 10. Neſcia mens hominum fati, ſortiſq; fu
Æn. Et ſeruare modum rebus ſublata ſecun
Ouid. 1. *Mens erit apta capi tunc, cùm lætiſſim
Art. Vt ſeges in pingui, luxuriabit, hum
Pectora dum gaudēt, nec ſunt adſtricta
Ipſa patent, blanda tum ſubit arte V
Tunc cùm triſtis erat, defenſa eſt Ilion
Militibus grauidum læta recepit equ
Idem 2. *Luxuriant animi rebus plerumq; ſecun
Art. Nec facile eſt æqua commoda mente pati
Proſperitas elatum hominem reddit
Res ſecundæ non habent vnquam modum
Sē. Oed. *O tumide rerum dum ſecundarum ſtatus
Idem Extollit animos.
Troad. *Proſpera animos efferunt.
Idem *Heu cæcæ mentes, tumefactaq; corda ſe
Agam. *Arrectæ ſpes Sidoniæ, feruetq; ſecundis
Silius 1. Fortunæ iuuenis.
Idem 7. Proſperitate, Dei euaneſcit religio
Silius 7. Et raræ fumant felicibus aræ.
Stat. 12. *Ignotæ tantum felicibus aræ.
Theb. Quod proſperitate extollendum nō ſit,
aduerſitate deſperandum, exhortatio
Sen. Nemo confidat nimium ſecundis,
Thyeſt. Nemo deſperet meliora lapſis.
Miſcet hæc illis, prohibetque Clotho



ſtare fortunam, rotat omne fatum.
Si fortuna iuuat, caueto tolli.
Si fortuna tonat, caueto mergi.
In proſperitate poſitū meditari oportet, quo Periand.
pacto aduerſitas ferenda ſit, ſi accidat. per Auſ.
Quamobrem omnes cùm ſecundæ res ſunt ma-
xumè, tum maxumè Ter.
Meditari ſecum oportet, quo pacto aduorſam æ- Phor. 2. 1.
rumnam ferant:
Pericla, damna, exſilia peregre rediēs ſemper co- (gites
Aut filii peccatum, aut vxoris mortem, aut
morbum filiæ:
Cōmunia eſſe hæc: fieri poſſe: vt ne quid animo (ſit nouum:
Quidquid præter ſpem eueniat, omne id depu-
tare, eſſe in lucro.
*Tu quoq; fac timeas, & quæ tibi læta vidētur, Ouid. 4.
Dum loqueris fieri triſtia poſſe puta. Pont. 3.
Proſpera quanto magis delectabiliora ſunt,
tanto magis angunt, ſi mutentur.
Quem res plus nimio delectauere ſecundæ, Hor. 1.
Mutatæ quatient. Epiſt. 10.

---

PROVIDENTIA.

Prouidentiam multi negant ex caſibus, &
mala morte bonorũ, & proſperitate ma-
lorum.
Cùm rapiant mala fata bonos, ignoſcite faſſo, Ouid. 3.
Sollicitor nullos eſſe putare Deos. Amor. 3.

*Viue pius: moriere pius: cole ſacra: colentem*
*Mors grauis à templis in caua buſta trahet.*

Virg. Ecl. 8. **Nec curare Deum credis mortalia quêquam.*

Claud. 1. Ruf. **Sed cùm res hominum tanta caligine volui*
*Adſpicerem lætosque diu florere nocentes,*
*Vexarique pios: rurſus labefacta cadebat*
*Relligio, cauſſæque viam non ſponte ſequebar*
*Alterius, vacuo quæ ſemina currere motu*
*Affirmat, magnumq; nouas per inane figuras*
*Fortuna non arte regi, quæ Numina ſenſu*
*Ambiguo, vel nulla putat, vel neſcia noſtri.*

Quod autem prouidentia ſit, qua Deus infe-
riora omnia regit, & adminiſtrat, quodq;
mali impuniti non manent, etſi diu flore-
ant, illud ſuprà tit. de Deo, Deus guberna-
& hoc tit. de Peccato, oſtenſum eſt.

Superior autem error ab ipſo Claudiano ſta-
tim è medio his verbis tollitur.

1. Ruf. *Abſtulit hunc tandem Rufini pœna tumultum,*
*Abſoluitq; Deos. iam non ad culmina rerum,*
*Iniuſtos creuiſſe queror: tolluntur in altum,*
*Vt lapſu maiore ruant.-*

---

PRVDENTIA.

Prudentia hominem inſtruit, ne quid agat inconſultè.

Claud. 2 Stil. *-Prudentia, ne quid*
*Inconſultus agas.-*





Prudentia ſenſus & conſilium miſeros cum re deſtituit.

*Crede mihi, miſeros prudentia prima relinquit,* Ouid. 4.
*Et ſenſus cum re, conſiliumque fugit.* Pont. 12.

Prudentia fortitudine dignior eſt.

*Sed te non animus, nec ſolis viribus æquum*
*Credere: ſæpe acri potior prudentia dextra.* Val. Flaccus 4.

Prudentiam habens, Numen habere dicitur.

*Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia.-* Iuuē. 10.

Prudentis eſt nolle nocere cùm poſſit, ſtulti verò econtrà.

*Quid prudentis opus? cùm poſſit nolle nocere.* Bias per
*Quid ſtulti proprium? non poſſe, & velle nocere.* Auſ.

---

PVDICITIA.

Pudicitiæ commendatio.

*Felix Admeti coniux, & lectus Vlyſſis,* Propert.
*Et quæcunque viri femina limen amat.* 2. 6.

Pudicitia non eſt auro vendenda.

*Admonui quoties, auro ne pollue formam,* Tibul.
*Sæpe ſolent auro multa ſubeſſe mala.* 1. 9.

Penelope pudicitiæ coniugalis exemplum ſingulare.

*Me pater Icarius viduo diſcedere lecto* Ouid.
*Cogit, & immenſas increpat vſq; moras.* Epiſt. 1.
*Increpet vſq; licet, tua ſim, tua dicar oportet:*
*Penelope coniux ſemper Vlyſſis ero.*



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Penelope manſit, quamuis cuſtode careret,
Idem 3. Inter tam multos intemerata procos.
Amor.4 *Penelope poterat bis denos ſalua per annos
Propert. Viuere, tam multis femina digna procis.
2.9. Coniugium falſa poterat differre Minerua,
Nocturno ſoluens texta diurna dolo.
Viſura & quamuis nunquam ſperaret Vlyſſem
Illum exſpectando facta remanſit anus.

Claudia pudicitiæ ſuſpectæ purgatrix miraculosè.

Ouid.1. Supplicis alme tuæ genitrix fecunda Deorum
Faſt. Accipe ſub certa conditione preces:
Caſta negor, ſi tu damnas, meruiſſe fatebor,
Morte luam pœnas iudice victa Dea.
Sed ſi crimen abeſt, tu noſtra pignora vita
Te dabis, & caſtas caſta ſequere manus.
Dixit, & exiguo funem conamine traxit.
Mira, ſed è ſcena teſtificata, loquar.
Mota Dea eſt, ſequiturq; ducē, laudatq; ſequē(do
Index lætitiæ fertur ad aſtra ſonus.
Claudia procedit læto celeberrima vultu,
Credita vix tandem teſte pudica Dea.
Silius17. *Hic priſca ducens Clauſorum ab origine nomen
Claudia, non æqua populi malè credita fama
In puppim verſis palmisq;, oculisq; profatur.
Cælicolûm genitrix numen, quod numina nobis
Cuncta creas, cuius proles terrāq;, fretumque,
Sideraq; & Manes regnorum ſorte gubernat,





Si noſtrum nullo violatum eſt crimine corpus,
Teſtis Diua veni, & facili me abſolue carina.
Tum ſecura capit funem, fremitusq; leonum
Audiri viſus ſubitò, & grauiora per auras
Nulla pulſa manu ſonuerunt tympana Diuæ.
Fertur prona ratis ventos impellere credas,
Contraq; aduerſas ducentem præuenit vndas.

Matronæ pudicæ raræ ſunt.

At peccant aliæ, matronaque rara pudica eſt,
Quis probibet raris nomen ineſſe meum? Ouid.
-Tarpeium limen adora Epiſt.16.
Pronus, & auratam Iunoni cæde iuuencam Iuuen.6.
Si tibi contigerit capitis matrona pudici:
Pauca adeo Cereris vittas contingere dignæ.

Pudicitiæ dos maxima iuuenculæ eſt.

Non ego illā mihi dotē duco eſſe, quæ dos dicitur:
Sed pudicitiā, & pudorem, & ſedatū cupidinē. Plaut.

Pudicitia ſemel amiſſa, nulla arte eſt reparabilis. Amph.

Tu quoque clamabis, nulla reparabilis arte Ouid.
Læſa pudicitia eſt, deperit illa ſemel. Epiſt.5.

---

PVDOR.

Pudor mulieres decet magis quàm purpura.

Meretricem pudorem gerere magis decet, quā purpuram Plaut.
Magis quidem meretricem pudorem, quàm aurum gerere condecet. Pæn.

Universidad de Deusto Biblioteca



Pudor mentem, viresque accendit.

Virg. 5. *Tum pudor incendit vires, & conſcia virtus.*
Æn. ** Tum pudor accendit mentē, nec conſcia fallit*
Silius 1. *Virtus preſſa loco.-*

Pudor arctis, neceſſariiſve in rebus abſit.

Val. *-Rebus ſemper pudor abſit in arctis.*
Flacc. 5

Pudor peccati ſecūdum in homine bonum eſt, eò quod tutum hominem reddit.

Sen. Hip. *Obſtare primum eſt velle, nec labi via:*
act. 1. *Pudor eſt ſecundus, noſſe peccandi modum.*
Propert. ** Nam nihil inuita triſtis cuſtodia prodeſt:*
2. 6. *Quàm peccare pudet, Cynthia, tuta ſat eſt.*

Pudor olim populum regebat.

Ouid. 1. *Proq; metu populum ſine vi pudor ipſe regebat:*
Faſt. *Nullus erat iuſtis reddere iura labor.*

Pudor ſemel cùm perierit, iterum redire neſcit.

Sen. *Periere mores, ius, decus, pietas, fides,*
Agam. *Et qui redire neſcit, cum perit, pudor.*
Val. *-Et non reuocabilis vnquam*
Flacc. 7. *Ceſſit ab ore pudor, propior impleuit Erinnys.*

Pudorem qui amiſit, periit.

Plaut. *Nam ego illū periiſſe duco, cuiquidē periit pudor.*
Bacch.

---

## PVERITIA.

Pueritiæ proprietas quæ ſit.

Hor. *Ætatis cuiuſq; notandi ſunt tibi mores.*
Art. *Mobilibuſq; decor naturis dandus, & annis.*

Red-



*Reddere qui voces iam ſcit puer, & pede certo*
*Signat humum: geſtit paribus colludere, & iram*
*Colligit & ponit temere, & mutatur in horas.*
** Diuerſos diuerſa iuuant: non omnibus annis*
*Omnia conueniunt: res prius apta, nocet.* Corn.
*Exſultat leuitate puer, grauitate ſenectus:* Gallus.
*Inter vtrunque manens ſtat iuuenile decus,*
*Hunc tacitum, triſtemque deret: ſit clarior illo*
*Lætitia, & linguæ garrulitate ſua.*

Pueri diſcordias ex leuibus cauſſis vt gerūt, ita & mulieres.

*Pueri inter ſeſe quā pro leuib. noxiis iras gerūt?* Ter.
*Quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.* Hec. 3. 1.
*Itidem mulieres ſunt ferme, vt pueri, leui ſētētia.*
*Fortaſſe vnum aliquod verbum hanc inter eas iram conſciuerit.*

Pueri celant nihil: igitur nulla ſecreta eis committenda ſunt.

*Tacita tam rudibus fides*
*Non eſt in annis: detegent forſan dolos.* Sen.
Thyeſt.

Puero tanta debetur reuerētia, vt nihil dictu viſuque fœdum, limina ædium, in quib. educatur, tangere debeat.

*Nil dictu fœdum, viſuq; hæc limina tangat,* Iuuena-
*Intra quæ puer eſt: procul hinc, procul inde puellæ* lis 14.
*Lenonum, & cantus pernoctantis paraſiti.*
*Maxima debetur puero reuerentia, ſi quid*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Turpe paras, nec tu ; ueri contempſeris annos.*

---

## PVLCRITVDO.

### Pulcritudo bonum fragile eſt.

Virg. *O formoſe puer, nimium ne crede colori.*
Ecl. 2. *Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra legũtur.*
Maphæ⁹ ** At nũc Turne iaces. vbinam generoſa iuuẽta*
Appẽdi- *Gloria & excellens animus? quò ſplẽdidus alta*
ce Virg. *Frõtis honos: quonã illa decẽs tibi frõtis imago!*
Ouid 3. ** Iſta decens facies longis vitiabitur annis,*
Triſt. 7. *Rugaque in antiqua fronte ſenilis erit,*
*Iniicietque manus formæ damnoſa ſenectus,*
*Quæ ſtrepitum paſſu non faciente venit.*
Hor. 17. ** Fugit Iuuentas, & verecundus color*
Epod. *Reliquit oſſa pelle amicta lurida:*
Sen. Oct. *Tuis capillus albus eſt odoribus.*
Stat. 5. ** Florem decoris ſinguli carpunt dies.*
Sil. 1. ** Carpitur eximium fato Priſcilla decorem,*
*Qualiter alta comam ſiluarum gloria pinus*
*Seu Iouis igne malo, ſeu iam radice ſoluta*
*Deficit, & nulli ſpoliata remurmurat auræ.*

### Pulcritudo amiſſa dum fuerit, dolorem nõ mediocrem cauſſat.

*Cumq; aliquis dicet, fuit hæc formoſa, dolebis,*
Ouid. 3. *Et ſpeculum mendax eſſe querêre tuum.*
Triſt. 7. ** O crudelis adhuc, & Veneris munerib. potens,*
Hor. 4. *Inſperata tuæ cùm veniet pluma ſuperbiæ,*
Carm. *Et, quæ nũc humeris inuolitãt, deciderint comæ,*
10.

Nunc



*Nunc & qui color eſt Puniceæ flore prior roſæ,*
*Mutatus Ligurinum in faciẽ verterit hiſpidã,*
*Dices: heu (quoties te ſpeculo videris alterum)*
*Quæ mens eſt hodie, cur eadẽ non puero fuit?*
*Vel cur his animis incolumes non redeunt genæ?*
** Flet quoq;, vt in ſpeculo rugas adſpexit aniles* Ouid. 15.
*Tindaris & ſecum, cur ſit bis rapta, requirit.* Met.

### Pulcritudo appetenda non eſt: quia multis obfuit. de quo, & aliis de pulcritudine locis leges tit. de Forma.

### Pulcritudo mentalis durabilis eſt, ideo quærenda.

*Iã molire animũ, qui duret, & adſtrue formã:* Ouid. 2.
*Solus ad extremos permanet illa rogos.* Art.

R

---

## RATIO.

### Rationis ſedes in capite.

*- Hanc alta capitis fundauit in arce* Claud. 4.
*Mandatricẽ operum, proſpecturamque labori.* Honor.

### Ratio nec decipit, nec decipitur.

*Nam neq; decipitur ratio, nec decipit vnquam.*

### Qui non ira, ſed ratione mouetur, ille Diis proximus eſſe perhibetur. Manil. 2.

*- Diis proximus ille eſt,*
*Quẽ ratio non ira mouet: qui facta rependens* Claud.
*Conſilio, punire poteſt mucrone cruento.* Manlii
Th.

### Quod ratio dictat, ſequendum eſt.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Perſius 5. Stat contra ratio, & ſecreta gannit in aurem,
Ne liceat facere id, quod quis vitiabit agendo.

Ratio ſiue cauſſa nulla eſt tam bona, quæ pereat, ſi non defendatur in iudicio.

Ouid. Epiſt. 9. Cur reus infelix abſens agor? & mea, cum ſit
Optima, non ullo cauſſa tuente perit?

---

RAPINA.

Rapina è multis facilior ac tolerabilior.

Ouid. 1. Amor. 8. Certior è multis, nec tam inuidioſa rapina eſt,
Præda venit canis de grege plena lupis.

Idem Amor. 10 *Carpite de plenis pendentes vitibus vuas.
Præbeat Alcinoi poma benignus ager.

Tibullus 1. 1. *At vos exiguo pecori fureſque, lupique
Parcite de magno præda petenda grege.

---

RECREATIO.

Recreatio corporis quandoq; ſumenda eſt.

Lucanus ad Piſonem. -Nec enim fecunda ſemper
Adducta cum frōte placet: nec ſemper in armis
Bellica turba manet: nec tota claſsicus horret
Nocte dieque gemit: nec ſemper Gnoſsius arcu
Deſtinat, exemto ſed laxat cornua neruo.
Et galea miles caput, & latus enſe reſoluit.

Ibidem. *Ignea quinetiam Superũ pater arma recōdit,
Et Ganimedeæ repetens conuiuia menſæ,
Pocula ſumit ea, qua geſsit fulmina, dextra.

Hor. 2. Serm. 6. -Quæ, bone, circà,

Dum



Dum licet in rebus iucundis viue beatus.

*Indulge genio. carpamus dulcia: noſtrum eſt,
Quod viuis: cinis, & Manes, & fabula fies. Perſi⁹ 5.

*Viue velut rapto, fugitiuaque gaudia carpe: Martialis 7.
Perdiderit nullum vita reuerſa diem.

*Gaudia tu differs: at non & ſtamina differt
Atropos, atque omnis ſcribitur hora tibi. Idem 10.

*At tu, dum primi floret tibi temporis ætas,
Vtere, non tardo labitur illa pede. Tibullus 1. 8.

Virtutis ſtudioſi ſe aliquando recreare ſolent.

Poſt multa virtus opera, laxari ſolet. Sē. Herc. fur.

Virtute præditi ſe debent aliquando recreare, ſed moderate. quia tunc ad labores agiliores atq; fortiores redduntur.

-Noſtra fatiſcit,
Laxaturque chelys. vires inſtigat, alitque
Tempeſtiua quies maior poſt otia virtus. Stat. 4. Sil. 4.
Talis cantata Briſeide venit Achilles
Acrior, & poſitis erupit in Hectora plectris.

Vide de his titu. de Otio.

---

REGNVM.

Regnum inſtabile eſt, vbi pudor, iuriſq; cura, fides, pietas, ſanctitasque abeſt.

-Vbi non eſt pudor,
Nec cura iuris, ſanctitas, pietas, fides, Sen. Thyeſt. act. 2.
Inſtabile Regnum eſt.-

Regna quo maiora ſunt, eo ad grauiorē ca-
ſum ſunt proniora.

Iuuē. 10. *Ergo quid optandum foret, ignoraſſe fateris*
*Seianum. nam qui nimios optabat honores,*
*Et nimias poſcebat opes: numeroſa parabat*
*Excelſæ turris tabulata, vnde altior eſſet*
*Caſus, & impulſæ præceps immane ruinæ.*
*Quid Craſſos, quid Pompeios euertit? & illum*
*Ad ſua qui domitos deduxit flagra Quirites?*
*Summus nempè locus nulla non arte petitus,*
*Magnaq; Numinibus vota exaudita malignis.*
Sen. Her. **Semel profectò premere felices Deus*
Oet. act. *Cùm cœpit, vrget. hos habent magna exitus.*
3.

Regna violenta, id eſt, per tyrannidē acqui-
ſita, longa, durabiliaq; non ſunt.

Sē. Herc. *-Rapta, ſed trepida manu*
fur. act. *Sceptra obtinentur: omnis in ferro eſt ſalus.*
2. *Quod ciuibus tenere te inuitis ſcias,*
*Strictus tuetur enſis: alieno in loco*
*Haud ſtabile regnum eſt.-*
Idem **Violenta nemo imperia continuit diu.*
Troad. **Iniqua nunquam regna perpetuò manent.*
Idem

Med. Regnare diu nemo poteſt, qui timetur
tantùm.

Sen.
Theb. *Qui vult amari, languida regnet manu.*
act. 4. *Inuiſa nunquam imperia retinentur diu.*

Regnum atque odium à Deo ſimul coniun-
cta



cta ſunt, adeò vt qui odium metuit, ne re-
gnet quidem.

*Regnare non vult eſſe, qui inuiſus timet.* Sē. Theb.
*Simul iſta mundi conditor poſuit Deus,* act. 4.
*Odium, atque regnum.-*
*-Odium qui nimium timet,* Sē. Oed.
*Regnare neſcit, regna cuſtodit metus.*
**Ius, & fas multos faciunt Ptolemæe nocentes.* Lucan. 8
*Dat pœnas laudata fides, cùm ſuſtinet, inquit,*
*Quos fortuna premit. fatis accede, Deisque,*
*Et cole felices: miſeros fuge. ſidera terra*
*Vt diſtant, & flamma mari, ſic vtile recto.*
*Sceptrorum vis tota perit, ſi pendere iuſta*
*Incipit, euertitque arces reſpectus honeſti.*
*Libertas ſcelerum eſt, quæ regna inuiſa tuetur.*

Regnare dicitur eſſe pœna.

*-Pœnas & quidem ſoluet graues.* Sē. Theb
*Regnabit, hæc eſt pœna.* act. 4.

Regnum fraudes regnantem docet, atque
ſceleris viam.

*Vt nemo doceat fraudis, & ſceleris vias,* Sē. Thy-
*Regnum docebit.-* eſt. act. 2.

Regnum vnà non capit duos.

*Nulla fides regni ſociis: omnisq; poteſtas* Lucā. 1.
*Impatiens conſortis erit.-*
*-Non capit regnum duos.* Sē. Thy-
** Quas non arces ſcelus alternum* eſt. act. 3.
*Dedit in præceps! impia quas non* Idem

 Agam.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Arma fatigant!-*
Stat. 2. Theb. **Protinus attoniti fratrum ſub pectore ma*
*Gentileſq; animos ſubiit furor, ægraq; latis*
*Inuidia, atq; parens odii metus: inde regend*
*Sæuus amor, ruptaq; vices, iuriſque ſecund*
*Ambitus impatiens, & ſummo dulcius vni*
*Stare loco, ſociiſque comes diſcordia regni.*
*Sic vbi delectos per torua armenta iuuenc*
*Agricola impoſito ſociare affectat aratro*
*Illi indignantes, queis nondum vomere mu*
*Ardua nodoſos ceruix deſcendit in armos.*
*In diuerſa trahunt, atq; æquis vincula lax*
*Viribus, & vario confundunt limite ſulcos.*
*Haud ſecus indomitos præceps diſcordia fra*
*Aſperat. alterni placuit ſub legibus anni*
*Exſilio mutare Ducem. ſic iure maligno*
*Fortunam tranſire iubent, vt ſceptra ten*
*Fœdere præcipiti ſemper nouus angeret hæ*
*Hæc inter fratres pietas erat: hæc mora pugn*
*Sola, nec in Regem perdura tura ſecundum.*
*Et nondum craſſo laquearia fulta metallo.*
*Montibus aut latè Graiis effulta nitebant*
*Atria, congeſtos ſatis explicitura clientes.*
*Non impacatis Regum aduigilantia ſomn*
*Pila, nec alterna ferri ſtatione gementes*
*Excubiæ, nec cura mero committere gemma*
*Atq; aurum violare cibis: ſed nuda poteſta*
*Armauit fratres. pugna eſt de paupere regn*
*Reg*



Regale bonum inſtabile eſt.

*Quicunque regno fidit, & magna potens*
*Dominatur aula, nec leues metuit Deos,* Sē. Tro-
*Animumq; rebus credulum lætis dedit:* ad. act. 1.
*Me videat, & te Troia: non vnquam tulit*
*Documenta fors maiora, quàm fragili loco*
*Starent ſuperbi: columen euerſum occidit*
*Pollentis Aſiæ, Cælitum egregius labor.*
*Quot poſt excidium Troiæ ſunt eruta regna?* Manil. 1.
*Quot capti populi? quoties fortuna per orbem*
*Seruitium imperiumq; tulit, variéq; reuertit?*
*Troianos cineres quantumque oblita refouit*
*Imperium? fatis Aſiæ iam Græcia preſſa eſt.*
*Sæcula dinumerare piget, quotieſq; recurrens*
*Luſtrarit mundum vario Sol igneus orbe.*
*Omnia mortali mutantur lege creata,*
*Nec ſe cognoſcunt terræ vertentibus annis,*
*Exutas variam faciem per ſecula gentes.*

Regum pericula immenſa ſunt.

*Quiſquam ne regno gaudet? ô fallax bonum,* Sē. Oed.
*Quantum malorum, frõte quàm blanda tegis?* act. 1.
*Vt alta ventos ſemper excipiunt iuga,*
*Rupemque ſaxis vaſta dirimentem freta,*
*Quamuis quieti verberant fluctus maris:*
*Imperia ſic excelſa fortunæ obiacent.*

Regnum perdere atque in ſeruitutem cadere, graue eſt.

*In ſeruitutem cadere de regno, graue eſt.* Sē. Theb. act. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Regna cum ſcelere ſunt omnibus
exſiliis grauiora.

Sẽ.Theb. *-Regna cum ſcelere, omnibus*
act.4. *Sunt exſiliis grauiora.*

Regnās à ſanguine humano vt ſe abſti
ſeruato tamen æquitatis iure, exho
Sẽ.Her. notabilis.

fur.act. *· Sanguine humano abſtine*
3. *Quicunq; regnas. ſcelera taxantur mod*
*Maiore noſtra.-*

Regium eſt lapſis ac miſeris ſuccurrere.

Ouid. 2. *Regia, crede mihi, res eſt ſuccurrere lapſis:*
Pont.9. *Conuenit & tanto, quantus es ipſe, viro.*
Sen. *-Hoc reges habent*
Med. *Magnificum & ingens: nulla quod rapiet d*
act.2. *Prodeſſe miſeris, ſupplices fido Lare*
*Protegere.-*

Regiæ iuſſioni parere neceſſe eſſe, ſiue æ
ſiue iniqua ſit tyrannicè & iniquè dic
eſt. Nam regem non niſi iuſta, & hon
imperare decet.

Sen.Oct. N. *Iuſſisque noſtris pareant.*
act.1. S. *Iuſta impera.*
Idem C. *Æquum, atque iniquum Regis imperium f*
Med. M. *Iniqua nunquam regna perpetuò man*
act.2. Quod ſi rex honeſta à ſuis ſubditis exig
habebit omnes obſequentiſſimos.

Sẽ. Thy- *Rex velit honeſta, nemo non eadem volet.* R
eſt. act.2



Rex eſt qui iuſtè agit, & cuius animus
culpa vacat.

*- At pueri ludentes, Rex eris aiunt,* Hor.1.
*Si rectè facies, hic murus aëneus eſto:* Epiſt.1.
*Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.*
*Roſcia, dic ſodes, melior lex, an puerorum eſt*
*Nænia, quæ regnum rectè facientibus offert,*
*Et maribus Curiis, & decantata Camillis?*
** Qui rectè faciet, non qui dominatur, erit Rex.*

Sui rex eſſe qui poteſt, omnia iura in Auſon.
ſe retinet. Mono-

*-Tunc omnia iura tenebis* ſyll.
*Cùm poteris rex ipſe tui.-* Claud 4

Rex animum ſuum qui poteſt domare ma- Honor.
ior eſt, quàm ſi totum poſſideret orbem.

*Latius regnes auidum domando*
*Spiritum, quàm ſi Libyam remotis*
*Gadibus iungas, & vterque Pœnus* Hor.2.
*Seruiat vni.* Carm.1.

Regem opes non faciunt, ſed animi tantùm
tranquillitas, & ille Rex nihil metuit.

*Quis vos exagitat furor*
*Alternis dare ſanguinem,* Sẽ. Thy-
*Et ſceptrum ſcelere aggredi?* eſt. act.2
*Neſcitis cupidi arcium,*
*Regnum quo iaceat loco.*
*Regem non faciunt opes,*
*Non veſtis Tyriæ color,*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Non frontis nota regiæ:*
*Non auro nitidæ trabes.*
*Rex eſt, qui poſuit metus,*
*Et diri mala pectoris:*
*Quem non ambitio impotens,*
*Et nunquam ſtabilis fauor*
*Vulgi præcipitis mouet, &c.*
*Qui tuto poſitus loco*
*Infra ſe videt omnia,*
*Occurritq; ſuo libens*
*Fato, nec queritur mori, &c.*
*Mens regnum bona poſſidet, &c.*
*Rex eſt, qui metuit nihil.*
*Hoc regnum ſibi quiſq; dat.*

Regis proprium eſt, aduerſa æquanimiter tolerare.

Sē. Oed. act.1.

*- Quid iuuat, coniux, mala*
*Grauare queſtu? regium hoc ipſum reor,*
*Aduerſa capere: quoque dubius magis*
*Status, & cadentis imperii moles labet,*
*Hoc ſtare certo preſſius fortem gradu.*
*Haud eſt virile, terga fortunæ dare.*

Regis eſt inuidiam pati poſſe.

Sē. Herc. fur.

*Ars prima regni eſt, poſſe inuidiam pati.*

Regis magnanimi eſt, alteri regi vitam donare.

Sen. Tro. ad. act.2

*Eſt Regis alti, ſpiritum Regi dare.*

Rex



Rex amari qui cupit, remiſſa regnet manu.

*Qui vult amari, languida regnet manu.*

Sē. Theb. act.4.

Regem amari magis decet quàm timeri.

*N. Decet timeri Cæſarem. S. at plus diligi.*

Regnare cupienti via certiſſima eſt, modica vt laudet.

Sen. Oct. act.2.

*Certiſsima eſt regnare cupienti via,*
*Laudare modica. -*

Sen. Oed. act.3.

Ad regis exemplum ſubditi viuunt: ideo illi ſpeculum virtutum, morum, ac patiētiæ eſſe debent.

Claud. 4. Honor.

*- Componitur orbis*
*Regis ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus*
*Humanos edicta valent, quàm vita regentis.*
*Mobile mutatur ſemper cum principe vulgus.*

Ouid. ad Liuiam.

** Impoſuit te alto fortuna, locumq; tueri*
*Iuſsit honoratum, Liuia perfer onus.*
*Ad te oculos, aureſq; trahis, tua fata notamus,*
*Nec vox miſſa poteſt Principis ore tegi.*
*Alta mane, ſupraque tuos exſurge dolores,*
*Infragilemq; animum, quo potes vſque tene.*
*An melius per te virtutum exempla petemus,*
*Quàm ſi Romanæ Principis edis opus?*

Regem decet patriam liberis ſuis præferre.

*Præferre patriam liberis Regem decet.*

Sē. Tro. ad. act.2

Regem fides magis tuetur, quàm ferrum.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Sẽ.Oct. N. *Ferrum tuetur principem. s. melius fide.*
act.2. Regem inuiſum magis opprimit vulgus quã iacentem, id eſt humilem calcat.
Sẽ. Oct. N. *Calcat iacentẽ vulgus. s. inuiſum oppr...*
act.2. Regem impium interimere, ſacrificiũ Deo gratiſſimum eſſe dicitur.
Sẽ.Herc. *-Victima haud vlla amplior*
fur. *Poteſt, magisque opima mactari Ioui,*
act.4. *Quàm Rex iniquus.*

Rex vt Regi, ſic reges omnes Deo ſubiiciuntur.

Hor. 3. *Regum timendorum in proprios greges,*
Carm.1. *Reges in ipſos imperium eſt Iouis,*
*Clari Giganteo triumpho,*
*Cuncta ſupercilio mouentis.*
Sen. **Omne ſub regno grauiore regnum eſt.*
Thyeſt. *-Quid enim terrisque, poloque*
act.3. *Parendi ſine lege manet? vice cuncta geruntur*
Stat.3. *Alternisq; premunt. propriis ſub Regib. omnis*
Sil. 3. *Terra premit felix Regum diademata Roma:*
*Hanc ducibus frenare. datũ, mox creſcis in illa*
*Imperium Superis.*

Reliqua quære in tit. de Deo. Deo ſubiiciuntur, &c & tit. de Potentia.

Vi extortus à Rege metus, grauis eſt.

Sen.Oet. N. *Metuant neceſſe eſt. s. quidquid exprimitur, graue eſt.*
act.2.

Reges omnia, quę libet audent: adeò vt nullum



lum hodie ſcelus reliquũ ſit, quod in regno non deprehendatur.

*Quid iam non regibus auſum?*
*Aut quod iam regni reſtat ſcelus?*
**N. Fortuna noſtra cuncta permittit mihi.* Silius 16.
**N. Inertis eſt, neſcire quid liceat ſibi.* Sẽ.Oct.

Regibus ſeruire qui vult, iuſta atq; honeſta omnia deponat neceſſe eſt. Nam aula Regum fraudis eſt plena. act.2. Ibidem.

*Verum iuſta, qui Reges timet,*
*Deponat: omne pellat ex animo decus.* Sen.Hip.
*Malus eſt miniſter regii imperii pudor.* act.2.
**Fraus ſublimi regnat in aula,*
*-Exeat aula* Sẽ.Hipp.
*Qui volet eſſe pius: virtus, & ſumma poteſtas* act.3.
*Non coeunt: ſemper metuent, quem ſæua pudebunt.* Lucã. 8.
*-lura pudorque,*
*Et coniugii ſacrata fides* Sen. Agam.
*Fugiunt aulas.-* act.1.

Reges multi colunt, vt regio vallati fauore alios opprimere liceat.

*Colit hic Reges, calcet vt omnes*
*Perdatque aliquos, nullumq; leuet.* Sẽ.Herc.
*Tantùm vt noceat, cupit eſſe potens.* Oet.

Reliqua pete ex titul. de Potentia, Potentũ aditus, &c. & ex tit. de Ambitione. act.2.

Reges dubia pro certis timere ſolent.

*-Dubia pro certis ſolent* Sẽ.Oed.
act.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Timere Reges. C. qui pauet vanos metus,*
*Veros fatetur.-*

Ouid. Epiſt. 16. Regum manus, longæ eſſe dicuntur.
*An neſcis longas regibus eſſe manus?*

Sē. Med. act. 3. Regum ira, grauis eſſe dicitur.
*Grauis ira Regum eſt ſemper.-*

---

## RELIGIO.

Religione neglecta multa atque innumera mala Italiæ Deus immiſit.

Hor. 3. Carm. 6. *Dii multa neglecti dederunt*
*Heſperiæ mala luctuoſa.*

Ouid. 1. Faſt. Feſtiuis dieb. homines diuinis tantũ vacare debent, & ad hoc exhortatio lepidiſſima.
*Proſpera lux oritur, linguis, animisq; fauete:*
*Nunc dicenda bono ſunt bona verba die.*
*Lite vacent aures, inſanaq; protinus abſint*
*Iurgia, differ opus liuida turba tuum.*

Tibul. 2. 1. **Luce ſacra requieſcat hum⁹, regeſcat arator,*
*Et graue ſuſpenſo vomere ceſſet opus.*
*Soluite vincla iugis: nunc ad præſepia debent*
*Plena coronato ſtare boues capite.*
*Omnia ſint operata Deo: non audeat vlla,*
*Lanificam penſis impoſuiſſe manum.*

Hilaritas Deo grata eſt, præcipuè in feſtis.

Ouid. 2. Pont. 1. *Dii quoq;, vt à cunctis hilari pietate colantur,*
*Triſtitiam poni per ſua feſta iubent.*

**Parci-*



**Parcite lacrymis vrbis feſto,* Sen. Oct. act. 3.
*Lætoque die.-*

Diuinis in rebus id ſumtus, quod inſumitur in lucro eſt.

*Quod in diuinis rebus ſumas ſumtus, ſapienti lucro eſt.* Plaut. Mil.

Mens bona Deo offerenda eſt, non aurum.

*-At vos*
*Dicite Pontifices in ſacro quid facit aurum?* Perſ. 2.
*Nempe hoc quod Veneri donatæ à virgine pupæ.*
*Quin damus id Superis, de magna quod dare lãce*
*Non poſſit magni Meſſallæ lippa propago:*
*Compoſitum ius, faſq; animi, ſanctoſq; receſſus*
*Mentis, & incoctum generoſo pectus honeſto?*
*Hoc cedo, vt admoueam tẽplis, & farre litabo.*
**Caſta placent Superis. pura cũ mente venite,* Tibul.
*Et manibus puris ſumite fontis aquam.* 2. 1.

Sacra peccatores contingere religio eſt: igitur ab illis abſtinebunt.

*Tu genitor cape ſacra manu, patrioſq; Penates.* Virg. 2.
*Me bello ex tanto digreſſum, & cæde recenti* Æn.
*Attrectare nefas, donec me flumine viuo*
*Abluero.-*
**Innocui veniant, procul hinc, procul imp.⁹ eſto* Ouid. 2.
*Frater, & in partus mater acerba ſuos.* Faſt.
*Cui pater eſt viuax, qui matris digerit annos,*
*Quæ premit inuiſam ſocrus iniqua nurum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Tantalidæ fratres abſint, & Iaſonis vxor,*
*Et quæ ruricolis ſemina toſta dedit,*
*Et ſoror, & Procne, Tereusq; duabus iniquus,*
*Et quicunque ſuas per ſcelus auget opes.*
Idem **Pone Deos, & quæ tangendo ſacra profanas*
Epiſt. 7. *Non bene Cæleſtes impia dextra colit.*
Silius 17. **Tum puppe è media magno clamore ſacerdos*
*Parcite polluitis contingere vincula palmis,*
*Et procul hinc moneo, procul hinc quæcunq; profana*
*Ferte gradus, nec vos caſto miſcete labori,*
*Dum ſatis eſt monuiſſe Deæ: quod ſi qua pudica*
*Mente valet, ſi qua illæſi ſibi corporis adſtat*
*Conſcia, vel ſola ſubeat pia munera dextra.*

---

REI.

Reus abſens peragi non debet, quo ſe purgare poſſit.

Ouid. *Cur reus infelix abſens agor? & mea cùm ſit*
Epiſt. 19. *Optima, non vllo cauſſa tuente perit.*

Reos defendere ob lucrum turpe eſt.

Ouid. 1. *Turpe reos emta miſeros defendere lingua,*
Amor. 10 *Quod faciat magnas turpe tribunal opes.*

Reus vanos metus timẽs, accuſationem veram eſſe oſtendit.

Sẽ. Oed. *Qui pauet vanos metus, veros fatetur.*

---

REPREHENSIO.

Repre-



Reprehenſio mitis potius eſſe debet, quàm ſeuera.

*Eia Lyde, leniter qui ſæuiunt, ſapiunt magis:* Plaut.
*Minus mirãdũ eſt illic, ætas ſi quid illorũ facit* Bacch.
*Quam ſi non facit. feci ego iſtæc itidem in adoleſcentia.*

Reprehenſor aliorum abſq; vitio eſſe debet.

*-Rationem dicam, quia qui* Plaut.
*Alterũ incuſat probri, ipſum ſe intueri oportet.* Truc.

Reprehenſor ſiue caſtigator morum, opere adimplere debet, quod ore docet, & tunc populus eius præceptis facillime obſecũdabit: quòd ſi non fecit illud, tũc à populo ſubſannabitur, & exſibilabitur.

*Sic agitur cenſura, & ſic exempla parantur,*
*Cùm iudex alios, quod monet, ipſe facit.* Ouid. 6.
**In commune iubes ſi quid cenſesque tenendũ,* Faſt.
*Primus iuſſa ſubi, tunc obſeruantior æqui* Claud. 4
*Fit populus: nec ferre vetat, cùm viderit ipſum* Honor.
*Auctorem parere ſibi.-*
*-Nec ſic inflectere ſenſus* Et infrà.
*Humanos edicta valent, quàm vita regentis.*
*-Si quis*
*Opprobriis dignus latrauerit, integer ipſe:* Hor. 2.
*Soluentur riſu tabulæ, tu miſſus abibis.* Serm. 1.
**Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus,* Iuuena-
*Quis tulerit Gracchos de ſeditione querentes?* lis 2.
*Quis cælum terris non miſceat, & mare cælo*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Si fur diſpliceat Verri, homicida Miloni?*
*Clodius accuſet mœchos, Catilina Cethegum?*
*In tabulam Sullæ ſi dicant diſcipuli tres?*

Reprehendens aliquem verè, ille non
Thales debet deſiſtere.
per Auſ. *Cùm vera obiurgas, ſic inimice iuuas.*

Reprehendens obſtinatum, verba facere
Ter. mortuo dicitur.
Phor. 5 9 *-Verba fiunt mortuo.*
Plaut. * *Nihilo pluris refert, quàm ſi ad ſepulcrũ mortuo dicat iocum.*

---

RESPVBLICA.

Reſpublica ſiue ciuitas illa bene munita eſt, ſi à decem vitiis immunis ſit, alioqui centuplex murus ad res ſeruandas exiguus erit & nihili.

Plaut.
Perſ. 5. *Quid id, quod vidiſti, vt munitum muro tibi viſu'ſt oppidum?* (bitror.
*P. Si incolæ bene ſunt morati, pulcrè munitũ ar-*
*Perfidia, & peculatus ex vrbe, & auaritia ſi exſulant:* (Statim
*Quarta inuidia, quinta ambitio, ſexta obtre-*
*Septimum periurium. T. Euge. P. octaua indiligentia,* (ſu, ſcelus.
*Nona iniuria, decimum, quod peſſimũ aggreſ-*
*Hæc niſi inde aberunt, centuplex murus rebus ſeruandis paruus eſt.*

Ciuium



Cuiũ facinora quæ ſint, quos ſcurras vocãt.
*Nihil eſt profectò ſtultius, neque ſtolidius,*
*Neq; mendaciloquius, neque argutum magis,* Plaut.
*Neq; cõfidentiloquius, neq; periurius* (&c. Trin.
*Quã vrbani aſsidui ciues, quos ſcurras vocant,*
*Qui omnia ſe ſimulant ſcire, nec quidquã ſciũt.*
*Quod quisq; in animo habet, aut habiturus eſt,*
*Id quod in aurem rex reginæ dixerit,* (ſciunt.
*Sciunt, quod Iuno fabulata eſt cum Ioue,*
*Quæ neq; futura, neq; facta ſunt, tamẽ ii ſciũt.*
*Falſon' an verò laudent, culpent, quem velint,*
*Non flocci faciunt, dum illud quod lubeat, ſciãt.*

Ciuitates præclaras adeò deſtructas eſſe pleraſque, vt nihil ex illis præter nudum nomen remanſerit.

*-Sic magna fuit cenſuque, virisque*
*Perq; decem potuit tantũ dare ſanguinis annos,* Ouid. 15
*Nunc humilis veteres tãtũmodo Troia ruinas.* Met.
*Et pro diuitiis tumulos oſtendit auorum.*
*Clara fuit Sparte, magnæ viguere Mycenæ,*
*Necnon & Cecropis, necnon Amphionis arces.*
*Vile ſolum Sparte eſt, altæ cecidere Mycenæ,*
*Oedipodioniæ quid ſunt, niſi nomina Thebæ?*
*Quid Pandioniæ reſtant, niſi nomen, Athenæ?*

---

REQVIES.

Requie carens durabile non eſt. Igitur ab opere ſubinde ceſſandum eſt.

Quod caret alterna requie, durabile non eſt.

Ouid. Epiſt. 4. -Detur aliquando otium,
Quieſque feſsis.-

Sē. Her. fur. act. 1. Requies vires reparat, ac feſſa membra renouat.

Hæc reparat vires, feſſaq; membra leuat.

Ouid. Epiſt. 4. Arcus, & arma tuæ tibi ſunt imitanda Dianæ:
Si nunquam ceſſes tendere, mollis erit.

Plura ſi deſideras tit. de Otio, & tit. de Recreatione conſulas.

---

RESVRRECTIO.

Epicurei & Stoici reſurrectionē negant. Nā corruptum ſemel, idem numero reſurgere nō poteſt, naturaliter: ſed ſupernaturaliter indubiè Deus poteſt, quod illos latuit.

Hor. 4. Carm. 7 Damna tamen celeres reparant cæleſtia Lunæ:
Nos vbi decidimus,
Quò pius Æneas, quò Tullus diues, & Ancus,

Ibidem. Puluis, & vmbra ſumus.-
*Cùm ſemel occideris, & de te ſplendida Minos
Fecerit arbitria:
Non, Torquate, genus, non te facundia, non te
Reſtituit pietas.
Infernis neque enim tenebris Diana pudicum
Liberat Hippolytum:
Nec Lethæa valet Theſeus abrumpere cara
Vincula Pirithoo,
-Nequeunt



-Nequeunt animam ſibi reddere fata
Conſumto iam iure ſemel.- Lucā. 6.

-Non vnquam amplius
Conuexa tetigit ſupera, qui merſus ſemel, Sē. Hipp. act. 1.
Adiit ſilentem nocte perpetua domum.

Reliqua pete è tit. de Inferno. Inferni regreſſus non eſt.

Corruptum ſemel, idem numero permiſſione Dei, reſumi poteſt.

Adde quòd exſtinctos vel aqua, vel Marte, vel (igne
Nullæ poteſt iterū reſtituiſſe deus. Ouid. 3. Pont. 6.
Reſtituit multos, aut pœnæ parte leuauit
Cæſar, & in multis me precor eſſe velit.

Reſurrectio mortuorum datur ſecundū Platonicorum ſententiam, quę vera eſt, ſi intellexit ſupernaturaliter: ſi verò naturaliter, vt videtur, falſa eſt.

Pauca tamen ſuberunt priſcæ veſtigia fraudis, Virg. Ecl. 4.
Quæ tentare Thetin ratibus, quæ cingere muris
Oppida, quæ iubeant telluri infindere ſulcos.
Alter, erit tū Tiphys, & altera quæ vehat Argo
Delectos heroas: erunt etiam altera bella,
Atq; iterum ad Troiā magnus mittetur Achil- (les.

-Patet ollis ianua lethi, Val. Flacc. 3.
Atq; iterum remeare licet: comes vna ſororum
Additur, & pariter terras, & æquora luſtrant.

Lethe fluui' apud inferos eſſe dicitur, cuius latices animę guſtantes quæq; obliuioni

Universidad de Deusto Biblioteca



tradunt &ſic ad propria reuerti volu
pora ſecundum Platonicam ſenten
Ex qua hoc verum elicitur, quod re
ctio mortuorum datur.

Virg. 6. Æn. -Et pauci læta arua tenemus:
Donec longa dies perfecto temporis orbe,
Concretam exemit labem, purumq; reli
Æthereum ſenſum, atq; aurai ſimplicis
Has omnes, vbi mille rotam voluere per
Lethæũ ad fluuiũ Deus euocat agmine m
Scilicet immemores ſupera vt cõuexa re
Rurſus & incipiant in corpora velle
Sen. Her. fur. act. 3 -Intus immenſo ſinu
Placido quieta labitur Lethe vado,
Demitque curas.-
Claud. 2 Ruf. * Quos vbi per varios annos, per mille fig
Egit Lethæo purgatos flumine, tandem
Rurſus ad humanæ reuocat primordia fo

## RVINA.

Ruina ſerò veniens, ſolet eſſe maior.

Propert. 2. 15. Si qua venit ſerò, magna ruina venit.
Ruinæ maximæ comparatio, quę mo
ſignat, quod ſublimiora appetenda
ſunt, eò quòd ſubita illis imminet
Virg. 4. Æn. Ac veluti annoſam valido cum robore
Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus
Eruere inter ſe certant: it ſtridor, & al



Conſternunt terram, concuſſo ſtipite frondes:
Ipſa hæret ſcopulis, &, quantũ vertice ad auras
Æthereas, tantum radice in Tartara tendit.
-Tolluntur in altum
Vt lapſu maiore ruant.- Claud. 1. Ruf.
* Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo, Ouid. 4. Pont. 3.
Et ſubito caſu, quæ valuere, ruunt.
* Altè extuliſti, grauius vt ruerem?- Sen. Oct. act. 2.

## RVS.

Ruris laus ſumma.

Forſitan indignum ducis, quod ruſticus Alcon
Te cupiam, qui mane boues in paſcua ducam. Nemeſianus Ecl. 2.
Dii pecorum pauere greges, formoſus Apollo,
Pan doctus, Fauni vates, & pulcer Adonis.
* Tempus in agrorum cultu cõſumere dulce eſt. Ouid. 2. Pont. 7.

Ruſtica vita tranquillior eſt ciuili.

Beatus ille, qui procul negotiis Hor. 2. Epod.
Vt priſca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet ſuis
Solutus omni fenore:
Nec excitatur claſsico miles truci:
Nec horret iratum mare:
Forumq; vitat, & ſuperba ciuium
Potentiorum limina.
* Non alia magis eſt libera, & vitio carens, Sen Hip. act. 2.
Ritusq; melius vita quæ priſcos colat,
Quàm quæ relictis mœnibus ſiluas amat.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Non illum auaræ mentis inflammat furor,*
*Qui ſe dicauit montium inſontem iugis:*
*Non aura populi, & vulgus infidum bonis,*
*Non peſtilens inuidia, non fragilis fauor.*
*Non ille regno ſeruit, aut regno imminens*
*Vanos honores ſequitur, aut fluxas opes,*
*Spei metusq; liber. haud illum niger,*
*Edaxque liuor dente degeneri petit.*
*Nec ſcelera populos inter, atque vrbes ſita*
*Nouit, nec omnes conſcius ſtrepitus pauet.*

Ruſticæ ac ciuilis vitæ collatio.

Claud. 1. Ruf. *Hæc mihi paupertas auguſtior, hæc mihi...*
*Culminibus maiora tuis. tibi quærit inanes*
*Luxuries nocitura cibos: mihi donat inempt...*
*Terra dapes; rapiunt Tyrios tibi vellera ſucc...*
*Et picturata ſaturantur murice veſtes.*
*Hic radiant flores, & prati viua voluptas,*
*Ingenio variata ſuo: fulgentibus illic*
*Surgunt ſtructa toris. hic mollis pāditur herb...*
*Sollicitant curis non abruptura ſoporem.*
*Turba ſalutantum latas ibi perſtrepit ades:*
*Hic auium cantus, labentis murmura riui.*

S

## Sacerdotivm.

Sacerdotes, ſeu ſacris mancipati ſummop... re honorandi ſunt.

Ouid. 1. Pont. 1. *Vaticinor, moneoque, locum date ſacra ferent...*
*Non...*



*Non mihi, ſed magno poſcitur ille Deo, &c.*
*Talia cæleſtes fieri præconia gaudent,*
*Vt ſua quid valeant numina, teſte probent.*

Sacerdotum violatores haud parua pœna afficientur.

*-Quis homo eſt tanta confidentia,*
*Qui ſacerdotem audeat violare? &c.* Plaut. Rud.
*At malo cum magno ſuo hercle fecit.*

Sacerdotes concubinarios, & quouis ſcelere etiam fœdatos, ſacra tangere non licet.

*Vos quoq; abeſſe procul iubeo, diſcedite ab aris,* Tibul. 2. 1.
*Queis tulit heſterna gaudia nocte Venus.*
*Caſti placent Superis, pura cum veſte venite,*
*Et manibus puris ſumite fontis aquam.*
*-Procul hinc, procul ite nocentes,*
*Si cui corde nefas tacitum, feſſique ſenectus* Stat. 3. Sil. 3.
*Longa patris: ſi quis pulſatæ conſcius vnquam*
*Matris, & infernæ rigidū timet Æacon vrna,*
*Inſontes, caſtosque voco.-*

## Sacrificivm.

Fides Deo magis placet, quàm ſacrificium.

*Non boue mactato cæleſtia numina gaudent,* Ouid. Epiſt. 19.
*Sed, quæ præſtanda eſt & ſine teſte, fide.*

Sacrificium Deo eſſe ſummam hominis ſanctimoniam ſuprà oſtendimus tit. de Prælatione. Prælatorum caſtigatio.

Sacrificia impiorum Deo abominabilia ſunt.

Perſ. 2. *O curuæ in terris animæ, & cœleſtium inanes!*
*Quid iuuat hoc, tépla noſtros immittere mores*
Plaut. *E bona Diis ex hac ſcelerata ducere pulpa!*
Rud. * *Atq; hoc ſcaleſti illi in animũ inducunt ſuum*
prolog. *Iouem ſe placare donis hoſtiis,*
*Et operam, & ſumtum perdunt: ideo fit, quia*
*Nihil ei acceptum eſt à periuris ſupplicii.*

Sacrificia immaculata, etiam ſi exigua ſint, Deo ſummè placent.

Ouid 2. *Sed tamen vt fuſo taurorum ſanguine centum,*
Triſt. *Sic capitur minimo thuris honore Deus.*
*-Te nihil attinet*
Hor. 3. *Tentare multa cæde bidentium.*
Carm. *Paruos coronantem marino*
23. *Rore Deos, fragilique myrto:*
*Immunis aram ſi tetigit manus,*
*Non ſumtuoſa blandior hoſtia*
*Mollibit auerſos Penates*
*Farre pio, & ſaliente mica.*
Silius 4. *-Iuſta ita precari*
*Thure pio, cædumq; feros auertite ritus.*
*Mite, & cognatum eſt homini Deus.-*
Stat. 2. *-Quæ nunc tibi pauper acerra*
Sil. 4. *Digna litem? nec, ſi vacuet Meuania valles,*
*Aut præſtent niueos Clitumna noualia tauros,*
*Sufficiam, ſed ſæpe Deis hos inter honores*
*Ceſpes*



*Ceſpes, & exiguo placuerunt farra ſalino.*

Sacrificantes Deus exaudit, ſæpiſſimè pœnam ſubtrahendo: ſi negligitur, acerrimè punit.

*Nos quoq; tãgit honos: feſtis gaudemus, & aris,* Ouid. 3.
*Turbaq; cæleſtes ambitioſa ſumus.* Faſt.
*Sæpe Deos aliquis peccando fecit iniquos,*
*Et pro delictis hoſtia blanda fuit.*
*Sæpe Iouem vidi, cùm iam ſua mittere vellet*
*Fulmina, thure dato ſuſtinuiſſe manum.*
*At ſi negligitur, magnis iniuria pœnis*
*Soluitur, & iuſtum præterit ira modum.*
*Reſpice Teſtiadem, flammis abſentibus arſit.*
*Cauſſa eſt, quod Phœbes ara ſine igne fuit.*
*Reſpice Tantaliadem, eadem Dea tela tenebat.*
*Virgo eſt, & ſpretos bis tamen vlta focos.*
*Hippolyte infelix velles coluiſſe Dionem,*
*Cùm conſternatis diriperêris equis.*

Sacrificandi exhortatio digniſſima.

*-Dii vota, preceſque* Silius 12.
*Ferte modo, & tepidos aris libate cruores,*
*Neu date terga malis, &c.*
*-Sed enim ante omnes altaria fument.*

---

SANITAS.

Sanitatis pars eſt, ſanari velle.

*Precor furorem ſiſte, teque ipſam adiuua.* Se. Hipp.
*Pars ſanitatis, velle ſanari, fuit.* act. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Sani facillimè ęgrotis recta conſilia præbent.

Ouid. ad Liuiam. *Hei mihi, quam facile eſt, quamuis hoc cõtigit omnes*
*Alterius luctu fortia verba loqui.*

Terent. Heaut. 5.1. **Nonne id flagitium eſt, te aliis conſilium dare*
*Foris ſapere, tibi non poſſe auxiliarier?*

Idem And. 2.1 **Facilè omnes, cùm valemus, recta conſilia ęgrotis damus.*
*Tu ſi hic ſis, aliter ſentias.-*

Sanitate nihil melius neque commodius in hac vita.

Hor. 1. Epiſt 12. *Si ventri bene, ſi lateri eſt, pedibusque tuis: nil*
*Diuitiæ poterunt regales addere maius.*

---

## SAPIENTIA.

Sapientia Deo proxima eſſe dicitur.

Hor. 1. Carm. 12. *Proximos illi tamen occupauit*
*Pallas honores.*

Sapientia, & virtus duæ pēnæ ſunt, per quas ad Dei cognitionem peruenitur.

Boët. 4.1 *Sunt etenim pennæ volucres mihi,*
*Quæ celſa conſcendant poli:*
*Quas ſibi cùm velox mens induit,*
*Terras peroſa deſpicit.*

Sapientiæ initium ſtultitia caruiſſe.

Hor. 1. Epiſt. 1. *Virtus eſt, vitium fugere: & ſapientia prima*
*Stultitia caruiſſe.-*

Sapientia fortunæ victrix eſt, i. ſapiēs fortu-



næ haud ſubiicitur: quia fortuita quęque ſua ſibi ſubiicit ſapientia.

*Magna quidem ſacris quæ dat præcepta libellis,* Iuuē. 13.
*Victrix Fortunæ ſapientia.-*

Sapientia rectum docet, paulatimq; vitia atque errores ab homine exuit.

*-Plurima felix*
*Paulatim vitia, atque errores exuit omnes.* Iuuē. 13.
*Prima docens rectum ſapientia.*

Sapientiæ adiutorium neceſſarium eſt, ſine quo nihil bene fit, atq; dicitur.

*Tu nihil inuita dices faciesque Minerua.* Hor. Art.

Sapientiæ commendatio illuſtris.

*Sed nil dulcius eſt, bene quàm munita tenere* Lucret. 2
*Edita doctrina ſapientum templa ſerena:*
*Deſpicere vnde queas alios, paſſimq; videre*
*Errare, atque viam palantis quærere vitæ,*
*Certare ingenio, contendere nobilitate,*
*Noctes atque dies niti præſtante labore*
*Ad ſummas emergere opes, rerumq; potiri.*

Sapientiæ condimentum ætas eſt.

*Sapientiæ ætas condimentum' ſt: ſapiens ætati cibus eſt.* Plaut. Trin.

Sapientia non ętate, ſed ingenio adipiſcitur.

*Non ætate, verùm ingenio adipiſcitur ſapiētia.* Plaut. Trin.

Sapientiæ inuentor Deus cenſendus eſt magis, quàm homo: ideo & ceterarū rerum inuentoribus prępónendus eſt.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Lucret. 1 *Quis potis eſt dignum pollenti pectore carmen*
*Condere pro re um maieſtate, hiſqu reperti?*
*Quiſve valet verbis tantũ, queis fingere laudes*
*Pro meritis eius poſsit, qui talia nobis*
*Pectore parta ſuo, quæſitaque præmia liquit?*
*Nemo, vt opinor, erit mortali corpore cretus.*
*ipſa. *Nam, ſi, vt ipſa petit maieſtas cognita rerum,*
*Dicẽdũ'ſt, Deus * ille fuit, Deus inclyte Memmi,*
*Qui princeps vitæ rationem inuenit eam, quæ*
*Nunc appellatur Sapientia, quiq; per artem*
*Fluctibus è tantis vitam, tantisq; tenebris*
*In tam tranquillo, & tam clara luce locauit.*
*Confer enim diuina aliorum antiqua reperta.*
*Nanq; Ceres fertur fruges, Liberque liquoris*
*Vitigeni laticem mortalibus instituiſſe:*
*Cùm tamen his poſſet ſine rebus vita manere,*
*Vt fama eſt aliquas etiam nunc viuere gentes.*
*At bene non poterat ſine puro pectore viui.*
*Quò magis hic meritò nobis Deus eſſe videtur,*
*Ex quo nunc etiam per magnas dedita gentes*
*Dulcia permulcent animos ſolatia vitæ.*
*Herculis antiſtare autem ſi facta putabis:*
*Longiùs à vera multo ratione ferere.*

Sapiens Deo minor eſſe, & in ſe omnia bona
habere dicitur.

Hor. 1. Epiſt. 1. *Ad ſummam, ſapiens vno minor eſt Ioue, diues,*
*Liber, honoratus, pulcer, Rex deniq; Regum.*

Nullus ſapiens bono fragili fidit.

*-Qui ſapiens bono*
*Confidit fragili? dum licet, vtere.* Sẽ. Hipp. act. 2.

Sapientis eſt animum flectere vbi opus eſt.

*Quàm ſcitum eſt, eiuſmodi parare in animo* Ter.
*cupiditates,* Phor.
*Quas, cũ res aduorſæ ſient, paulò mederi poſsis!* 5. 4.
**Iſtuc eſt ſapere, qui, vbicunq; opus ſit, animum* Idem
*poſsis flectere.* Hec. 4. 1.

Sapientis eſt bonis bonum eſſe, malis
verò econtrá.

*Nullus frugi eſſe poteſt homo, niſi qui & bene,*
*& malè facere tenet.* Plaut.
*Frugi conuenit eſſe hominem, pectus cui ſapit.* Bacch.
*Bonus ſit bonis, malus ſit malis: vtcunq; res ſit*
*ita animum habeat.*

Sapientis eſt, non tantum pręſentia ſcire,
ſed & futura.

*-O Demea,* Ter. A-
*Iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modò eſt,* delph.
*Videre, ſed etiam illa, quæ futura ſunt,* 3. 4.
*Proſpicere.-*

Sapienti nuntiaſſe ſat eſt.

*-Ah, dictum ſapienti ſat eſt.*

Sapientem omnia conſilio prius experiri Ter.
decet quam armis. (decet. Phor. 3. 8
*Cõſilio omnia prius experiri quã armis, ſapiẽtẽ* Ter. Eun. 4. 1

Sapientes, ſiue ſuperiorum rerum notitiam
habentes, rari eſſe dicuntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Hæc ego diuino cupiam cùm ad ſidera flatu*
Manil. 2. *Ferre, nec in turbã, nec turbæ carmina con*
*Sed cælo noſcẽda canã mirantib. aſtris,*
*Et gaudente ſui mundo per carmina vatis,*
*Vel quibus illa ſacros non inuidere meatus,*
*Notitiamq́ʒ ſui, minima eſt quæ turba pe*

---

SCELVS.

Scelus vnius in omnes referendum non eſt.

Sẽ. Hipp. act. 2. *Cur omnium fit culpa, paucorum ſcelus?*

Sceleris coacti culpa ad autores redit.

Sen. Troad. *Quid iuſſa ceſſas agere? ad autores redit*
*Sceleris coacti culpa.-*

Scelera ſæpe in autorem ſuum redeunt.

Sen. Thyeſt. *Sæpe in magiſtrum ſcelera rediere ſua.*

Scelus proſperum, virtus vocatur.

Sen. Her. fur. *-Proſperum, ac felix ſcelus*
*Virtus vocatur.-*

Sceleris locum error ingens ſæpe obtinuit.

Sẽ. Her. fur. *Quis nomen vnquam ſceleris errori dedit?*
*Sæpe error ingens ſceleris obtinuit locum.*

Ob ſcelera immenſa quæ nunc regnant, cæ-lum, terra, atque ſol lugere debent.

Sẽ. Her. fur. act. 4. *Lugeat æther, magnusq́ʒ parens*
*Ætheris alti, tellusque ferax,*
*Et vaga ponti mobilis vnda.*

Tuque



*Tuque ante omnes, qui per terras,*
*Tractusq́ʒ maris fundis radios,*
*Noctemq́ʒ fugas ore decoro,*
*Feruide Titan.-*

---

SCIENTIA.

Scientia nihil dignius eſt in humanis.

*Nam nihil egregius, quã res eſt cernere apertas* Lucret. 4.
*Ab dubiis, animus quas ab ſe protinus abdit.*

Scientiam negans eſſe, eam ponit atque concedit.

*Deniq́ʒ, nil ſciri ſi quis putat, id quoq́ʒ neſcit,* Lucret. 4.
*An ſciri poſsit,* quo ſe nil ſcire fatetur.* * cum.

Scire omnes appetunt naturaliter, ſed mercedem doctori nemo vult ſoluere.

*Quis color, & quod ſit cauſſæ genus, atque vbi ſumma* Iuuen. 7.
*Quæſtio, quæ veniant diuerſa parte ſagittæ,*
**Noſſe volunt omnes, mercedem ſoluere nemo.* *Scire.
*Mercedẽ appellas? quid enim ſcis? culpa docẽtis*
*Scilicet arguitur, quòd læua in parte mamillæ*
*Nil ſalit Arcadico iuueni.-*

Scire hac in ętate oportet, quis capite candido incedat, id eſt, fideliter atque iuſté.

*Sapere iſta ætate oportet, qui ſunt capite cãdido.* Plaut. Moſt.

---

SCRIPTVM.

Universidad de Deusto Biblioteca



Scribendum eſt ſubinde amicis, eò quòd [lit-]
teræ raro ad illos perferuntur.

Ouid. 4. *Innumeri montes inter me, teque, viaque,*
Triſt. 7. *Fluminaq; & campi, nec freta pauca iacent.*
*Mille poteſt cauſsis à te quæ littera ſæpe*
*Miſſa ſit, in noſtras rara venire manus.*
*Mille tamen cauſſas ſcribendo vince frequen[s],*
*Excuſem ne te ſemper amice mihi.*

Scribendum ſubinde amicis, ne à nobis con-
temni videantur, & ad hoc exhortatio.

Claud. *Quid rear affatus quod non mihi dirigis vllos,*
Epiſt. ad *Nec redit alterno pollice ducta ſalus?*
Olybriũ. *Scribendine labor? ſed quæ tam prona facultas*
*Carmina ſeu fundis, ſeu Cicerone tonas?*
*Cedere diuitiis animi fortuna fatetur,*
*Et tantas oris copia vincit opes.*
*Auraſ, qui ſcripta ferat? quin tempore nullo*
*Ceſſant Flaminiæ puluerulenta viæ.*
*Cùm fluat ingeniũ, cùm ſit qui dicta reportet,*
*Quæ, niſi contemnor, cauſſa relicta tibi eſt?*
Ibidem. * *Quin age rumpe moras, remoraturasq; ſodales*
*Abſens eloquio fertiliore doce:*
*Crebraq; fecundo feſtinet littera curſu,*
*Digna tuis animis, inſinuanda meis,*
*Dignatus tenui Cæſar ſcripſiſſe Maroni,*
Idem in *Et tibi dedecori ſcribere? Muſa vale.*
Probinũ. * *Quem precor inter nos habiturà ſilẽtia finem?*
*Quando dabit gratas littera noſtra vices?*



*Me timidum, vel te potius dixiſſe ſuperbum*
*Conuenit: alterius crimen vtrunque tenet.*
*Transfluxere dies, & dum ſcripſiſſe priorem*
*Pœnitet, æternas itur in vſque moras.*
*Sed quid agam? cœpiſſe vetat reuerẽtia veſtris*
*Hinc amor hortatur ſcribere, vincat amor.*
*Fors iuuat audentes, * priſci ſententia vatis,* *Chil.
*Hac duce non dubitem te reticente loqui.*
* *Ergo laceſsitus tandem reſcribe roganti.* Ibidem.
* *Quòd tua me raro ſolatur epiſtola, peccas,* Ouid. 5.
*Remque piam præſtas, & mihi verba negas.* Triſt. 14.
*Hoc precor emenda, quod ſi correxeris vnum,*
*Nullus in egregio corpore næuus erit.*
* *Vtque ſolebamus conſumere longa loquendo* Ibidem.
*Tempora, ſermoni deficiente die:*
*Sic ferat, ac referat tacitas nunc littera voces,*
*Et peragãt linguæ charta, manusque vices.*
*Quod tibi ne nimium videar diffidere, ſitque*
*Verſibus hoc paucis admonuiſſe ſatis:*
*Accipe, quo ſemper finitur epiſtola verbo,*
*Atque meis diſtent vt tua fata, vale.*

Amantium ſcripta relegenda non ſunt,
ſed igni mandanda.

*Scripta caue relegas blandæ ſeruata puellæ:* Ouid. 2.
*Conſtantes animos ſcripta relicta mouent.* Remed.
*Omnia pone feros, quamuis inuitus, in ignes:*
*Et dic, ardoris ſit rogus iſte mei.*

Scripta non præcipitanda, ſed in nonum an-

Universidad de Deusto
Biblioteca



num premenda, ſunt enim tam diu aſſ
uanda, donec & alii, & tu ipſe diligẽ
caſtigaris.

Hor. 1. Serm. 10 *Sæpe ſtylum vertas, iterum, quæ digna legi ſi*
*Scripturus: neque, te vt miretur turba, labor*
*Contentus paucis lectoribus.-*

Idē Art. *-Si quid tamen olim*
*Scripſeris, in Meci deſcendat iudicis aure*
*Et patris, & noſtras: nonũq; prematur in a*
*Membranis intus poſitis delere licebit,*
*Quod non edideris.-*

Scriptores materiam viribus æquã in om
ſcripto ſumere debent.

Hor. Art. *Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis, æquam*
*Viribus, & verſate diu, quid ferre recuſent,*
*Quid valeant humeri, cui lecta potẽter erit r*
*Nec facundia deſeret hunc, nec lucidus ord*

Propert. 3. 7. **Quid me ſcribẽdi tam vaſtũ mittis in æqu*
*Non ſunt apta meæ grandia vela rati.*
*Turpe eſt, quod nequeas capiti cõmittere põd*
*Et preſſum inflexo mox dare terga genu.*
*Omnia non pariter rerum ſunt omnibus ap*
*Fama nec ex æquo ducitur vlla iugo.*

Calpur. Ecl. 4. **Dulce quidem reſonas, nec te diuerſus Apol*
*Reſpicit ô iuuenis. ſed magna munera Rom*
*Non ita cantari debent, vt ouile Menalcæ.*

In omni ſcripti genere non tam ſermon ſe
legantia, quàm fides & pietas exigitur.





*Quidquid id eſt ſiluestre licet videatur acutis*
*Auribus, & noſtro tantum memorabile pago.*
*Dum mea ruſticitas ſi non valet arte polita*
*Carminis, at certè valeat pietate probari.*

---

SENECTVS.

Senectutis periphraſis.

*Stat dub.⁹, tremulusq; ſenex, ſemperq; malorũ* Corn. Gallus.
*Credulus, & ſtultus quæ facit ipſe, timet,*
*Laudat præteritos, præſentes deſpicit annos:*
*Hoc tantum rectum, quod facit ipſe, putat.* Et infrà.
**Hæ ſunt primitiæ mortis: his partibus ætas*
*Defluit, & pigris greſſibus ima petit.*
*Non habitus, non ipſe color, non greſſus euntis,*
*Non ſpecies eadem, quæ fuit antè, manet.*
*Labitur ex humeris, demiſſo corpore veſtis,*
*Quæq; breuis fuerat, iã modo lõga mihi eſt:*
*Contrahimur, miroque modo decreſcimus ipſi:*
*Diminui noſtri corporis oſſa putes.*
*Nec cælum ſpectare licet: ſed prona ſenectus*
*Terrã, à qua genita eſt, & reddituræ, videt.*
*Fitq; tripes, prorſ⁹ quadrupes, vt paruul⁹ infãs.*
*Et per ſordentem flebile ſerpit humum.*
*Ortus cuncta ſuos repetũt, matremq; requirũt,*
*Et redit ad nihilum, quod fuit antè nihil.*
*Hinc eſt quod baculo incũbens ruitura ſenect⁹,*
*Aſſiduo pigram verbere pulſat humum.*
*Et numeroſa mouens certo veſtigia paſſu,*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Talia rugato creditur ore loqui:*
*Suſcipe me genitrix, nati miſerere laborum,*
*Membra velis gremio feſſa fouere tuo.*

Senectus hiemi comparatur.

Ouid. 11. *Inde ſenilis hiems tremulo venit horrid*
Met. *Aut ſpoliata ſuos, aut quos habet albac*
*Noſtra quoq; ipſorum ſemper, requieq; ſ*
*Corpora vertuntur, nec q fuimuſve, ſum*
*Cras erimus.-*

Senectus animi vires non debilitat.

Virg. 9. *-Nec tarda ſenectus*
Æn. *Debilitat vires animi, mutatque vigor*

Senectus ægra dicitur: quia ęgritudinib
na obrepuit.

Ouid. 14. *-Sed iam felicior ætas.*
Met. *Terga dedit, tremuloq; gradu venit ægra ſ*

Senectus arrogans ac loquax eſt.

Corn. *Se ſolùm doctum, ſe iudicat eſſe peritum,*
Gallus. *Et quod ſit ſapiens deſipit ipſe magis.*
*Multa licet nobis referens, eademq; reuolu*
*Horret, & alloquium conſpuit ipſe ſuum.*
*Deficit auditor, non deficit ipſe loquendo.*
*O ſola fortes garrulitate ſenes.*
*Omnia nequidquam clamoſis vocibus impl*
*Nil ſatis eſt, horret, quæ placuere modo.*
*Arridet de ſe ridentibus, ac ſibi plauden*
*Incipit opprobrio lætior eſſe ſuo.*
*Hæ ſunt primitiæ mortis: his partibus ætas*
*Deſſu-*



*Defluit, & pigris greſſibus ima petit.*

Senectutem quæ dedeceant.

*Turpe ſeni vultus nitidi, veſteſque decora,* Corn.
*Atque etiam eſt ipſum viuere turpe ſenem.* Gallus.
*Crimen amare iocos: crimen conuiuia, cantus.*
*O miſeri, quorum gaudia crimen habet.*

Senectus baculo greſſum adiuuat.

*Membra leuant baculis, tardiq; ſenilib. annis* Ouid. 8.
*Nituntur longo veſtigia ponere cliuo.* Met.
**Aſpicis, vt nobis iampridem mille querelas* Calpur.
*Adferat, & baculũ premat inclinata ſenectus.* Ecl. 5.
**Iners ſenectus adiuuat baculo gradum.* Sē. Herc.

Senectus multa commoda ſecũ adfert atq; fur.
aufert.

*Multa ferunt anni venientes commoda ſecum,*
*Multa recedentes adimunt.-* Hor.
**Tu me ſola tibi ſubdis miſeranda ſenectus,* Art.
*Cui cedit quidquid vincere cuncta poteſt.* Corn.
*In te corruimus: tua ſunt quæcumque fatiſcũt:* Gallus.
*Vltima quæque tuo conficis ipſa malo.*

Senectus iuuentuti ſimilis grata eſt.

*Grata ſenectus homini, quæ parilis iuuentæ.*

Senectus magis morte metuenda eſt, nam Chilo
morbus eſt. per Auſ.

*Non præmaturi cineres, nec funus acerbum* Iuuenal.
*Luxuriæ ſed morte magis metuenda ſenectus.* 11.
**Senectus ipſa eſt morbus.-* Ter.
Phorm.
4. 1. 1.

Universidad de Deusto Biblioteca



Senectutis incommodorum deſcriptio [...]
tabilis.

Hor. Art. Multa ſenẽ circũueniũt incommoda, vel [...]
Quærit, & inuẽtis miſer abſtinet, ac time[...]
Vel, quod res omnes timidè, gelideq; mi[...]
Dilator, ſpe longus, iners, auidusque fu[...]
Difficilis, querulus, laudator temporis a[...]
Se puero, cenſor, caſtigatorque minorum.
Iuuenalis 10. *Sed quàm continuis, & quantis longa ſe[...]
Plena malis: deformẽ, & tetrũ ãte omnia [...]
Diſſimilemq; ſui deformem pro cute pell[...]
Pendentesque genas, & taleis adſpicere [...]
Quales vmbriferos vbi pãdit Trabraca ſ[...]
In vetula ſcalpit iam mater ſimia bucca.
Plurima ſunt iuuenũ diſcrimina: pulcrior [...]
Hoc, atque ille alio: multum hic robuſtior [...]
Vna ſenum facies, cùm voce trementia la[...]
Et iam læue caput, madidique infantia na[...]
Frangendus miſero gingiua panis inermi.
Vſque adeo grauis vxori, gnatisque, ſibiq[...]
Vt captatori moueat faſtidia Coſſo.
Non eadem vini, atque cibi torpente palat[...]
Gaudia.-

Ibidem *Præterea minimus gelido iam corpore ſang[...]
Febre calet ſola: circumſilit agmine facto
Morborũ omne genus: quorũ ſi nomina quæ[...]
Prõti⁹ expediã, quot amauerit Hippia mœ[...]
Quot Themiſon ægros autumno occiderit [...]
Qu[...]



Quot Baſilus ſocios, quot circũſcripſerit Hirr⁹,
Pupillos.-
*Ille humero, hic lumbis, hic coxa debilis, ãbos Ibidem.
Perdidit ille oculos, & luſcis inuidet. huius
Pallida labra cibum capiunt digitis alienis.
Ipſe ad conſpectum cænæ diducere rictum
Suetus, hiat tantũ: ceu pullus hirũdinis, ad quẽ
Ore volat pleno mater ieiuna. ſed omni
Membrorum damno maior dementia: quæ nec
Nomina ſeruorum, nec vultum agnoſcit amici,
Cum quo præterita cœnauit nocte, nec illos,
Quos genuit, quos eduxit.-
*Vt vigeant ſenſus animi, ducẽda tamen ſunt Ibidem.
Funera gnatorum, rogus adſpiciendus amatæ
Coniugis, & fratris, plenæque ſororibus vrnæ.
Hæc data pœna diu viuentibus, vt renouata
Semper clade domus, multis in luctibus, inque
Perpetuo mœrore, & nigra veſte ſeneſcant.
*Venit enim properata malis inopina ſenectus, Boeth. 1.
Et dolor ætatem iuſſit ineſſe ſuam.
Intempeſtiui funduntur vertice cani,
Et tremit effeto corpore laxa cutis.
*Conſitus ſum ſenectute: onuſtum gero Plaut. Menæch.
Corpus, vires reliquere. vt ætas mala eſt merx!
mala eſt ergo.
Nam res plurimas, peſſumas, cùm aduenit, adfert: quas ſi autumem
Omnes, nimis longus ſermo eſt.- Vide Camerarii editionẽ.

Senectutis memoria aſſiduè retinenda eſt,
quia homini non parum confert.

Ouid.3. *Venturæ memores iam nunc eſtote ſenectæ,*
Art. *Sic nullum vobis tempus abibit iners.*

Senectus odioſa eſt adoleſcentulis

Ter. *-Odioſa eſt hæc ætas adoleſcentulis.*
Hec.3.4. Emeritæ ſenectæ iam nulla præmia dant
Claud. *Deſeror: emeritæ iam præmia nulla ſenectæ.*

bello Senes à noxis omnibus nudati eſſe
Gild. debent.

Hor.2. *Non es auarus? abi. quid, cætera iam ſimul*
Epiſt.2. *Cum vitio fugere? caret tibi pectus inani*
*Ambitione? caret mortis formidine, & ira?*
*Somnia, terrores magicos, miracula, ſagas,*
*Nocturnos Lemures, portentaq; Theſſala rides?*
*Natales gratè numeras? ignoſcis amicis?*
*Lenior, & melior fis accedente ſenecta?*
*Quid te exemta iuuat ſpinis de pluribus vna?*
*Viuere ſi rectè neſcis: decede peritis.*
*Luſiſti ſatis: ediſti ſatis: atque bibiſti:*
*Tempus abire tibi eſt: ne potum largius æquo*
*Rideat, & pulſet laſciua decentiùs ætas.*
Plaut. **Vacuum eſſe iſtac te ætate hic decebat noxiis*
Mil. *Itidem, vt tempus anni, ætatem aliã aliud factum conuenit.*

Senio ac vetuſtate cõfectis quieſcendum eſt.

Propert. *Miles depoſitis annoſus ſecubat armis,*
2.25. *Grandæuique negant ducere aratra boues.*

*Putris.*



*Putris, & in vacua requieſcit nauis arena,*
*Et vetus in templo bellica parma vacat.*

Senes communiter auari ſunt.

*-O noſter Demea,*
*Ad omnia alia ætate ſapimus rectiùs:* Ter. A-
*Solũ vnũ hoc vitiũ adfert ſenectus hominibus,* delph.5.8
*Attentiores ſumus ad rẽ omnes, quàm ſat eſt.*

Senes felices dicuntur per antiphraſin.

*Rex Pylius, magno ſi quidquam credis Homero,* Iuuẽ. 10.
*Exemplum vitæ fuit à cornice ſecundæ.*
*Felix nimirum, qui per tot ſæcula mortem*
*Diſtulit, atq; ſuos iam dextra computat annos,*
*Quiq; nouũ toties muſtum bibis, oro, parumper*
*Attendas, quantum de legibus ipſe queratur*
*Fatorum, & nimio de ſtamine, cùm videt acris*
*Antilochi barbam ardentẽ: nã quærit ab omni,*
*Quiſquis adeſt ſocio, cur hæc in tempora duret.*
*Quod facinus dignum tam lõgo admiſerit æuo.*

Senes immemores ſunt.

*-Prima langueſcit ſenum*
*Memoria, longo laſſa ſublabens ſitu.* Sẽ.Oed.

Senes reuerendi ſunt ſummopere, exemplo act.4.
antiquorum. Ouid.5.

*Magna fuit capitis quondam reuerentia cani,* Faſt.
*Inque ſuo pretio ruga ſenilis erat.* Idem 5.
**Nec niſi poſt annos patuit tunc curia ſeros,* Faſt.
*Nomen & ætatis mite Senatus habet.* Idem 5.
**Verba quis auderet coram ſene digna rubore* Faſt.

 Iuuẽ.13.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Dicere? Cenſuram longa ſenecta dabat.*
**Improbitas illo fuit admirabilis æuo.*
*Credebant hoc grande nefas, & morte pi*
*Si iuuenis vetulo non aſſurrexerat, & ſi*
*Barbato cuicunque puer, licet ipſe vider*
*Plura domi farra, & maiores glandis*
*Tam venerabile erat præcedere quattuor*
Ouid.ad *Primaque par adeo ſacra lanugo ſenecta.*
Liuiam. Senem acta generoſa hominem redd
*Ipſe tibi emiſſus nebuloſum litus Auerni*
*Sic liceat, forti verba tot ore ſonet.*
*Quid nun. eras annos? vixi maturior an*
*Acta ſenem faciunt, hæc numeranda*

Frons triſtis ſenem decet.

St.Hip. *Lætitia iuuenem, frons decet triſtis ſenem.*
act.2. Senum officium eſt iura, & leges noſc
Ouid. 9. **Iura ſenes norint, & quid liceatque, nefa*
Met. *Faſque ſit inquirant, legumq; exam n ſer*

---

## SERMO.

Sermone docto, ac hilari ioco terendum tempus hiemale.

Stat.4. *Nobis verus amor, medioque Helicone pet*
Sil.6. *Sermo, hilareſq; ioci brumalẽ abſumere n*
*Suaſerunt, mollemq; oculis expellere ſomn*

Sermo vtilis ac dulcis omnium ſuffrag ſibi vendicat.

Hor. *Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci.*
Art.



Omnis hominum ſermo, in his duobus monoſyllabis, Eſt, & Non, verſatur.

*Eſt & non cunctis monoſyllaba nota frequẽtãt:* Auſon.
*His dẽptis nihil eſt hominũ quod ſermo volutet.* Eidyll.11
*Omnia in his, & ab his ſunt omnia, ſiue negotî,*
*Siue otî quidquã eſt, ſeu turba, ſiue quietis, &c.*
*Qualis vita hominum, duo quam monoſyllaba v rſant.*

Sermo omnis ſiue colloquium in pauca cõferendus eſt, ne ſuſpectus fiat.

*Suſpecta ne ſint, longa colloquia amputa.* Sen.
*Cedo, quid portas obſecro? atq; id, ſi potes, verbo expedi.* Med. act.3.

Sermone longo, verborumque ambage ac circuitu manifeſta probanda non ſunt. Ter.

*Sed ne circuitu longo manifeſta probentur,* Phor.14.
*Ipſa fides operi faciet pondusq;, fidemque.* Manil.2

Sermo facundus in via pro vehiculo eſt.

*-Ibat Rex obſitus æuo,* Virg.8.
*Et comitem Æneam iuxta, natumq; tenebat,* Æn.
*Ingrediens, varioque viam ſermone leuabat.*

Exempla ſermonis qui vno die non poterit abſolui.

*O Dea, ſi prima repetens ab origine pergam,* Virg.1.
*Et vacet annales noſtrorum audire laborum,* Æn.
*Ante diem clauſo componet veſper Olympo.*
** Deſinet ante dies, & in alto Phœbus anhelos* Ouid.15.
*Æquore tinget equos, quã cõſequar omnia dictis* Met.

*In ſpecies translata nouas.-*

**Si ego item memorem, quæ me erga multa fe-*

Plaut. *Nox diem adimat.* (ceſti bene.

Capt.

SERVITVS.

Seruum eſſe, durum & graue eſt.

Sen. Tro- *Durum, inuiſum, & graue eſt*

ad. act. 4 *Seruitia ferre.-*

Seruum innocentem fidelémve eſſe decet, confidentem apud herum ſuum.

Plaut. *Decet innocentem ſeruum atq; innoxium,*

Capt. *Confidentem eſſe, ſuum apud herum potiſſimum.*

Propert. **Omnis enim debet ſine vano nuntius eſſe,*

3. 4. *Maioremq; timens ſeruus habere fidem.*

Seruum oculos, manus, verbaque domita habere decet.

Plaut. *-Non homini ſeruo ſuos*

Mil. *Domitos oportet habere oculos, & manus*

*Orationemque.-*

Seruum ſcire decet, potius quàm loqui.

Plaut. *Sed taceam optimum eſt, plus ſcire ſatius eſt,*

Epid. *Quàm loqui ſeruum hominem: ea ſapientia eſt.*

Seruum ſuperbum eſſe non decet.

Plaut, *Non decet ſuperbum eſſe hominem ſeruum.*

Aſin.

Seruum domini ſui voluntatem in pectore habere decet.

Plaut. *Qui hero ſuo ſeruire vult, bene ſeruit ſeruitutem.*

Perſ. Næ



*Nædepol illum multa in pectore ſuo collocare oportet,* (ſuo.

*Quæ hero placere cenſeat præſenti, atq; abſenti*

Seruos complures omnes habere volũt, nihil interim curantes, boni ne, an mali ſint. Plaut.

*Clientes ſibi omnes volunt eſſe multos: boni ne an mali ſient,* Menach.

*Id haud quæritant, res quæritur magis quàm* Vide e-

*clientum fides,* (lus, ditionẽ

*Quoiuſmodi cluat, ſi eſt pauper, atq; haud ma-* Came-

*Nequam habetur: ſin diues eſt, habetur is cliẽs* rarii.

*Frugi. qui neque leges, neque æquum, neque bonum vſquam colunt,*

*Sollicitos patronos habent, datum denegant, quod datum eſt.*

Seruus eſſe debet, qui ſe non habet, & qui aſſiduè concupiſcit.

*Reges & dominos habere debet,* Mart. 2.

*Qui ſe non habet, atque concupiſcit,*

*Quod reges dominique concupiſcunt.*

Seruus non eſt qui pio atque egregio ſubiicitur principi.

*Fallitur, egregio quisquis ſub principe credit* Claud. 3.

*Seruitium, nunquam libertas gratior extat,* Stil.

*Quàm ſub rege pio.-*

Seruo atq; captiuo ſi addatur malũ, ad maius malum promptiſſimus efficitur.

*Homines captiuos qui catenis vinciunt.* Plaut.

Menach.

Universidad de Deusto Biblioteca



*Et qui fugitiuis indunt compedes,*
*Nimis ſtultè faciunt, mea quidem ſententia.*
*Nāq; homini miſero, ſi ad malū accidit ma…*
*Maior libido eſt fugere, & facere nequiter.*
*Nam ſe ex catenis eximunt aliquo modo.*
*Tum compediti iaxuam lima proterunt,*
*Aut lapide excutiunt clauum.-*

SIMILITVDO.

Similitudinis maximæ quæ aliquando in-
Plaut. ter duos apparet, intimatio iucunda.
Menach *Namq; ego hominem homini ſimiliorem …*
*quam vidi alterum,*
*Neque aqua aquæ, nec lac eſt lacti, crede m…*
*vſquam ſimilius,*
*Quàm hic tui eſt, tuque huius.*

Simile ſuum ſimile naturaliter diligit, & …
argumentum à contrario ſumtum.
Hor. 1. Epiſt. 18. *Oderunt hilarem triſtes, triſtemque iocoſi,*
*Sedatum celeres, agilem gnauumq; remiſſi.*
Iuuē. 2. * *Magna inter molles concordia.-*

Similium idem eſt iudicium.
Plaut. *Poſtremò, ſi dictis nequis perduci, vt vera h…*
Moſt. *credas (qua fui an…*
*Mea dicta ex factis noſce, rem vide, quæ ſim, …*
*Nihilo ego, quàm nunc tu, amata ſum, atq; …*
*modò geſsi morem, (…*
*Qui pol mi, vbi ætate hoc caput colorē cōmu…*
*Re…*



*Reliquit, deſeruitq; me, tibi itidē futurū credo.*

Artiſices ciuſdem artis, & profeſſionis ſeſe
mutuò amant.
*Scilicet ingeniis aliqua eſt cōcordia iunctis,* Ouid. 2.
*Et ſeruat ſtudii fœdera quisque ſui.* Pont. 5.
*Ruſticus agricolam, miles fera bella gerentem,*
*Rectorem dubiæ nauita puppis amat.*

SIMVLACRA.

Simulacra non eſſe Deos.
*Qui finxit ſacros auro, vel marmore vultus,*
*Non facit ille Deos: qui colit, ille facit.* Mart. 8.

Simulacris nihil prorſus diuinitatis ineſt.
*Nulla autem effigies, nulli commiſſa metallo* Stat. 2.
*Forma Dei, mētes habitare & pectora gaudet.* Theb.

Non ſimulacra, ſed Deum videns felix eſt.
*Felices illi, qui non ſimulacra, ſed ipſos,*
*Quique Deûm coràm corpora vera vident.* Ouid. 2.

Pro Deo, ſimulacra coluntur perperam. Pont. 8.
*Quos dedit ars vultus, effigiemq; colo.*
*Sic homines nouere Deos, quos arduus æther* Idem 1.
*Occulit, & colitur pro Ioue forma Iouis.* Pont. 8.

SIMVLATIO.

Simulare loco ſcilicet & tempore,
prudentia eſt.
*Talia voce refert, curisq; ingentibus æger,* Virg. 1.
*Spem vultu ſimulat, premit altū corde dolorē.* Æn.

Universidad de Deusto Biblioteca



Plaut. Trin. *Sapiens quidem pol, ipſe fingit fortunam ſi...
*Simulare cer è eſt hominis.-

Ter. Adelph. 4. 7. Vide tit. de Diſſimulatione.

### SITIS.

Sitienti etiam aqua dulcis eſt, nectarq...

Ouid. 6. Met. Hauſtus aquæ mihi nectar erit, vitãq; fa...
Accepiſſe, ſimul vitam dederitis in vndis.

Sitis maximæ intimatio.

Ouid. 6. Met. -Non ego noſtros
Abluere hic artus, laſſataq; membra par...
Sed releuare ſitim: caret os humore loqu...
Et fauces arent, vixque eſt via vocis in ...

### SOBRIETAS.

Sobrietas quanta commoda adferat corp...ribus noſtris.

Hor. 2. Serm. 2. Accipe nunc, victus tenuis quæ, quanta...
ſecum
Adferat: inprimis valeas bene: nam vari...
Vt noceant homini, credas, memor illius eſ...
Quæ ſimplex olim tibi ſederit.-

Ibidem. -Vides & pallidus omnis-
Cœna deſurgat dubia? quin corpus onuſtum
Heſternis vitiis animum quoq; prægrauat v...
*affligit. Atque * affigit humo diuinæ particulam au...
Alter, vbi dicto citiùs curata ſopori (ſ...
Mẽbra dedit, vegetus præſcripta ad munia ſu...





### SOLLERTIA.

Solertia parit artes, egeſtas inquirit, vſus verò nutrit.

Prouocet vt ſegnes animos, rerumq; remotas
Ingenioſa vias paulatim exploret egeſtas, Claud. 3. rapt.
Vtque artes pariat ſollertia, nutriat vſus.

Solertia conando omnia vincere dicitur.

Omnia conando docilis ſollertia vicit:
Nec prius impoſuit rebus finemq; manumque, Manil. 1.
Quàm cœlum adſcendit ratio, cepitq; profundis
Naturam rerũ cauſsis, viditq; quod vſquã eſt.

Sollers, homines pigros, qui nihili eſſe dicuntur, odit.

-Opera haud fui parcus mea. nimis homo
Nihili eſt, qui piger eſt, nimisq; id genus odi e- Plaut. Rud.
go malé.

### SOMNVS ET SOMNIA.

Somni vis, eiusque Regiæ deſcriptio.

Eſt propè Cimmerios longo ſpelunca receſſu Ouid. 11. Met.
Mons cauus, ignaui domus & penetralia Sõni:
Quò nunquã radiis oriens, mediusve cadẽsve
Phœbus adire poteſt: nebulæ caligine mixtæ
Exhalantur humo, dubiæq; crepuſculæ lucis.
Nil vigil ales ibi criſtati cantibus oris
Euocat auroram, nec voce ſilentia rumpunt
Sollicitive canes, canibusve ſagacior anſer.

*Non fera, non pecudes, non motı flamıne ram*
*Humanæve ſonum reddūt conuicia lingua*
*Muta quies habitat, ſaxo tamen exit ab imo*
*Riuus aquæ Lethes, per quē cū murmure la*
*Inuitat ſomnos crepitantibus vnda lap*
*Ante fores antri fecunda papauera flore*
*Innumeræq; herbæ, quarum de lacte ſoporem*
*Nox legit, & ſpargit per opacas humida terr*
*Ianua, ne verſo ſtridorem cardine reddat.*
*Nulla domo tota eſt: cuſtos in lımine nullus*
*At medio torus eſt ebeno ſublimis in antr*
*Plumeus, vnicolor, pullo velamine tectus,*
*Quo cubat ipſe Deus membris languore ſolut*
*Hunc circa paſsim varias imitantia formas*
*Somnia vana iacent, totidē quot meſsis ariſt*
*Silua gerit frondes, eiectat litus arenas.*

Sē. Herc. fur. act. 4.
**Veris miſcens falſa, futuri*
*Certus & idem peſsimus actor.*
*Pater ô rerum, portus vitæ,*
*Lucis requies, noctisque comes,*
*Qui par Regi, famuloque venis,*
*Placidus feſſum, leuisque foues.*
*Pauidum lethi genus humanum,*
*Cogis longam diſcere mortem.*

Somnus Aſtreæ, i. Iuſtitiæ filius, Mortis frater eſſe dicitur.

Sē. Herc. fur. act. 4.
*Volucer matris genus Aſtreæ,*
*Frater duræ languide mortis.*

Som



Somnus animí quies, malorum domitor atque humanę vitę pars melior eſſe dicitur.

Sē. Herc. act. 4.
*–Tuque ô domitor*
*Somne malorum, requies animi,*
*Pars humanæ melior vitæ.*

Somnus mortis imago eſſe dicitur.

Ouid. 2. Amor. 9.
*Stulte, quid eſt ſomn⁹, gelidæ niſi mortis imago?*
*Longa quieſcendi tempora fata dabunt.*

Somnus homini à prandio non eſt bonus.

Plaut. Moſt.
*Non bonus eſt ſomnus homini de prandio.*

Somnus diuturnas animi cogitationes quādoque, ſcilicet refert.

Sen. Oct. act. 4.
*Quæcunq; mentis agitat infeſtus vigor,*
*Ea per quietem ſacer, & arcanus refert,*
*Veloxque ſenſus.–*

Claud. præfat. 4. Honor.
**Omnia, quæ ſenſu voluuntur vota diurno,*
*Tempore nocturno reddit amica quies.*
*Venator defeſſa toro cùm membra reponit*
*Mens tamen ad ſiluas, & ſua luſtra redit.*
*Iudicibus lites, aurigæ ſomnia currus,*
*Vanaque nocturnis meta cauetur equis.*
*Furto gaudet amans, permutat nauita merces.*
*Et vigil elapſas quærit auarus opes.*
*Blandaque largitur fruſtra ſitientibus ægris*
*Irriguus gelido pocula fonte ſopor.*
*Me quoque Muſarum ſtudium ſub nocte ſilenti*
*Artibus aſsiduis ſollicitare ſolet.*
*Namque poli media ſtellantis in arce videbar*

Nn

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Ante pedes ſummi carmina ferre Iouis.*

Somnus agreſtium, id eſt, pauperum, lenis eſſe dicitur.

Hor 3. *-Somnus agreſtium*
Carm. *Lenis virorum, non humiles domos*
*Faſtidit.-*

Somnus falſa veris miſcet futurive certus atque peſſimus auctor eſſe dicitur.

Sē. Herc. *Veris miſcens falſa, futuri*
fur. *Certus, & idem peſſimus autor.*
Ouid. 2. **Tu leuis es, multoque tuis ventoſior alis,*
Amor. 9 *Gaudiaque ambigua dasque, negasque ...*

Somnia, fallacia, vanave ferè omnia ſunt.

Tibul. 3. *Somnia fallaci ludunt temeraria nocte,*
4. *Et pauidas mentes falſa timere iubent.*

---

## SPES.

Spes decipit multos.

Ouid. *Tale nihil timeo, ſed nec Medea timebat.*
Epiſt. 16. *Fallitur augurio ſpes bona ſæpe ſuo.*
Plaut. **Nā multa præter ſpē ſcio multis bona euenisse.*
Rud. 3. *At ego etiam qui ſperauerint ſpem decepiſſe multos.*

Spes in bonitate Dei retinenda eſt.

Ouid. 1. *Quamuis eſt igitur meritis indebita noſtris,*
Pont. 7. *Magna tamen ſpes eſt in bonitate Dei.*

Spes longitudinis vitæ reſecanda eſt.

Hor. 1. *-Et ſpatio breui*
Carm. 11 *Spem*



*Spem longā reſeces: dū loquimur, fugit inuida*
*Ætas. carpe diē, quàm minimū credula poſtero.*

Spes pretio emenda non eſt.

*-Ego ſpem pretio non emo.*

Spes timorq; homines maximè agitant. Ter. Adelph. 2. 2.

*Turbine magno ſpes ſollicitæ* Sen.
*Vrbibus errant, trepidique metus.* Her. fur.
*-Væ miſero mihi,* Ter.
*Vt animus in ſpe, atq; in timore vſq; ante hac attentus fuit,* And. 2. 1.
*Ita, poſtquam ademta ſpes eſt, laſſus, cura cōfectus ſtupet.*

Spes vitam hominum fouet.

*Spes igitur pœnæ menti Græcine leuandæ* Ouid. 1.
*Non eſt ex toto nulla relicta meæ.* Pont. 7.
*Hæc Dea, cū fugerent ſceleratas numina terras,*
*In Diis inuiſa ſola remanſit humo.*
*Hæc facit, vt viuat foſſor quoq; cōpede vinctus,*
*Liberaque à ferro crura futura putet.*
*Hæc facit, vt videat cùm terras vndiq; nullas,*
*Naufragus in mediis brachia iactet aquis.*
*Sæpe aliquem ſollers medicorum cura relinquit,*
*Nec ſpes huic vena deficiente cadit.*
*Carcere dicuntur clauſi ſperare ſalutem,*
*Atque aliquis pendens in cruce vota facit.*
*Hæc Dea quàm multos laqueo ſua colla ligātes,*
*Non eſt propoſita paſſa perire nece.*
*Me quoq; conantem gladio finire dolorem*
*Arguit, iniecta continuitque manu.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Tibul. 2. *Iam mala finiſſem letho: ſed credula vitam
6.. Spes fouet, & melius cras fore, ſemper ait.
Spes alit agricolas: ſpes ſulcis credit aratis
Semina, quæ magno fenore reddat ager.
Hæc laqueo volucres, hæc captat arũdine piſces,
Cùm tenues hamos abdidit antè cibus.
Spes etiam valida ſolatur compede vinctum:
Crura ſonant ferro, ſed canit inter opus.

Spe ſublata ab ipſo animo, citò deficit homo.

Ter. Ita, poſtquam adempta ſpes eſt, laſſus, curâ con-
And. 2.1 fectus, ſtupet..

Spes anxia longaq; mentem extrahit, cru-
at, ac longo voto gaudia conſumit.

Stat. 1. —Spes anxia mentem
Theb. Extrahit, & longo conſumit gaudia voto.
Idem 2. *Et quæ non grauior mortalibus addita curis
Theb.. Spes vbi longa venit.—.

Sperare qui nihil poteſt, deſperet nihil.

Sen. Qui nihil poteſt ſperare, deſperet nihil.
Med..

Inſperata ſæpius ac magis eueniunt,
quàm ſperata..

Plaut.
Moſt.. Inſperata accidũt magis ſæpe, quàm quæ ſperes.

Spes in res mortales collocanda non eſt,
quia caducæ ſunt..

Silius 7. Spes heu fallaces, oblitaque corda caducum
Mortali quodcunque datur.—

Spes & timor dubiam faciunt fidem.

Ouid. 
Epiſt. 6. —Alternant ſpesque, timorque fidem.





STVDIVM.

Studio literarum ſedulò, præſertim in iuue-
nili ætate incumbendum eſt.

At tu, dum primi floret tibi temporis ætas,
Vtere. non tardo labitur illa pede. Tibul. 1.
*Interea Muſis animus dum mollior inſtet, 8.
Et quæ mox imitere legas. nec deſinat vnquam Claud. 4
Tecum Graia loqui, tecum Romana vetuſtas. Honor.

Studio non intendens vitio deditus erit.

—Si non
Intendes animum ſtudiis, & rebus honeſtis: Hor. 1.
Inuidia, vel amore vigil torquebere. Epiſt. 2.

Studium dolorem aufert.

Quot frutices ſiluæ, quot flauas Tybris arenas, Ouid. 5.
Mollia quot Martis gramina cãpus habet: Triſt. 1.
Tot mala pertulimus: quorũ medicina quieſq;
Nulla, niſi in ſtudio eſt, Pieridumq; mora.

Sua quenq; ſtudia delectant.

Scilicet eſt cupidus ſtudiorum quiſq; ſuorum, Ouid. 1.
Tempus & aſſueta ponere in arte iuuat. Pont. 6.
Saucius euitat pugnam gladiator, & idem
Immemor antiqui vulneris arma capit.
Nil ſibi cum pelagi dicit fore naufragus vndis,
Et ducit remos, qua modò nauit aqua.

Librorum copia abſque ſtudio, hominem
non reddit doctum.

Emtis quod libris tibi bibliotheca referta eſt,

Universidad de Deusto
Biblioteca



Auſon. *Doctum & grammaticũ te Philomuſe pura*
Epig. 44. *Hoc genere & chordas, & plectra, & barbita*
*Hoc die mercator, cras citharœdus eris.*

Studii remiſſi intimatio, veniæque pe
pulcra imploratio.

Ouid. 4. *Da veniam faſſo; ſtudiis quoq; frena remiſ*
Pont. 2. *Ducitur & digitis littera rara meis.*
*Impetus ille ſacer, qui vatum pectora nutri*
*Qui prius in nobis eſſe ſolebat, abeſt.*

Studioſi intimatio notabilis.

Perſi. 5. *At te nocturnis iuuat impalleſcere chartis:*
*Cultor enim iuuenum purgatas inſeris au*
*Fruge Cleanthea.-*

## STVLTITIA.

Stultitia carere eſt prima ſapientia.

Hor. 1. *Virtus, eſt vitium fugere: & ſapientia prima*
Epiſt. 1. *Stultitia caruiſſe-*

Hor. 1. Stulti proprium eſt velle nocere, dum
Epiſt. 1. non poteſt.

Bias per *Quid ſtulti proprium? non poſſe, & velle nocere*
Auſ.

Stulto qui aduerſatur ipſum inſanio-
rem reddit.

Plaut. *Non tu ſcis: Bacchæ bacchanti ſi velis aduerſa*
Amph. *Ex inſana inſaniorẽ facies, feriet ſæpius: (rier,*
*Si obſequare, vna reſoluas plaga, &c.*
*-Irritabis crabrones.*

SVB-



## SVBDITI.

Subditos regem ſeu dominũ timere decet:
*Decet timeri Cæſarem.-* Sen. Oct.

Subditi indigna vt digna habere debẽt, quæ act. 2.
heri prælative faciunt ac imponunt.
*Indigna digna habenda ſunt, herus quæ facit.* Plaut.
Capt.

## SVPERBIA.

Superbia mores egregios inquinat.
*Inquinat egregios adiuncta ſuperbia mores.* Claud. 4.

Superbia ſolenne vitium eſt ſecundis rebus Honor.
ac ingrata virtutum comes.
*- Quin ipſa ſuperbia longe*
*Diſceſſit, vitium rebus ſollenne ſecundis,* Claud. 2.
*Virtutumque ingrata comes.-* Stil.

Superbiæ maximæ intimatio.
*Sum felix, quis enim neget hoc, felixq; manebo.* Ouid. 6.
*Hoc quoq; quis dubitet? tutam me copia fecit.* Met.
*Maior ſum quàm cui poſſit fortuna nocere.*

Superbus precibus ſignisve à Deo miſſis non
flectitur, vt de Turno dicitur.
*Nec noſtræ potuere preces inflectere durum,*
*Nec diuum portentũ animũ, quin arctius ignẽ* Maphæ.
*Spumabat ferus ore vomens, bellumq; ciebat.* appẽdice
Virg.

Deus ſuperbis reſiſtit atque eos
humiliat.
*Dominare timidus, ſpiritus altos gere:*

Sĕ.Herc. *Sequitur ſuperbos victor à tergo Deus.*

fur. TACITVRNITAS.

act 2. Tacere qui neſcit, idem & loqui ignorabit.

Pit.per *Loqui ignorabit, qui tacere neſcit.*

Auſon. Taciturnitatis maximæ intimatio.

Plaut. *Nec hoc quoiquã homini dicerẽ, edictũ eſt mihi*
Perſ. *Magnopere, nec quoiquam homini crederem*
videCa- *omnes muti vt prius*
merarii *Loquerentur hoc, quàm ego.*

editionẽ. Taciturnitas & fides à ſeruis ſummoperè requiritur.

Ter. *Nil iſtac opus eſt arte ad hanc rem, quam paro.*
And.1.1. *Sed his quas ſemper in te intellexi ſitas,*
*Fide & taciturnitate.-*

Taciturnitatis nimiæ reprehenſio.

Auſon. *Vnde iſtam meruit non felix charta repulſam,*
Paulino, *Spernit tam longo ceſſatio quam tua faſtu?*
Epiſt.12. *Hoſtis ab hoſte tamẽ per Barbara verba ſalutem*
*Accipit, & ſalue mediis interuenit armis.*
*Reſpondent & ſaxa homini, percuſſus ab antris*
*Sermo redit, reboat nemorum vocalis imago,*
*Litorei clamant ſcopuli, dant murmura riui,*
*Somniferumq; canit ſepes depaſta ſuſurrum.*
*Eſt & arundineis modulatio Muſica ripis,*
*Atque arguta ſuis loquitur coma pinea ventis,*
*Incubuit foliis quoties leuis Eurus acutis,*
*Dindymaq; Idæo reſpondent cantica luco.*
*Nil mutum natura dedit, non aeris ales,*

*Quadru-*



*Quadrupesve ſilent: habet & ſua ſibila ſerpes,*
*Et pecus æquoreum tenui vice vocis anhelat,*
*Cymbala dant flictu ſonitũ: dant pulpita ſaltu*
*Tacta pedũ: tentis reboãt caua tympana tergis:*
*Iſiacos agitant Mareotica ſiſtra tumultus:*
*Nec Dodonæi ceſſat tinnitus æeni,*
*In numerum quoties radiis ferientibus icta*
*Reſpondent dociles moderato verbere pelues.*
*Tu velut Oebaliis habites taciturnus Amyclis,*
*Aut tua Sigalion Ægyptius oſcula ſignet,*
*Obnixus Pauline taces.—*
**Quis prohibet ſalue, atq; vale breuitate parata* Ibidem.
*Scribere, feliceſque notas mandare libellis?*

Tacenda loqui laudabile nón eſt.

*Eximia eſt virtus præſtare ſilentia rebus.* Ouid. 2.
*At contra grauis eſt culpa tacenda loqui.* Art.
*Quàm bene, quod fruſtra captatis arbore pomis*
*Tantalus in media garrulus aret aqua.*

Tacenda ſunt tibi ipſi ea, quæ taceri velis ab alio.

*Alium ſilere quod voles, prius ſile.* Sen.
**Nec retinent patula commiſſa fideliter aures.* Hipp.

Tacuiſſe minimus eſt labor. Hor.1.

*Quis minor eſt autem, quàm tacuiſſe, labor?* Epiſt.18.

Arcana commiſſaq; tacere qui neſcit, hic fugiendus eſt. Ouid.2.

Amor.2

*Fingere qui non viſa poteſt, commiſſa tacere* Hor.1.
*Qui nequit: hic niger eſt, hũc tu Rõane caueto.* Serm.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Fideliter celanda ſunt ſecreta, ne in odiũ i
lius qui commiſit, incidas.

Iuuena- *Hæc ſoli commiſſa tibi cel re memento,*
lis 9. *Et tacitus noſtras intra te fige querelas.*
*Nam res mortifera eſt inimicus pumice l*
*Qui modo ſecretum commiſerat, ardet &*

Ter. *-Tu pol, ſi ſapis.*
Eun.4.4 *Quod ſcis, neſcis.-*
Idem ** Neſcias quod ſcis, ſi ſapis.*

Heaut. Arcana ſcrutanda non ſunt, nec commi
effutienda.

Hor. 1. *Arcanum neq; tu ſcrutaberis vllius vnqu*
Epiſt.18. *Commiſſumque teges & vino tortus, & ira.*

## TEMPLA.

Templa reſtauranda ſunt à poſteris, ne del
cta maiorum luant.

*Delicta maiorum immeritus lues,*
*Romane, donec templa refeceris,*
*Ædesque labentes Deorum, &*
*Fœda nigro ſimulacra fumo.*

Brennus Gallorum dux, eo quod Apolli
templum ſpoliarat, ipſe cum toto exerc
tu niuibus obruebatur.

Propert. *Torrida ſacrilegum teſtantur lumina Bren*
3.11. *Dum petit intonſi Pythia regna Dei.*
*Aut mons laurigero concuſſus vertice dura*
*Gallica Parnaſsi ſparſit in arma niues.*





## TEMPORALES RES.

Temporalium rerum gloria breuis & caduca eſt, ideo in eis ſperandum non eſt.

*Nos quoq; floruimus: ſed flos fuit ille caducus.*
*Flammaq; de ſtipula noſtra, breuisque fuit.* Ouid. 5.
** Immortalia ne ſperes, monet annus, & almũ* Triſt. 9.
*Quæ rapit hora diem.* Hor.4.
*Frigora miteſcunt Zephyris: ver proterit æſtas,* Carm.7.
*Interitura, ſimul*
*Pomifer autumnus fruges effuderit: & mox*
*Bruma recurrit iners.*

Temporalium rerum amiſſio duriſſima eſt.

*Sæpe etiam lacrymæ ſunt me ſcribente profuſæ,* Ouid. 4.
*Humidaq; eſt fletu littera facta meo:* Triſt. 1.
*Corq; vetuſta meũ tãquã noua vulnera norit,*
*Inq; ſinum mæſtæ labitur imber aquæ.*
*Dum vice mutata qui ſim fuerimq; recordor,*
*Et tulerit quo me caſus, & vnda ſubit, &c.*

Temporalibus frui bonis qui vult, & animo & corpore valeat neceſſe eſt.

*-Valeat poſſeſſor oportet,*
*Si comportatis rebus bene cogitat vti.* Hor. 1.
Epiſt. 2.

## TEMPVS.

Deſcriptio ſedis Temporis.

*Eſt ignota procul, noſtraque imperuia menti,*

Claud. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca



Vix adeunda Deis, annorum ſqualida ma
Stil. Immenſi ſpelunca æui: quæ tempora vaſto
Suppeditat, reuocatq; ſinu. complectitur an
Omnia qui placido conſumit numine ſerp
Perpetuũque viret ſquamis, caudamq; r
Ore vorat, tacito relegens exordia lapſu.
Veſtibuli cuſtos vultu longæua decoro,
Ante fores natura ſedet, cunctiſque volant
Dependent membris animæ: manſura ver
Scribit iura ſenex, numeros qui diuidit aſt
Et curſus ſtabileſq; moras: quib⁹ omnia v
Ac pereunt, fixis cum legibus ille recenſet,
Incertum quid Martis iter, certumq; Tona
Proficiat mundo: quid velox ſemita Lunæ,
Pigraque Saturni: quantum Cytherea ſer
Curriculo, Phœbique comes Cyllenius erret.

Temporis mutabilitas breuiſſima eſt: na
citiſſimè, & irreparabiliter labitur.

Virg. 3. Et fugit interea fugit irreparabile tempus.
Georg. *Stat ſua cuiq; dies, breue & irreparabile tẽp
Idem 10. Omnibus eſt vitæ.–
Æn. *Labitur occultè fallitque volubilis ætas,
Ouid. 10. Et nihil eſt annis velocius.–
Met. *Cũcta fluũt, omniſq; vagans formatur imag
Idem 15. Ipſa quoque aſſiduo labuntur tempora mot
Met. Non ſecus ac flumẽ: neq; enim conſiſtere flum
Nec leuis hora poteſt: ſed vt vnda impellitur
vnda

Vrgetur-



Vrgeturq; eadem, *veniens vrgetq; priorem, *peior
Tempora ſic fugiũt pariter, pariterq; ſequũtur, veniẽte.
Et noua ſunt ſemper: nam quod fuit ante, relictum eſt,
Fitq; quod haud fuerat, momẽtaq; cũcta nouãtur.
*Tempora labũtur, tacitiſq; ſeneſcimus annis, Idem 6.
Et fugiunt freno non remorante dies. Faſt.
–Eunt anni more fluentis aquæ, Idem 3.
Nec quæ præteriit, curſu reuocabitur vnda: Art.
Nec quæ præteriit hora, redire poteſt.
Vtendum eſt ætate, cito pede labitur ætas,
Nec bona tã ſequitur, quã bona prima fuit.
*Labitur occultè, fallitque volatilis ætas, Idem 1.
Et celer amiſſis labitur annus equis. Amor. 8.
*Volat ambiguis mobilis alis Sẽ. Hipp.
Hora.–
–Seneſcimus, effugit ætas, &c. Auſ.
–Obrepſit non intellecta ſenectus, Epig. 15.
Nec reuocare potes, qui periere, dies.

Tempus præſens aliam vitam alioſq; mores poſtulat.

Nunc hic dies aliam vitam adfert, alios mores poſtulat. Ter. And.

Tempore congruo omnia facienda ſunt: nã hoc præcipuum, ac omnium rerum primum eſt.

Aggrediar melius tum, cum ſua vulnera tãgi Ouid. 1.
Iam ſinet, & veris vocibus aptus erit. Remed.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Quis matrem, niſi mentis inops, in funere na
Flere vetat? non hoc illa monenda loco e
Cùm dederit lacrymas, animũq; expleuerit
Ille dolor verbis emoderandus erit.
Tẽporibus medicina valet: data tẽpore
Et data non apto tempore vina nocent.
Quin etiam accendas vitia, irritesq; vetan
Temporibus ſi non aggrediare ſuis.
Idem 3. Pont. 9. *Læta ferè lætus cecini, cano triſtia triſtis:
Conueniens operi tempus vtrumque ſuo
Idem 1. Art. *Nec ſemper credenda Ceres fallacibus ar
Nec ſemper viridi concaua puppis aqua.
Boeth. 1. 6. *Cum Phœbi radiis graue
Cancri ſidus inæſtuat:
Tum qui larga negantibus
Sulcis ſemina credidit,
Eluſus Cereris fide,
Quernas pergat ad arbores.
Nunquam purpureum nemus
Lecturus violas petas,
Cùm ſæuis Aquilonibus
Stridens campus inhorruit.
Nec quæras auida manu
Vernos ſtringere palmites
Vuis ſi libeat frui:
Autumnus potiùs ſua
Bacchus munera contulit.
Ter. Heaut. 2 *In tempore ad eam veni: quod rerũ omniũ



Primum.-



*Compeſce verba, parce iam demens minis, Sẽ. Med.
Animosq; minue: tempori aptari decet. act. 1.
Tempore atque vetuſtate conſumuntur ac molleſcunt etiam duriſſima quæq;, quia & omnia vitia tolerabiliora fiunt.
Omnia fert ætas, animum quoq;, ſæpe ego lõg * Virg.
Cantando puerum memini me condere Soles. Ecl. 9.
*Tempora diſpenſat vſus, & tempora cultus: Idem de
Hac homines, pecudes, hac moderãtur aues. Mæcena-
*Tempus edax rerum, tuq; inuidioſa vetuſtas tis obitu.
Omnia deſtruitis, vitiataque dentibus æui Ouid. 15.
Paulatim lenta conſumitis omnia morte. Met.
-Lenteſcunt tempore curæ, Idem 2.
Vaneſcitq; abſens, & nouus intrat amor. Art.
*Tabida conſumit ferrum, lapidesq; vetuſtas, Idem 4.
Nullaque res maius tempore robur habet. Pont. 8.
*Tempore ruricolæ patiens ſit taurus aratri, Idem 4.
Præbet & incuruo colla premenda iugo. Triſt. 6.
Tempore paret equus lentis animoſus habenis:
Et placido duros accipit ore lupos.
Tempore Pœnorum compeſcitur ira leonum,
Nec feritas animo, quæ fuit antè, manet.
Quæque ſui iuſſis obtemperat Inda magiſtrĩ
Bellua, ſeruitium tempore victa ſubit.
Tempus vt extẽtis tumeat facit vua racemis,
Vixq; merũ capiãt grana quod intus habẽt.
Tempus & in canas ſemen perducit ariſtas,

Et ne ſint triſti poma ſapore, facit.
Hoc dentem tenuat terram renouantis aratr[i]
Hoc rigidos ſilices, hoc adamanta terit.
Hoc etiam ſæuas paulatim mitigat iras,
Hoc minuit luctus, mœſtaque corda le[uat.]
Cuncta poteſt igitur tacito pede lapſa ve[tuſtas]
Præterquam curas attenuare meas.

*Corn. Gallus.* *Cuncta trahit ſecum, vertitq; volubile tē[pus]
Nec patitur certa currere quemque via.

*Mart. 9.* *Quid non longa dies? quid nō cōſumit is an[nus?]

*Tibul. 1. 4.* *Longa dies homini docuit parêre leones:
Longa dies molli ſaxa peredit aqua.
Annus in apricis maturat collibus vuas:
Annus agit certa lucida ſigna vice.

*Claud. 2 Eutrop.* - Quid non longa valebit
Permutare dies? -

*Nemeſianus Ecl. 3.* *Omnia tēpus alit, tēpus rapit, vſus in arcto
*Eximit ipſa dies omneis de corpore mendas,
Quodq; fuit vitium, deſinit eſſe mora.

*Ouid. 2. Art.* Ferre noua nares taurorum terga recuſant,
Aſſiduo domitas tempore fallit amor.

---

## TERRA.

### Terra mater eſt omnium.

*Ouid. 1. Met.* Oſſaque poſt tergum magnæ iactata parentis.

*Ibidem.* *Magna parens terra eſt, lapideſq; in corpore terræ:
Oſſa reor dici, iacere hos poſt terga iubemur.

*Corn.



*Conſulitur Phœbus, ſors eſt ita reddita: matri — *Ouid. 2. Faſt.*
Qui dederit primus oſcula, victor erit.
Oſcula quiſq; ſuæ matri properata tulerunt,
Non intellecto credula turba Deo.
*Ille iacens pronus, matri dedit oſcula terræ, — *Ibidem.*
Creditus offenſo procubuiſſe pede.
- Vnde alma liquentes — *Lucret. 2*
Humorum guttas mater cùm terra recepit,
Feta parit nitidas fruges arbuſtaque læta,
Et genus humanum: parit omnia ſæcla ferarū,
Pabula cùm præbet, quib. omnes corpora paſcūt,
Et dulcem ducant vitā, prolemq; propagent,
Quapropter merito maternū nomē adepta eſt.

### Terra in medio mundi ſita ſphærica, immobiliſque eſt.

Vltima ſubſedit glomerato pondere tellus. — *Manil. 1.*
*Eſt igitur tellus mediam ſortita cauernam — *Ibidem.*
Aeris, & toto pariter ſublata profundo,
Nec patulas diſtenta plagas, ſed condita in orbē
Vndique ſurgentem pariter, pariterq; cadentē.

### In terram terrena quæq; reuertuntur.

- Capit omnia tellus — *Lucā. 7.*
Quæ genuit: cælo tegitur qui non habet vrnā.
*Cedit item retro de terra, quod fuit ante, — *Lucret. 2*
In terras, & quod miſſum eſt ex ætheris oris,
Id rurſum cæli ſtellantia templa receptant.

### Diuerſæ terræ diuerſa producunt.

Nec tellus eadem parit omnia, vitibus illa — *Ouid. 1. Art.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Conuenit, hæc oleis: hic bene farra virent.*

### TESTES.

Teſtis veridicus eſſe debet, & ad hoc exhortatio digna.

Iuuen. 8. *- Ambigua ſi quando citabere teſtis,*
*Incertæque rei, Phalaris licet imperet vt ſis*
*Falſus, & admoto dictet periuria tauro:*
*Summum crede nefas animam præferre pudori,*
*Et propter vitam viuendi perdere cauſſas.*

Teſtis falſi reprehenſio notabilis.

Ouid. 1. Amor. 10. *Non bene conducti vendunt periuria teſtes.*

Teſtis oculatus vnus, pluris eſt, quàm auriti decem.

Plaut. Truc. *Pluris eſt oculatus teſtis vnus, quàm auriti*
*Decem. qui audiunt, audita dicũt: qui vident,*
*planè ſciunt.*

Teſtimoniũ falſum leuiter & audacter multi ſuſcipiũt, modò id, de quo iurãt, lateat.

Iuue. 13. *Tã facile, & pronũ eſt ſuperos cõtemnere teſtes,*
*Si mortalis idem nemo ſciat. adſpice, quanta*
*Voce neget, quæ ſit ficti conſtantia vultus.*
*Per Solis radios, Tarpeiaq; fulmina iurat.*

### TIMOR.

Timoris alicui' effectus, ipſiuſq; intima

Virg. 3. Æn. *Tum verò ancipiti mentem formidine preſſ*
*Obſtupui, ſteterũtq; comæ, & vox faucib. hæſit.*



**Illi membra nouus ſoluit formidine torpor,*
*Arrectæq; horrore comæ, & vox faucib. hæſit.* Idem 12. Æn.
**Quid mihi tũc animi miſeræ fuit? anne quod* Ouid. 6.
*agna eſt,* Met.
*Si qua lupos audit circũ ſtabula alta fremẽtes?*
*Aut lepori, qui vepre latens hoſtilia cernit*
*Ora canum, nullos audet dare corpore motus?*
*Occupat obſiſſos ſudor mihi frigidus artus,*
*Ceruleæq; cadunt toto de corpore guttæ.*
**Extimui, ſenſique metu riguiſſe capillos,*
*Et gelidum ſubito frigore pectus erat.* Ouid. 1. Faſt.
**Diriguere metu, gelidos pauor occupat artus,* Lucan. 1
*Et tacito mutuos voluunt in pectore queſtus.*
*-Tam frigidus artus*
*Alligat, atq; animum ſubducto robore torpor.* Idem 4.
*-Timeo: totus torpeo*
*Nõ ædepol nũc vbi terrarũ ſim ſcio, ſi quis roget:* Plaut.
*Nec miſer me cõmouere poſſum præ formidine.* Amph.
**Neque viuus, neque mortuus ſum, neq; quid*
*nunc faciam ſcio.* Idem
*Neque vt hinc abeam, neque vt hunc adeam* Truc.
*ſcio: timore torpeo.*
*-Vix ſum apud me: ita anim' cõmotus eſt metu.* Ter.
**Talia cernenti mihi quãtus in oſsibus horror,* And. 4. 3
*Quiſve per ora color? qualis cùm cerua cruẽtis* Stat. 5.
*Circumuenta lupis, nullum cui pectore molli* Theb.
*Robur, & in volucri tenuis fiducia curſu,*
*Præcipitat ſuſpenſa fugam, iam iamq; teneri*

Universidad de Deusto Biblioteca



Credit, & eluſos audit concurrere morſus.
*Illa nihil (neq; enim vocem vireſq; loque
Ouid. 2. Aut aliquid toto pectore mentis habet)
Faſt. Sed tremit, vt quondã ſtabulis deprenſa re
Parua ſub infecto cùm iacet agna lup
Quid faciat, pugnet? vincetur femina p
Clamet? at in dextra, qui vetet, enſis er
Aut fugiat? poſitis vrgentur pectore palm
Tunc primum externa pectora tacta ma
Timor reſecandus eſt, & ad hoc exhorta
Deſine mitem animũ vano infamare tim
Saua quid in placidis ſaxa vereris aq
Ouid. 3. * Aude anime, tenta, perage mandatum
Pont. 6. Intrepida conſtent verba.
Sẽ. Hipp. Timor peiora ſuſpicari facit.
Prona eſt timori ſemper in peius fides.
Sen. Her. -Tunc plurima verſat
fur. Peſſimus in dubiis augur timor.-
Stat. 3. Timor imperioſa res eſt.
Theb. Quid ſi me tonſor, cũ ſtricta nouacula ſupra
Mart. 11. Tunc libertatem, diuitiasque roget?
59. Promittam, nec enim rogat illo tempore to
Latro rogat. res eſt imperioſa, timor.
Timor degeneres animos arguit.
Virg. 4. Degeneres animos timor arguit.-
Æn. Timor ad fugam velocem red it.
-Fugit ilicet ocior Euro,
Speluncamq; petit, pedibus timor addidit a
*Exi



*Exilit, & velox humili ſuper auſa feneſtra Ouid. 3.
Se iacet, audacem fecerat ipſe timor. Faſt.
Cumq; metu rapitur: tunica velata recincta,
Currit, vt auditis, territa dama lupis.
*Quantum quiſq; timet, tantum fugit.- Petroni.
Timor homini vires adimit.
Abſtulerat vires corporis ipſe timor. Ouid. 6.
-Vires ſubtrahit ipſe timor. (dex, Faſt.
*Credere quæ lubeat, locus eſt, & nomẽ, & in- Idem
Et quia mens ſemper, quod timet, eſſe putat. Epiſt. 14.
Timor anxius omnia, quæ fieri poſſunt, fa- Idem 3.
cta eſſe, credere cogit. Art.
Nos ſumus incerta, nos anxius omnia cogit, Ouid.
Quæ poſſunt fieri, facta putare timor. Epiſt. 13.
Timor abeſt, vbi ſumma adeſt miſeria.
Non eſt quòd timeas, fortuna miſerrima noſtra Ouid. 3.
-Cuius haud vltra mala (eſt, Triſt. 11.
Exire poſſunt, loco in tuto eſt ſitus. Sẽ. Oed.
Solent ſuprema ſecuros facere mala. act. 2.
Mulieres naturaliter ſunt timidæ: nam hãc
paſſionem Deus, qui naturæ creator eſt,
eis dedit, vt inexpugnabiles non eſſent.
Mulier, dedit natura cui pronum malo Sẽ. Oct.
Animum, ad nocendũ pectus inſtruxit dolis: act. 4.
Sed vim negauit, vt ne inexpugnabilis
Eſſet, ſed ægras frangeret vires timor.
Timere illos, quos vincere non potes,
crux eſt maxima.

Universidad de Deusto Biblioteca



Thales per Auſ. *Crux eſt, ſi metuas, vincere quod nequeas.*
Timere miſerrimũ eſt, cùm quis nil ſperat.
Sẽ. Troad. *Miſerrimum eſt timere, cùm ſperes nihil.*
Timens nihil iuſtus facilè eſſe poteſt.
Sẽ. Oct. *Iuſtum eſſe facile eſt, cui vacat pectus metu.*
Timens nihil, minus gaudet.
Mart. 11 *Deſperaſſe iuuat, veluti iam rupta ſororum*
*Fila, minus gaudent, qui timuere nihil.*

---

TYRANNIS.

Tyrannidis deſcriptio.

Claud. bello Gild.
*Inſtat terribilis viuis, morientibus hæres,*
*Virginibus raptor, thalamis obſcenus adulter.*
*Nulla quies: oritur præda ceſſante libido,*
*Diuitibusque dies, & non metuenda maritis,*
*Quisquis vel locuples. pulcra vel cõiuge notus.*
*Crimine pulſatur falſo: ſi crimina deſunt,*
*Accitus conuiua perit, mors nulla refugit*
*Artificem, varios ſuccos ſpumasque requirit*
*Serpentum virides, & adhuc ignota nouercis*
*Gramina. ſi quiſquã vultu præſentia damnet,*
*Liberius vegemat. dapibus crudelis in ipſis*
*Emicat ad nutum ſtricto mucrone miniſter.*
*Fixus quiſque toro tacita formidine libat*
*Carnifices epulas, incertaque pocula pallens*
*Haurit, & intentos capiti circumſpicit enſes:*
*Splendet Tartareo furialis menſa paratu,*
*Cæde madens, atrox gladio, ſuſpecta veneno.*





*Vt vino calefacta Venus, tum ſæuior ardet*
*Luxuries, mixtis redolent vnguenta coronis.*
*Crinitos inter famulos, pubemque canoram*
*Orbatas iubet ire nurus, nuperq; peremtis*
*Arridere viris, Phalarim, tormentaq; flãma*
*Profuit, & Siculi mugitus ferre iuuenci,*
*Quàm tales audire choros.*

Tyranni dum timentur, & ipſi timent.

*Qui ſceptra duro ſæuus imperio regit,* Sẽ. Oed.
*Timet timentes, metus in auctorem redit.* act. 3.

Tyranni eſt miſero vitam donare, felicem verò perdere.

*Qui morte cunctos luere ſupplicium iubet,* Sẽ. Herc.
*Neſcit tyrannus eſſe, diuerſa irroga:* fur. act.
*Miſerum veta perire, felicem iube.* 2.

Tyranni abſque cæde crudeliſſima pauci ad mortem perueniunt.

*Ad generũ Cereris ſine cæde, & vulnere pauci* Iuuẽ. 10.
*Deſcendunt Reges, & ſicca morte Tyranni.*
* *Quota pars moritur tempore fati?*
*Quos felices Cynthia vidit,* Sẽ. Herc.
*Vidit miſeros abitura dies.* Oct. act.
*Rarum eſt, felix, idemque ſenex.* 2.

Tyranni in inferno ſepulti amariſſimas luent pœnas.

*Vidi cruentos carcere includi Duces,* Sẽ. Her.
*Et impotentis terga plebeia manu* fur. act. 3
*Scindi Tyranni.*

Universidad de Deusto Biblioteca



Tyranni in nobiles inſurgunt, vt de Nerone liquet.

Sĕ.Oct. act.2. *-Quidquid excelſum eſt, cadat.*

Tyranni ſalutem ſuam quęrunt tantum.

Val. Flacc⁹ 5. *-Nec vulgi cura Tyranni*
*Dum ſuaſit modo tuta ſalus. -*

Tyrannorum mala atque vitia quæ ſint.

Claud.4 Honor. *Qui terret, plus iſte timet. ſors iſta Tyrannis*
*Conuenit, inuideant claris, forteſq; trucident,*
*Muniti gladiis viuant, ſeptiq; venenis*
*Ancipites habeant arces, trepidiq; minentur.*

---

TORMENTA.

Per tormenta ſecreta ſæpe extorquentur.

*Coacta dices, ſponte quod fari abnuis.*
Sĕ. Troad. act.3. **Verberibus, igne, morte, cruciatu eloqui*
*Quodcunq; celas imo condita arcana eruet.*
Ibidem. *Neceſsitas plus poſſe, quàm pietas, ſolet.*

---

TRIBVLATIO.

Tribulatio homines ad Deum conuertit.

Ouid 11. Met. *Aſpera creſcit hiems, omnique à parte feroces*
*Bella gerũt venti, fretaq; indignantia miſcent.*
Idem 3. Faſt. *-Hic votis Numen adorat.* (&c.
**Vincitur ars vento, nec iã moderator habenis*
*Vtitur, at votis is quoq; poſcit opem.*

Tribulatur quis quandoq; leniter, vt ex his ad tolerandum maiora, grauioraq; fortior reddatur. Scilicet



*Scilicet exiguo percuſſa es fulminis ictu,* Ouid. ad
*Fortior vt poſsis cladibus eſſe tuis.* Liuiam.

---

V

---

VENIA.

Veniæ facilitas peccati irritamen eſt.

*Noſtrapte culpa facim⁹, vt malos expediat eſſe,* Ter.
*Dũ nimiũ dici nos bonos ſtudemus, & benignos.* Phor.5.2

Veniam alteri præſtare facilè debet is, cui venia eſt opus.

*Det ille veniam facile, cui venia eſt opus.* Sen.

Veniam poſcenti æquum eſt impendere. Agam.

**Qui, ne tuberibus propriis offendat amicum,* act.2.
*Poſtulat: ignoſcat verrucis illius. æquum eſt* Hor.1.
*Peccatis veniam poſcentem, reddere rurſus.* Serm.3.

---

VER.

Deſcriptio verni temporis.

*Omnia tũc florent, tunc eſt noua tẽporis ætas,* Ouid.1.
*Et noua de grauido palmite gemma tumet.* Faſt.
*Et modò formatis operitur frondibus arbos:*
*Prodit & in ſummum ſeminis herba ſolum.*
*Et tepidum volucres concentibus aera mulcẽt,*
*Ludit & in pratis, luxuriatque pecus.*
*Tunc blandi Soles, ignotaq; prodit hirundo,*
*Et luteum celſa ſub trabe figit opus.*
*Tũc patitur cultus ager, & renouetur aratro.*
**Vere nitent terræ, vere remiſſus ager.* Idem 4.
*Nunc herba rupta tellure cacumina tollunt,* Faſt.

Universidad de Deusto Biblioteca



*Nũc tumido gemas cortice palmes agit, &c.*
*Vere monet curuas materna per æquora puppes*
*Ire, nec hibernas iam timuiſſe minas.*

---

VERBVM.

Verbum ſemel emiſſum reuocari nō poſſe.
Hor. *-Neſcit vox miſſa reuerti.*
Art. **Et ſemel emiſſum volat irreuocabile verbum.*
Epiſt.18. Verba diligenter ponderanda ſunt anteq. proferantur, ita vt quid, & de quo, & cui dicas attendas.
Hor. 1. *Quid de quoq; viro, & cui dicas, ſæpe videto.*
Epiſt.18. Mulierũ verba irrita, foliiſque leuiora ſunt.
Ouid. 2. *Verba puellarum foliis leuiora caducis,*
Amor. *Irritaq; , vt viſum eſt, ventus & aura ferunt.*
16. Blanda verba ſummoperè vitanda ſunt, quòd ſæpiſſimè his fallimur moraliter.
Ouid.1. *Impia ſub dulci melle venena latent.*
Amor.8. Verbis damnum rei alicuius non tollitur.
Ter. A- *Neque tu verbis ſolues vnquam, quod mihi*
delph. 2. *malè feceris.*
1. Verbis leuatur dolor.
Ouid. 5. *Eſt aliquid fatale malum per verba leuare:*
Triſt. 1. *Hoc querulam Procnen, Halcyonemq; facit.*
*Hoc erat in gelido quare Pœantius auro*
*Voce fatigaret Lemnia ſaxa ſua.*
Verba & iras cauſidicus locat, i. vendit.
Sen. Her. *Hic clamoſi rabioſa fori*
fur. act. 1



*Iurgia vendens improbus, iras*
*Et verba locat.-*

Verbum miſerum ac peſſimum eſt, habuiſſe.
*G. Papæ diuitias tu quidem habuiſti luculẽtas.*
*L. Miſerum iſtuc verbum, & peſſimum eſt, ha-* Plaut.
*buiſſe, & nihil habere.* Rud.
Verba ſiue vocabula variantur in dies, act. 5.
vt arborum folia.
*Vt ſiluæ foliis pronos mutantur in annos,* Hor.
*Prima cadunt: ita verborũ vetus interit ætas,* Art.
*Et iuuenum ritu florent modò nata, vigentque.*
*Mortalia facta peribunt:* Ibidem.
*Nedum ſermonum ſtet honos, & gratia viuax.*
*Multa renaſcentur, quæ iã cecidere: cadentque,*
*Quæ nũc ſunt in honore, vocabula, ſi volet vſus:*
*Quem penes arbitrium eſt, & ius, & norma loquendi.*
Verba blanda, cantus, citharæ, lyræque animum hominis eneruant.
*Eneruant animos citharæ, cantusq;, lyraque,* Ouid.
*Et vox, & numeris brachia mota ſuis.* Remed.

---

VERECVNDIA.

Verecundia in adoleſcente eſt optimum ſignum. Ter. A-
*Erubuit: ſalua res eſt.-* delph. 4. 5.
**Decet verecundum eſſe adoleſcentem.* Plaut.
Amph.

Universidad de Deusto Biblioteca



Plaut. Apud menſam verecundari neminē dece
Trin. *Verecundari neminem apud menſam decet.*

## VERITAS.

Veritas nunquam latet.

Sē. Tro- *-Veritas nunquam latet.*
ad.

Veritas moras odit.

Sē. Oed. *Quid verba quæris? veritas odit moras.*

Veritas odium parit, obſequiū verò amic

Ter. *-Nanque hoc tempore*
And. 1.1. *Obſequium amicos, veritas odium parit.*

Veritatis inimicus quis ſit.

Mart. 8. *Oras, Gallice, me rogasque ſemper.*
75. *Durum eſt me tibi, quod petis, negare.*
*Vero verius ergo quid ſit audi.*
*Verum, Gallice, non libenter audis.*

Veritatis intimandæ exhortatio perpu

Plaut. *Nolo ego te aſſentari mihi, &c.*
Moſt. *Ego verū amo, verū volo dici mihi, mēdac*
Martia- ** Dic verum mihi, Marce: dic amabo:* (
lis 8.75. *Nil eſt quod magis audiam libenter.*

Nil facilius eſt, quàm vera dicere.

Ter. *S. Potin' es mihi verum dicere? D. nihil fac*
And. 2.
6.

## VETITA.

Vetita ſemper appetimus.

Ouid. 3. *Deſine, crede mihi, vitia irritare vetando,*
Amor. 4 *Obſequio vinces aptius ipſe tuo.*



*Vidi ego nuper equum contra ſua frena tenacē*
*Ore reluctanti fulminis ire modo.*
*Conſtitit, vt primùm conceſſas ſenſit habenas,*
*Frenaq; in effuſas laxa iacere iubas.*
*Nitimur in vetitum ſemper, cupimusq; negata*
*Sic interdictis imminet æger aquis.*

Vetita magis placent, quàm cōceſſa & licita: necnon ad ea omnes maximè anhelant.

*Quoque minor ſpes eſt, hoc magis ille cupit.*
** Quidquid ſeruatur, cupim⁹ magis: ipſaq; furē*
*Præda vocat: pauci, quod finit alter, amant.* Ouid. 2.
** Illicita amantur, excidit quidquid licet.* Faſt.
** Minus placet magis quod ſuadetur, quod diſ-* Idem 3.
*ſuadetur placet.* Amor. 4
** Cui peccare licet, peccat minus: ipſa poteſtas* Sē. Her.
*Semina nequitiæ languidiora facit.* Oet. act.
2.

## VICINITAS.

Plaut.
Vicinū malum aliquid mali vicino adfert. Trin.
*-Heu miſero mihi,* Ouid. 3.
*Nunc ego verū illud verbū eſſe experior vetus:* Amor. 4
*Aliquid mali eſſe propter vicinum malum.*
*-Ecquid*
*Ad te poſt paulò ventura pericula ſentis?* Hor. 1.
*Nam tua res agitur, paries cùm proxim⁹ ardet:* Epiſt. 18.
*Et neglecta ſolent incendia ſumere vires.*
** Proximus à tectis ignis defenditur ægré.* Ouid. 2.

Malum vicinum habens, malus & ipſe fit. Remed.

Universidad de Deusto Biblioteca



Iuuen. 2. -Dedit hanc contagio labem,
Et dabit in plures: ſicut grex totus in agri
Vnius ſcabie cadit, & porrigine porci,
Vuaque conſpecta liuorem ducit ab vua.
Ter. *Quid iſtuc tam mirũ eſt, de te ſi exẽpl
And. Inter vicinos odium immortale eſt.
Iuuẽ. 15. Inter finitimos vetus, atq; antiqua ſimul
Immortale odiũ, & nunquã ſanabile vuln

## VICISSITVDO RERVM.

Omnium rerum viciſſitudo eſt.
Lucanus Ipſa vices natura ſubit, variataque curſu
ad Piſo- Ordinat, inuerſis & frontibus explicat
nem. Non ſemper fluidis adopertus nubibus a
Aurea terrificis obcæcat ſidera nimbis:
Ceſſat hiems, madidos & ſiccat vere cap
Ver fugit æſtates: æſtatum terga laceſſit
Pomifer autumnus, nimbis ceſſurus; &
Hor. 2. *Non ſemper imbres nubibus hiſpidos
Carm. 9. Manant in agros: aut mare Caſpium
Vexant inæquales procellæ
Vſque: nec Armeniis in oris,
Amice Valgi, ſtat glacies iners
Menſes per omnes: aut Aquilonibus
Querceta Gargani laborant,
Et foliis viduantur orni.
Idem 4. *Diffugêre niues: redeunt iã gramina cam
Carm. 7. Arboribusque comæ.



Mutat terra vices: & decreſcentia ripas
Flumina prætereunt, &c.
Frigora miteſcunt Zephyris: ver proterit æſtas
Interitura ſimul.
Pomifer autumnus fruges effuderit: & mox
Bruma recurrit iners.
*Omnium rerum viciſsitudo eſt. Ter. Eũ.
*Omnia vertuntur, certè vertuntur amores. 2. 2.
Vinceris, aut vincis, hæc in amore rota eſt. Propert.
Magni ſæpe duces magni cecidere Tyranni, 2. 8.
Et Thebæ ſteterant, altaque Troia fuit.
*Nã in hominũ ætate multa eueniũt huiuſmo- Plaut.
Capiũt voluptates mox rurſum miſerias, (di. Amph.
Iræ interueniunt, redeunt rurſum in gratiam.
Verùm iræ ſi quæ fortè eueniunt huiuſmodi
Inter eos, rurſum ſi reuentum in gratiam eſt:
Bis tanto amici ſunt inter ſe, quàm prius.

## VICTORIA.

Victoria cedendo acquiritur.
Cedere pugnanti, cedendo victor abibis.
*Cedimus? an ſubitũ luctãdo accẽdimus ignẽ? Ouid. 2.
Cedamus: leue fit, quod bene fertur, onus. Art.
Vidi ego iactatas mota face creſcere flammas, Idem 1.
Et vidi nullo concutiente mori. Amor. 2.
Victor arma cùm depoſuit, & victus odium
debet deponere.
Cùm victor arma poſuit, & victum decet

Universidad de Deusto
Biblioteca



*St. Her.* *Deponere o ...*-
*fur. act.* Victor primo impetu ferocior eſt.
*2.* *Victor feroces impetus primos habet.*
*Sē.Tro-* Quid victor facere & victus pati debe[at]
*ad.act.3.* ſciendum eſt.
*Sē.Tro-* *-Noſcere hoc primum decet,*
*ad.act.2* *Quid facere victor debeat, victus pati.*
Victori licet quidquid placuerit, tyran-
*Sē. Tro-* nicè dictum.
*ad.act.2.* *Quodcunque libuit facere victori, licet.*
*A. Minimum decet libêre, cui multum lice[t]*
Vitam donare victo, decet victore[m].
*Stat. 8.* *-Si decidit hoſtis*
*Theb.* *Ire ſuper ſatis eſt, vitamq; relinquere victo.*
Victis vna ſalus eſt, nullam ſalutem ſpera[re].
*Virg.2.* *Vna ſalus victis, nullam ſperare ſalutem.*
*Æn.*

---

## VIGILIA.

Vigilia ad ſtudium homini haud
parum confert.
*Hor.1.* *Vt iugulent homines, ſurgunt de nocte latro[nes]*
*Epiſt.2.* *Vt te ipſum ſerues non expergiſceris? &c.*
*-Si non*
*Intendes animum ſtudiis, & rebus honeſti[s]*
*Inuidia, vel amore vigil torquebere.*
Nimiæ vigiliȩ iuuenum corpora attenua[nt].
*Ouid.1.* *Attenuant iuuenum vigilatæ corpora noctes*
*Art.* *Curaque, &, immenſo qui fit amore, dolor.*
Vig[ilare]



Vigilare leue eſt, peruigilare verò graue.
*Nam vigilare leue eſt, peruigilare graue.*
Vigilandum eſt illi, qui tempori vult nego- *Mart. 9.*
tia ſua conficere.
*-Vigilare decet hominem,*
*Qui vult ſua tempori conficere officia.* *Plaut.*
*Nam qui dormiunt libenter, ſine lucro, & cum* *Rud.*
*malo quieſcunt.*

---

## VINDEMIA.

Vindemiæ mira ac elegans deſcriptio.
*Te cano, qui grauidis ederata fronte corymbis* *Nemo-*
*Vitea ſerta plicas: qui *comtos palmite tigreis* *ſianus*
*Ducis odorato perfuſus colla capillo:* *Ecl.3.*
*Vera Iouis proles, tam tunc poſt *fulmina cælo* **quādo.*
*Sola Iouem Semele vidit, Iouis ora profeſſum.* **ſidera*
*Hunc pater omnipotens, venturi prouidus æui,* *cæli.*
*Protulit & iuſto produxit tēpore partus. (ces,*
**Hunc Nymphæ, Faunique ſenes, Satyrique proca-* *Vos etiā*
*Vosque etiam Nymphæ viridi nutriſtis in antro.* *& Nyſæ.*
*Quin & Silenus paruum veneratus alūnum* *&c. Hūc*
*Aut gremio fouet: aut reſupinis ſuſtinet vlnis,* *Nym-*
*Et vocat ad riſum digito, motuque quietem* *phæ.*
*Allicit, aut tremulis quaſſat crepitacula pal-*
*Cui Deus arridens horrētēis pectore ſetas mis.*
*Vellicat, aut digitis aureis aſtringit acutas,*
*Applauditque manu mutilum caput: aut leue*
*mentum,*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*colliditEt ſummas tenero* ſubducit pollice nareis.
Intereà pueri floreſcit pube iuuenta,
Flauaque maturo tumuerunt tempora cornu.
*lenes. Tum primum* lenes oſtendit pampinus vuas.
Mirantur Satyri frondeis, & dona Lyæi.
Tunc Deus: ô Satyri maturos carpite fructus
Dixit, & ignotos pueri calcate racemos.
Vix hæc audierant: decerpunt vitibus vuas,
Et portant calathis, celerique illidere planta
Concaua ſaxa ſuper properant, vindemia feruet
Collibus in ſummis crebro pede rumpitur vua,
Vdaque purpureo ſparguntur pectora muſto.
Tum Satyri laſciua cohors ſibi pocula quiſque
Obuia corripiũt, quod ſors dedit, hoc capit vſus.
Cantharũ hic retinet; cornu bibit alter adũco.
Cõcauat ille manus, palmasq; in pocula vertit:
Pronus at ille lacu bibit, & crepitantib. haurit
Muſta labris, alius venalia cymbala mergit,
Atque alius latices preſſis reſupinus ab vuis
Excipit. at potis ſaliens liquor ore reſultat
Spumeus, inq; humeros, et pectora defluit humor,
Omnia ludus habet, cãtusq; chorosq; licenteis,
Et Venerem iã vina mouẽt. raptantur amãtes
Concubitu Satyri fugienteis iungere Nymphas
Iam iamq; elapſas hic crine, hic veſte retentat.
Tum primus roſeo Silenus cymbia muſto
Plena ſenex auidè non æquis viribus hauſit,
Ex illo venas inflatus nectare dulci.
Heſter-



Heſternoque grauis ſemper ridetur Iaccho.

De vino & eius commodis ſimul & incommodis vide tit. De Ebrietate.

---

## VINDICTA.

Vindicta gaudere indocti & vulgaris animi eſt, & præcipuè mulierum.

At vindicta, bonum vita iucundius ipſa: Iuuẽ. 13.
Nempe hoc indocti, quorum præcordia nullis
Interdum aut leuibus videas flagrantia cauſis.
Quantulacunq; adeo eſt occaſio, ſufficit ira.
Chryſippus non dicet idem, nec mite Thaletis
Ingenium, dulcique ſenex vicinus Hymetto,
Qui partem acceptæ ſæua inter vincla cicutæ
Accuſatori nollet dare.-
-Quippe minuti
Semper & infirmi eſt animi, exiguiq; voluptas Et paulo
Vltio. continuo ſic collige, quòd vindicta poſt.
Nemo magis gaudet, quàm femina.-

Vindicta nulla potior, quàm cùm aduerſarii formidine flectuntur.

Quæ vindicta prior, quã cùm formido ſuperbos Claud.
Flectit, & aſſuetum ſpoliis affligit egeſtas? de bello

Vindicta ſæpe obfuit. Getico.

-Sæpe vindicta obfuit. Sen. Her.

Vindicta dolorem minuit. fur act. 5

At tunc dubita, minuet vindicta dolorem. Ouid. 1.

 Amor. 7

Universidad de Deusto
Biblioteca



## VIS.

Vi quidquid exprimitur, graue eſt.

S.Oct. -*Quidquid exprimitur, graue eſt.*

act.2. Vim temperatam Dii prouehunt, iidem vires omne nefas mouentes, odere.

Hor.3. *Vim temperatam Dii quoque prouehunt*
Carm.4 *In maius: iidem odere vires*
*Omne nefas animo mouentes.*
*Teſtis mearum centimanus Gigas*
*Sententiarum notus, &c.*

Reliqua quære in tit. de Humilitate.

Vis abſque conſilio ſua mole ruit.

*Vis conſili expers mole ruit ſua.*
Hor.3.
Carm.4

Vim vi repellere licet.

*Iudice me fraus eſt conceſſa repellere fraudem,*
Ouid.3. *Armaque in armatos ſumere iura ſinunt.*
Art.

---

## VIRI.

Virorum proprietates quæ ſint.

Hor. *Conuerſis ſtudiis ætas, animusq; virilis*
Art. *Quærit opes, & amicitias, inſeruit honori:*
*Commiſiſſe cauet, quod mox mutare laboret.*

Viri mulieres fugere debent, idque Hippolyti exemplo.

Sen.Hipp. *Deteſtor omneis, horreo, fugio, execror.*
act.2. *Sit ratio, ſit natura, ſit durus furor,*
*Odiſſe placuit ignibus iunges aquas.*
*Et amica ratibus ante promittet vada*

Incer-



*Incerta Syrtis: ante ab extremo ſinu*
*Heſperia Tethys lucidum attollet diem,*
*Et ora damis blanda præbebunt lupi,*
*Quàm victus animum femina mitem geram.*
*-Age tu altera, vtra ſit conditio penſior,*
*Virginem, an viduam habere? P. I. quanta mea* Plaut.
*ſapientia eſt,* Stich.
*E malis multis, malum quod minimum eſt, id minimum eſt malum.*
*Qui poteſt mulieres vitare, vitet, vt quotidie*
*Pridie caueat, ne faciat quod pigeat poſtridie.*

Vir muliere fortior eſſe dicitur ingenio ſuo, ſeu natura.

*Vrimur igne pari, ſed ſum tibi viribus impar:* Ouid.
*Fortius ingenium ſuſpicor eſſe viris.* Epiſt.18.
*Vt corpus teneris, ſic mens infirma puellis,*
*Deficiam, parui temporis adde moram.*

Virilis ætas autumno adſimulatur.

*Excipit autumnus poſito feruore iuuentæ* Ouid.15.
*Maturus, mitisq; inter iuuenemque, ſenemque* Met.
*Temperie medius, ſparſis quoq; tempora canis.*

Viri hoc ſæculo non ſecus, ac mulieres ornantur.

*Nec tamen indignum ſi vobis cura placendi,* Ouid. de
*Cùm comtos habeant ſæcula noſtra viros.* medic.
*Feminea veſtri potiuntur lege mariti,* faciei.
*Et vix ad cultus nupta, quod addat, habet.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



## VIRGINITAS.

Virginem vitiare fas non eſt.

Ter. A- *Virginem vitiaſti, quā te ius non fuerat tāg*
delph. 4. Virginitatis defenſor Virginius eques Ro
5. nus fuit, interimens filiā, ne à Claudio
tiaretur. Nam pudicæ interemtor, inqu
Valerius, quā corruptę pater eſſe malu

Silius 13. *-Virginia iuxta,*
*Cerne, cruentato vulnus ſub pectore ſeruat,*
*Triſtia defonſi ferro monumenta pudoris,*
*Et patriā laudat miſerando in vulnere dext*

Virgo mala eſt, ſi aliter ſapit, atque parentibus placet.

Plaut. *Virgo atque mulier nulla erit, quin ſit mala,*
Perſ. *Quæ præter ſapiat, quàm placet parentibus.*

---

## VIRTVS.

Exhortatio ad virtutem amplexandam lepidiſſima.

Iuuenal. *Prima mihi debes animi bona ſanctus haberi*
8. *Iuſtitiaque tenax factis, dictisque mereris.*
Ibidem. *-Miſerum eſt aliorum incumbere famæ,*
*Ne collapſa ruant ſubductis tecta columnis.*
*Stratus humi palmes viduas deſiderat vlmos*
*Eſto bonus miles, tutor bonus, arbiter idem*
*Integer.-*

Silius 52 **Perge age, vince omnē miles, virtute laborem,*
*Et quantum humani poſſunt ſe tendere paſſus,*
*Ar-*



*Arduus accelera.-*
**Vos quoq; nūc vires, animosq; afferte paternos.* Val.
**Ite viri mecum, dubiisq; euincite rebus* Flacc. 1.
*Quæ meminiſſe iuuet, noſtrisq; nepotib. inſtent.* Ibidem.
**Surge age, & in duris haud vnquā deſice: cælo* Idem 5.
*Mox aderis, teque aſtra ferent.-*
**Hortatur ſupplexq; manus intēdit Iaſon (ba.*
*Nomine quēq; premens: vbi nūc promiſſa ſuper-*
*Ingentesq; minæ? mecum quibus iſta ſecuti*
*Idem animi, certè viſo timor omnibus antro*
*Pertulerat, ſtetimus tamen, Deus adfuit auſis*
*Quin iterum idem aderit credo Deus.-*
**Ergo nihil quoniam vita eſt, q amomus in iſta* Ibidem.
*Nec tamen incaſſum fas eſt nos credere natos,*
*Auctorem vitæ ſi iuſtum credimus eſſe,*
*Vita alia eſt nobis illi viuendo paranda,*
*Cum quo poſt iſtam poſsimus viuere vitam.*
*Illi aūt Stygias properent deſcēdere ad vmbras,*
*Pythagoreorum ſtolidum qui dogma ſecuti,*
*Non naſci ſeſe, quàm natos viuere malunt.*
**Ille ſub hac, turpis lenti ſollertia Martis* Silius 13.
*Audendo bella expedias: pigra extulit aſtris*
*Haud vnquam ſeſe virtus, tu magna gerendi*
*Præcipita tempus, mors atra impendet agenti.*
**Verum age nate tuos ortus, nec bella paueſcas* Ibidem.
*Vlla, nec in cælum dubites te tollere factis.*

Virtus aduerſis in rebus fortior eſt, noſcitur, atq; apparet.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Silius 1. *At duræ inuigilant mentes, molemq; reponunt*
*Noctis opus, clauſos acuunt extrema pericli,*
*Et fractis rebus violentior vltima virtus.*
Ouid. 4. Triſt. 3. **Materiamq; tuis triſtem virtutibus imple,*
*Ardua per præceps gloria vadit iter.*
*Hectora quis noſſet, felix ſi Troia fuiſſet?*
*Publica virtutis per mala facta via eſt,*
*Ars tua Tiphy iacet, ſi non ſit in æquore fluctus:*
*Si valeāt homines, ars tua, Phœbe, iacet.*
*Quæ latet, inque bonis ceſſat nō cognita rebus,*
*Apparet virtus, arguiturque malis.*
*Dat tibi noſtra locum tituli fortuna, caputque*
*Conſpicuum pietas quo tua tollat, habet.*
*Vtere temporibus, quorū nunc munere freta es,*
*Et patet in laudes area lata tuas.*
Sē. Herc. fur. act. 2. **L. Cur ergo regi ſeruit, & patitur iugum?*
*M. Imperia dura tolle, quid virtus erit?*

Virtus in aduerſis rebus ſtabilis atque firma rarò reperitur.

Ouid. 5. Triſt. 15. *Rara quidem eſt virtus, quam non fortuna gubernat.*
*Quæ maneat ſtabili, cùm fugit illa, pede.*

Virtus per ſe eſt appetenda.

Ouid. 2. Pont. 3. *Per ſeque petenda eſt*
*Externis virtus incomitata bonis.*

Virtus ab homine nullis aduerſitatibus auferri poteſt.

Boeth. 1. *Ecce mihi laceræ dictant ſcribenda Camœnæ,*
*Et ve-*



*Et veris elegi fletibus ora rigant.*
*Has ſaltem nullus potuit peruincere terror,*
*Ne noſtrum comites proſequerentur iter.*

Virtus auro nobilior eſt.

*Vilius argentum eſt auro, virtutibus aurum.* Hor. 1.

Virtus fuga vitii eſt. Epiſt. 1.

*Virtus eſt, vitium fugere.* Hor.

Virtus in precio non eſt. Ibidem.

*Probitas laudatur, & alget.* Iuuenalis 1.

Virtus in pulcro corpore eſt valde grata.

*Gratior, & pulcro veniens è corpore virtus.* Virg. 5. Æn.

Virtus laudata creſcit.

*Excitat auditor ſtudium, laudataq; virtus* Ouid. 4.
*Creſcit, & immenſum gloria calcar habet.* Pont. 2.
**Deniq; nulla mihi captatur gloria, quæque* Idem 5.
*Ingenii ſtimulos ſubdere fama ſolet.* Triſt. 1.

Virtus maxima eſt, domare quæ cuncti timent.

*L. Obiici feris, monſtriſq; virtutem putas?* Sē. Herc.
*M. Virtutis eſt domare, quæ cuncti pauent.* fur. act. 2.

Virtus merces eſt ſibimet pulcerrima.

*Ipſa quidem virtus ſibimet pulcerrima merces.* Silius 13.
**Ipſa quidem virtus pretium ſibi, ſolaq; late* Claud.
*Fortunæ ſecura nitet, nec faſcibus vllis* Manlii
*Erigitur, plauſuve petit clareſcere vulgi.* Th.
*Nil opis externæ cupiens, nil indiga laudis:*
*Diuitiis animoſa ſuis: immotaque cunctis*
*Caſibus, ex alta mortalia deſpicit arce.*

Attamen inuitam blandè veſtigat, & vltro
Ambit honor, docuit toties à rure profectus
Lictor, & in medijs Conſul quæſitus aratris.

Virtutis bona quæ ſint.

Plaut. *Virtus præmium eſt optimum, virtus omnibus*
Amph. *Rebus anteit profectò, libertas, ſalus, vita,*
*Res, parẽtes, patria et prognati, tutãtur, ſeruãtur.*
*Virtus omnia in ſe habet, omnia adſunt bona*
*quem pene'ſt virtus.*
Silius 18. ** Mecum honor, et laudes, et læto gloria vultu*
*Et decus & niueis victoria concolor alis.*
*Me cunctus lauro perducit ad aſtra triumphus*
*Caſta mihi domus, & celſo ſtant colle Penates.*

Virtus ſola nobilem, immortalem, d
numq; hominem facit.

Virg. 10. 
Æn. *-Sed famam extendere factis*
Virg. de *Hoc virtutis opus.*
Mæcena- ** Marmora Mæonii vincunt monumẽta libel*
tis obitu. *Viuitur ingenio, cetera mortis erunt.*
Ouid. 1. **Si modo non cenſus, nec clarũ nomen auorum*
Pont. 10. *Sed probitas magnos, ingeniumq; facit.*
Hor. 3 **Virtus repulſæ neſcia ſordidæ,*
Carm. 2. **Intaminatis fulget honoribus:*
*in cõta- *Nec ſumit, aut ponit ſecures*
minatis. *Arbitrio popularis auræ.*
Iuuen. 8. ** Tota licet veteres exornent vndiq; ceræ*
Sen. Her. *Atria, nobilitas ſola eſt, atque vnica virtus.*
Oet. act. **Sed locum virtus habet inter aſtra.*
4.



*Vere dum flores venient tepenti,*
*Et comam ſiluis hiemes recident,*
*Vel comam ſiluis reuocabit æſtas,*
*Pomaque autumno fugiente cedent,*
*Nulla te terris rapiet vetuſtas.*
*Tu comes Phœbo, comes ibis aſtris.*
**Non eſt gemendus, nec graui vrgendus nece,* Sen. Her.
*Virtute quiſquis abſtulit fatis iter.* Oet.
*Æterna virtus Herculem flere vetat.* act. 5.
*Fortes vetat mœrere, degeneres iubet.*
** Quid me tenentem regna ſiderei poli,* Sẽ. Her.
*Cœloq; tandem redditum planctu iubes,* Oet.
*Sentire fatum? parce nam virtus mihi* act. 5.
*In aſtra, & ipſos fecit ad Superos iter.* Ibidem.
**Virtus in aſtra tendit, in mortem timor.* Martia-
**Sum, fateor, ſemperq; fui, Calliſtrate, pauper:* lis 5.13.
*Sed non obſcurus, & male notus eques.*
*Sed toto legor orbe frequens, & dicitur, hic eſt:*
*Quodq; cinis paucis, hoc mihi vita dedit.*

Virtus Scipioni victoriam promittit, illumque conuertit ad ſe.

*Hinc tibi non Tyrio vitiatas murice veſtes,* Silius 15.
*Nec donum deforme viro flagrantis amomi,*
*Sed dabo qui veſtrum ſæuo nunc Marte fatigat*
*Imperium ſuperare manu, laurumq; ſuperbam*
*In gremio Iouis excîſis deponere Pœnis.*
*Quæ poſt quam cecinit ſacrato pectore virtus,*
*Exemplis læſum, vultuq; audita probantem*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Conuertit iuuenem.-

Virtus pro vitio ſæpe habetur.

Ouid. 1. Et mala ſunt vicina bonis: errore ſub illo
Remed. Pro vitio virtus crimina ſæpe tulit.

Virtus vnita maior eſt, ſeipſa diſpe

Ouid. 2. Forſitan hac aliquis (nam ſunt quoque)
Remed. vocabit:
Sed quæ non proſunt ſingula, multa iu

Hor. 1. Virtutis amore qui nõ peccat, hic bon
Epiſt. 16. Oderunt peccare boni virtutis amore.
Tu nihil admittes in te formidine pœnæ.

Virtutis laus in actione conſiſtit, ſine q
virtutis nomen futile eſt.

Silius 9. -Nam virtus futile nomen,
Ni decus adfuerit patiendo, vbi tempora
Claud. 4 * Vile latẽs virtus. quid enim ſubmerſa te
Honor. Proderit? obſcuro veluti ſine remige pupp
Vel lyra, quæ reticet, vel, qui nõ tenditur, a
Plaut. * Quid mihi refert Chryſalo eſſe nomen,
Bacch. ctis probe, &c.
-Celerem oportet eſſe amatoris manum.
Et qui ſim neſciat omnis (q
Silius 3. Gens hominũ? lethiq; metu decora alta
Quantum etenim diſtãt à morte ſilentia

Virtuti vbique vacare licet.

Sẽ. Med. N. Tunc eſt probanda ſi locum virtus hab
act. 2. M. Nunquam poteſt non eſſe virtuti locus.



Virtutis via ardua eſt, id eſt, virtutem amplecti difficile eſt.

Ardua molimur; ſed nulla niſi ardua vincunt.
Difficilis noſtra poſcitur arte labor. Ouid. 2.
-Sed tendit in ardua virtus. Art.
Ardua virtutem profert via: pergite primi Ouid. 2.
ec facilem populis, nec notam inuadere laudẽ. Pont. 2.
Ardua ſaxoſo perducit ſemita cliuo,
Aſpera principio (nec .n. mihi fallere mos eſt) Silius 2.
roſequitur labor. adnitendũ intrare volenti. Idem 15.
Nec bonæ conſcendunt, quæ ſors infida dediſſet.
Atq; eadem rapuiſſe valet, mox celſus ab alto
ſra te cernes hominum genus. omnia contrà
periendæ manent, quam ſpondet blanda Voluptas.
ramine proiectus duro patiere ſub aſtris
ſomnes noctes, friguſq;, famemq; domabis.
em iuſtitiæ cultor, quæcunque capeſſes,
eſtes factorum ſtare arbitrabere Diuos.
Hãc tamẽ haud quiſquã, q nõ agnouerit antè Claud. 2.
met, & incertos animi placauerit æſtus, Honor.
uenies: longis illuc ambagibus itur.

er Pythagoræ literã virtutis, ac voluptatis via oſtenditur.

ittera Pythagoræ diſcrimine ſecta bicorni Virg.
umanæ vitæ ſpeciem præferre videtur: Opuſc.
am via virtutis dextrum petit ardua callẽ,
ifficilemq; aditum primum ſpectantib. offert:

Universidad de Deusto Biblioteca



*Sed requiem præbet feſſis in vertice ſummo.*
*Molle oſtentat iter via lata: ſed vltima meta*
*Præcipitat captos, voluitq; per ardua ſaxa.*
*Quisquis enim duros caſus virtutis amore*
*Vicerit, ille ſibi laudemque, decuſq; parabit.*
*At qui deſidiam, luxumque ſequetur inertem,*
*Dum fugit oppoſitos incauta mente labores,*
*Turpis inopsq; ſimul, miſerabilis tranſiget æuum.*

Virtutis via deſeritur ob paupertatis fugam, quia paupertas pro opprobrio ab omnibus ferè habetur.

Hor. 1. *Magnum pauperies opprobrium, iubet*
Carm. *Quid vis & facere, & pati:*
24. *Virtutisq; viam deſerit arduæ.*

Virtute exigua quæq; ampliantur, vt de Roma liquet. quæ orbis regina virtute ciuium paucorum facta eſt.

Silius 15. *-Nec longè repetam. modò Roma minanti,*
*Impar Fidenæ, contentaque creſcere Aſylo,*
*Quo ſeſe extulerit dextris -*

Virtutem nemo amplecteretur, aut ei vacare poſſet, ſi præmia tollas.

Iuuen. 10 *-Tanto maior famæ ſitis eſt, quam*
*Virtutis. quis enim virtutẽ amplectitur ipſam*
*Præmia ſi tollas?*

Mart. 8. *-Ingenium ſacri miraris abeſſe Maronis,*
*Nec quenquam tanta bella ſonare tuba.*
*Sint Mæcenates, non deerunt Flacce Marones*
*Virgiliumq; tibi vel tua rura dabunt.*



Virtute clari laudandi ſunt, ad aliorum excitationem, Horatii exemplo.

*Paullum ſepultæ diſtat inertiæ* Hor. 4.
*Celata virtus. non ego meis* Carm. 9.
*Chartis inornatum ſilebo,*
*Totve tuos patiar labores*
*Impunè, Lolli, carpere liuidas*
*Obliuiones -*

Pauper virtute præditus dignior eſt atq; nobilior Nerone, id eſt, Imperatore iniquo, & ſceleribus contaminato, vt Nero fuit.

*Libera ſi dentur populo ſuffragia, quis iam* Iuuen. 8.
*Perditus, vt dubitet Senecam præferre Neroni,*
*Cuius ſupplicio non debuit vna parari*
*Simia, nec ſerpens vnus, nec culeus vnus?*

Virtute inſignem eſſe melius atque eligibilius eſt quàm genere.

*Hæc ſatis ad iuuene, quem nobis fama ſuperbum* Iuuen. 8.
*Tradit, et inflatum, plenumq; Nerone propinquo, &c.*
*-Sed te cenſeri laude tuorum*
*Pontice noluerim, ſic vt nihil ipſe futuræ*
*Laudis agas, miſerũ eſt aliorum incũbere famæ.*
*Malo pater tibi ſit Therſites, dum modo tu ſis* Ibidem.
*Æacidæ ſimilis, Vulcaniaq; arma capeſſas,*
*Quàm te Therſitæ ſimilem producat Achilles.*

Virtute inſignes rari ſunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Silius 3. -Ire per ora
Nomen in æternum paucis mens ignea dona[t],
Quos pater æthereis cælestum destinat oris.
Stat. 10. *Rara dari, terrisq; solet contingere virtus.
Theb.

Virtuti ornati laus, & intimatio.

Ouid. 3. Principe nec noſtro Deus eſt moderatior v[llus]
Pont. 6. Iuſtitiæ vires temperat ille ſuas.
Stat. 2. *Viue Midæ gazis, & Lydo ditior auro,
Sil. 2. Troica, & Euphrate ſupra diademata felix,
Quem non ambigui faſces, non mobile vulg[i]
Non leges, non caſtra tenent: qui pectore mag[no]
Spemq;, metumq; domas, vitio ſublimior om[ni]
Exemtus fatis, indignantemq; refellis
Fortunam, dubio quem non in turbine reru[m]
Deprendet ſuprema dies, ſed abire paratum
Ac plenum vita.-
Idem 2. *Tu cuius placido poſuere in pectore ſedem
Sil. 3. Blandus honos, hilarisq; tamē cū pōdere virt[us]
Cui nec pigra quies, nec iniqua potētia, nec ſ[pes]
Improba, ſed medi⁹ ꝑ honeſta, & dulcia lim[es]
Incorrupte fidem, nulloſq; experte tumultus,
Et ſecretè palam qui digeris ordine vitam.
Idem auri facilis contemtor, & optimus ill[e]
Condere diuitias, opibusq; immittere lucem.
Hæc longum florens animi, morumq; iuuen[ta]
Iliacos æquare ſenes, & vincere perſta.

Virtute ornato nil eſſe dicitur contrariu[m]
ſeu difficile.





Pone tamen Traiane metum, potiere petitis,
Elyſiaſque domos, & regna nouiſſima mundi Ouid. 14
Me duce cognoſces, ſimulacraq; cara parentis. Met.
Inuia virtuti nulla eſt via.-

Virtute præditum bona deteſtari nō decet,
vt nos Vlyſſes vtiliter edocuit.

Neque enim ben[e] fact[a] m[a]lign[è]
Detrectare meum eſt, modo ne communia ſolus Ouid. 3.
Occupet, atq; aliquē nobis queq; reddat honorē. Met.

Virtute clarum non decet immerita
appetere.

Ego Charine neutiquam officium liberi homi-
nis eſſe puto, Ter.
(poni ſibi.
Cum is nihil promereat, poſtulare id gratiæ ap- And. 2. 1

Virtute præditi cælum petunt.

At non in Pharia Manes iacuere fauilla.
Nec cinis exiguus tantā compeſcuit vmbram: Lucā. 9.
Proſiluit buſto, ſemiuſtaq; membra relinquens
Degeneremq; rogū, ſequitur conuexa Tonantis.
Quò niger aſtriferis connectitur axibus aer.
Quodq; patet terras inter Lunæque meatus
Semidei Manes habitant, quos ignea virtus
Innocuos vitæ patientes ætheris imi
Fecit, & æternos animam collegit in orbes.
*Nunquam Stygias fertur ad vmbras
Inclyta virtus. viuite fortes, Sē. Herc.
Nec Lethæos ſæua per amnes fur.
Vos fata trahent: ſed cùm ſummas Oet. act.
2.

Universidad de Deusto Biblioteca



*Exiget auras conſumta dies,*
*Iter ad Superos gloria pandet.*
Manil. 1. * *An fortes animæ, dignataq; nomina cælo,*
*Corporibus reſoluta ſuis, terræq; remiſſa*
*Huc migrant ex orbe, ſuumq; habitãtia cælu*
*Æthereos viuunt annos, mundoq; fruuntur.*
*Atq; hic Æacidas, hic & veneramur Atrida*
*Tydidemq; ferũ, terræq;, mariſq; triũphis, &*

---

VITA.

Vita hominum breuiſſima eſt.

Virg. 10. Æn. *Stat ſua cuiq; dies, breue, & irreparabile tẽp*
*Omnibus eſt vita.-*
Hor. Carm. 4 **Vita ſumma breuis ſpem nos vetat incheare*
*longam*
*Iam te premet nox, fabulæque, Manes,*
*Et domus exilis Plutonia.-*
Idem 2. Carm. 24. **Heu heu fugaces, Poſtume, Poſtume*
*Labuntur anni: nec pietas moram*
*Rugis, & inſtanti ſenectæ*
*Affert, indomitæque morti.*
Idem 2. Epiſt. 2. **Singula de nobis anni prædantur euntes.*
*-Feſtinat enim decurrere velox*
Iuuen 9. *Floſculus anguſtæ, miſeræq; breuiſsima vitæ*
*Portio: dũ bibimus, dum ſerta, vnguẽta, puella*
*Poſcimus, obrepit non intellecta ſenectus.*
Sē. Oed. **Labimur ſæuo rapiente fato,*
*Ducitur ſemper noua pompa morti.*

** Quid-*



**Quidquid Sol oriens, quidquid & occidens* Sē. Tro-
*Nouit: cæruleis Oceanus fretis* ad. act. 2
*Quidquid vel veniens vel fugiens lauat,*
*Ætas Pegaſeo corripiet gradu.*
**Et ſi peruiuo vſq; ad ſummam ætatem, tamen* Plaut.
*Breue ſpatium eſt.-* Capt.
**Augeſcunt aliæ gentes, aliæ minuũtur,* Lucret. 2
*Inq; breui ſpatio mutantur ſæcla animãtum,*
*Et quaſi curſores vitai lampada tradunt.*
**Huc aduerte aures: currit mortalibus æuum,* Silius 15.
*Nec naſcibis poſſe datur. fugit hora, rapitque*
*Tartareus torrens, ac ſecum ferre ſub vmbras,*
*Si qua animo placuere, negat. quis luce ſuprema*
*Dimiſiſſe meas foro non ingemit hora?*
**Ac veluti folia arentes liquere corollas,* Propert.
*Quæ paſsim calathis ſtrata natare vides:* 2. 15.
*Sic nobis, qui nunc magnum ſperamus amãtes,*
*Forſitan includet craſtina fata dies.*

Vita hominum alearum, ſeu taxillorum ludo aſſimilatur.

*Ita vita eſt hominum, quaſi, cùm ludas teſſeris:* Ter.
*Si illud, quod maximè opus eſt iactu, nõ cadit,* Adel. 4.
*Illud, quod cecidit fortè, id arte vt corrigas.* 7.

Vita defuncti periphraſis.

*Quem nunc emerita permenſum tempora vitæ* Nemeſianus
*Secreti pars orbis habet, mundusq; piorum.* Ecl. 1.

Vita honeſta, flagitioq; carens nihil prodeſt, vbi dominus odit.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Sen. A- *Quid honeſta prodeſt vita flagitio carens,*
gam. *Vbi dominus odit? fit nocens, non quæritur.*
act. 2. Vita magis in pretio eſt, quàm quæque temporalia bona.

Ouid. 5. *-Nihil, ô fortiſsime præter*
Met. *Hanc animam concede mihi: tua cetera ſunt.*

Vitæ breuitas iugiter in memoria retinẽda eſt, & ad hoc exhortatio digniſſima.

Hor. 2. *Viue memor quàm ſis æui breuis.-*
Serm. 6. **Loquar: ſi decet morem geras. vitam, quàm*
Plaut. 1. *ſit breuis, ſimul cogita quidem.*
Moſt.

Vitæ ſpatium omnes naturaliter petunt, optantq́ue.

Iuuẽ. 10. *Da ſpatium vitæ, multos da Iupiter annos:*
*Hoc recto vultu, ſolum hoc & pallidus optas.*

Quæ vitam beatiorem efficiant.

Mart. 10 *Vitam quæ faciunt beatiorem,*
*Iucundiſsime Martialis, hæc ſunt.*
*Res non parta labore, ſed relicta:*
*Non ingratus ager, focus perennis,*
*Lis nunquam, toga rara, mens quieta,*
*Vires ingenuæ, ſalubre corpus,*
*Prudens ſimplicitas, pares amici,*
*Conuictus facilis, ſine arte menſa:*
*Nox non ebria, ſed ſoluta curis:*
*Non triſtis torus, attamen pudicus:*
*Somnus, qui faciat breues tenebras.*
*Quod ſis, eſſe velis, nihilque malis:*

Summ-



*Summum nec metuas diem, nec optes.*

Vitam eripere homini quilibet poteſt, at nemo mortem: ad hanc enim aditus diuerſi ſunt.

*Vbique mors eſt, optimè hoc cauit Deus:*
*Eripere vitam nemo non homini poteſt:* Sẽ. Theb.
*At nemo mortem: mille ad hãc aditus patent.*

Vitam tranquillam qui affectat, hominum familiaritatem vitet, & ad hoc exhortatio:

*Si vitare velis acerba quædam,*
*Et triſtes animi cauere morſus:* Mart. 12
*Nulli te facias nimis ſodalem,*
*Gaudebis minus & minus dolebis.*

Viuendũ eſt rectè ob multa præcipuè tamen vt mancipiorum linguas contemnamus.

*Viuendũ eſt recte tum propter plurima, tũ hiſce* Iuuen. 9.
*Præcipuè cauſsis vt linguas mancipiorum*
*Cõtemnas: nam lingua mali pars peſsima ſerui.*

---

VITIA.

Vitia extirpanda ſunt primò: deinde virtutes inſerendæ.

*-Denique teipſum*
*Concute: num qua tibi vitiorũ inſeuerit olim* Hor. 1.
*Natura, aut etiam conſuetudo mala. nanque* Serm. 3.
*Neglectis vrenda filix innaſcitur agris.*
**Qui ſerere ingenuum volet agrum,*
*Liberat priùs arua fruticibus,* Boët. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Falce rubos, ſilicemque reſecat,*
*Vt noua fruge grauis Ceres eat.*
*Dulcior eſt apium mage labor,*
*Si malus ora prius ſapor edat.*
*Gratius aſtra nitent, vbi Notus*
*Deſinit imbriferos dare ſonos.*
*Lucifer vt tenebras pepulerit,*
*Pulcra dies roſeos agit equos.*
*Tu quoque falſa tuens bona prius,*
*Incipe collo iuga retrahere:*
*Vera dehinc animum ſubierint.*

Vitiorum via lata eſt & plana, virtutum verò via difficilis, anguſta, & ardua. Id moraliter ſignat Auerni adſcenſus & deſcenſus.

Virg. 6. *-Facilis deſcenſus Auerni:*
Æn. *Sed reuocare gradū, ſuperasq; euadere ad auras*
*Hoc opus, hic labor eſt -*

Vitiis cæcus amor ineſt, ex quo futurum omne deſpicitur.

Claud. 2 *Sed quia cæcus ineſt vitiis amor, omne futurum*
Eutrop. *Deſpicitur, ſuadent breuem præſentia fructum,*
*Et ruit in vetitum damni ſecura libido.*

Vitiis nemo caret, nec ſine illis naſcitur.

Hor. 1. *Nam vitiis nemo ſine naſcitur. optimus ille*
Serm. 3. *Qui minimis vrgetur.-*
Perſius 1 ** Articulas aſini quis non habet?*
Propert. ** Vnicuique dedit vitium natura creato.*
2.22. *Mi fortuna aliquid ſemper amare dedit.*

Vitia-



Vitiato corpore ſi bonus ſis, eſt quid maximum.

*Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læſus,* Martia-
*Rem magnam præſtas Zoile ſi bonus es.* lis. 12.

Vitia relinquuntur aliquando præ tædio & impatientia, vt Ouidii liquet exemplo.

*Si tamen è nobis aliquid niſi nomen, & umbra* Ouid. 3.
*Reſtat in Elyſia valle Tibullus erit.* Amor. 8.
** Multa, diuque tuli, vitiis patientia victa eſt:* Idem 3.
*Cede fatigato pectore turpis amor.* Amor. 10
*Scilicet aſſeruiam me fugique catenas,*
*Et quæ non puduit ferre, tuliſſe pudet.*
*Vicimus, & domitū pedib. calcamus amorem,*
*Venerunt capiti cornua ſera meo.*

---

VOLVNTAS.

Voluntas pro facto habetur, dum facultas operandi abeſt.

*-Temerata eſt noſtra voluntas:*
*Vt nihil adiiciam, non poſſum innoxia dici,* Ouid. 9.
*Quod ſupereſt multum eſt in vota, in crimina parum.* Met.
** Vt deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas:* Ouid. 3.
*Hac ego contentos auguror eſſe Deos.* Pont. 4.
*Hæc facit vt veniat pauper quoq; gratus ad aras,*
*Et placeat cæſo non minus agna boue.*
** Vt iam nihil præſtes, animi ſum factus amici* Idem 4.
*Debitor, & meritum velle iuuare voco.* Pont. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ibidem. *Parua quidē fateor pro magnis munera reddi,
Cùm pro conceſſa verba ſalute damus.
Sed q, quā potuit dat maxima, gra.⁹ abūde eſt,
Et finem pietas contigit illa ſuum.
Nec quæ de parua pauper Diis libat acerra
Thura mi.⁹, grādi quàm data lance, va[lent].
Agnaq; tā lactēs, quàm gramine paſta Phaliſca
Victima Tarpeios inficit icta focos.
Lucanus ad Piſonem. *Quod ſi digna tua mi.⁹ eſt mea pagina laude,
At voluiſſe ſat eſt animum: non carmina iacto.
*Has patitur pœnas peccandi ſola voluntas.
Iuuen. 13 Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat vllum,
Facti crimen habet.-
Propert. 2. 0. *Quod ſi deficiant vires, audacia certè
Laus erit, in magnis & voluiſſe ſat eſt.

Voluntatem propriam exequi qui non poteſt, id quod poſſit efficiat.

Ter. And. 2. 1 -Quoniam non poteſt id fieri, quod vis,
Id velis quod poſsis.

Voluntatem propriam, ſiue propoſitū non licet proſequi cùm res non ſinit.

Ter. Heaut. 4. 1. Nō licet homini eſſe ſæpe ita vt volt, ſi res nō ſinit.

Quot homines tot ſunt voluntates, mores & ſententiæ.

Ouid. 1. Art. Pectoribus mores tot ſunt, quod in orbe figuræ.
Qui ſapit, innumeris moribus aptus erit.
Hor. 2. Serm. 1. *Caſtor gaudet equis: ouo prognatus eodem,
Pugnis, quod capitum viuunt, totidē ſtudiorum
Millia.-



*Mille hominum ſpecies, & rerū diſcolor vſus. Perſ. 5.
Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno.
Mercibus hic Italis mutat ſub ſole recenti
Rugoſum piper, & pallentis grana cumini:
Hic ſatur irriguo mauult turgeſcere ſomno:
Hic campo indulget, hunc alea decoquit: ille
In Venerem eſt putris.-
-Verùm ita eſt, Ter.
Quot homines, tot ſententiæ: ſuus cuiq; mos. Phorm. 2. 4.

---

VOLVPTAS.

Voluptas nulla ſincera eſt atq; longa in hoc ſæculo.

-Vſque adeo nulla eſt ſincera voluptas, Ouid. 7.
Sollicitumque aliquid lætis interuenit.- Met.
*Scilicet interdum miſcentur triſtia lætis, Idem 6.
Nec populum toto pectore feſta iuuant. Faſt.
*Nulla dies adeo eſt Auſtralib humida nimbis, Idem 4.
Non intermiſsis vt fluat imber aquis. Pont. 4.
Nec ſterilis locus vllus ita eſt, vt non ſit in illo
Mixta ferè duris vtilis herba rubis.
*Impia ſub dulci melle venena latent. Idem 1.
*Lætus in præſens animus quod vltra eſt, Amor. 8.
Oderit curare: & amara lento Hor. 2.
Temperet riſu. nihil eſt ab omni Car. 16.
Parte beatum.
-Sed quæ præclara, & proſpera tanti, Iuuen. 10

Universidad de Deusto Biblioteca



Sen. Vt rebus lætis par ſit menſura malorum?
Thyeſt. * Nulla ſors longa eſt: dolor, ac voluptas
act. 3. Inuicem cedunt: breuior voluptas.
Ima permutat breuis hora ſummis.
Boet. 3. 7 * Habet omnis hoc voluptas,
Stimulis agit fruentes,
Apiumque par volantum,
Vbi grata mella fudit,
Fugit, & minus tenaci
Ferit icta corda morſu.
Plaut. * Satin' parua res eſt voluptatum in vita,
Amph. Atque in ætate agunda,
- Præ quam quod moleſtum eſt. ita quoq; co
paratum
Eſt in ætate hominum,
Ita dis placitum, voluptati vt mœror com
conſequatur.
Idem - Nulli eſt homini perpetuum bonum,
Curc. 2. Iam huic voluptati hoc adiunctum eſt odium
* Sæua nimium, grauesq; Parcæ.
Stat. 2. O nunquam data feſta longa ſummis
Sil. 7. Cur plus ardua caſibus patetis?
Cur ſæua vice magna non ſeneſcunt?
Etenim mortalibus ex quo
Claud. 1. Tellus cœpta coli, nunquam ſincera bonorum
Stil. Sors vlli conceſſa viro. quem vultus honeſta
Dedecorant mores: animus quē pulcrior or
Corpus deſtituit.-

Vol



Voluptas vires luxuriæ non adimit.

Nec vires adimit Veneris damnoſa voluptas. Ouid. 2. Pont. 11.

Voluptas eſt ſpernenda.

Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas. Hor. 1. Epiſt. 12.

Voluptatis deſcriptio.

Altera Achæmenium ſpirabat vertice odorem, Silius 15.
Ambroſias diffuſa comas, & veſte refulgens,
Oſtrum qua fuluo Tyrium ſuffuderat auro.
Fronte decor quæſitus acu, laſciuaq; crebras
Ancipiti motu iaciebant lumina flammas.

Voluptatis promiſſorum depictio ad Scipionem, quibus nititur illum à virtute retrahere.

- Moneo certare periclis Silius 15.
Deſine, & armiſonæ caput obiectare procellæ.
Ni fugis hos ritus, Virtus te ſæua iubebit
Per medias volitare acies, medioſq; per ignes.
Hæc patrem patruūq; tuos, hæc prodiga Paulum,
Hæc Decios Stygias Erebi detruſit ad vndas:
Dū cineri titulum, memorādaq; nomina buſtis
Prætendit, nec ſenſuræ quid geſſerit, vmbræ.
At ſi me comitare puer, non limite duro
Iam tibi decurret conceſſi temporis ætas.
Haud vnquam trepidos abrumpet buccina ſomnos, &c.
Sed current albuſq; dies horæque ſerenæ,
Et molli dabitur victu ſperare ſenectam.

Voluptas iraſcitur ob repulſam à Scipione

Universidad de Deusto Biblioteca



paſſam, dicens affore tempus, quo tot[...]
ſibi orbẽ vendicaret, quod luce clariu[...]
ueniſſe intuenti liquet.

Silius 15. *-Sed enim indignata voluptas*
*Non tenuit voces. nil vos iam demoror v[...]*
*Exclamat. veniet, veniet mea tẽpora qu[...]*
*Cùm docilis noſtris magno certamine Rom[...]*
*Seruiet imperiis. & honor mihi habebitur [...]*

Voluptatis mala quæ ſint.

Silius 15. *-Inde adſpice late*
*Florentes quondam luxus quas verterit v[...]*
*Quippe nec ira Deũ tantũ, nec tela, nec ho[...]*
*Quantum ſola noces animis illapſa Volupt[...]*
*Ebrietas tibi fida comes, tibi fida Lux', & a[...]*
*Circa te ſemper volitans infamia pennis.*

Voluptati deditus hęredes non multum [...]
uat, eo quod quæq; bona prodige viue[...]
diſſipat.

Ter. Hec. 3. 5. *-Sane Hercle homo voluptati obſequens*
*Fuit, dum vixit: & qui ſic ſunt, haud mul[...]*
*heredem iuuant.-*

Voluptate propria quiſque ducitu[r]

Virg. Ecl. 2. *-Trahit ſua quenque voluptas.*

---

VSVS.

Vſus rei alicuius prodeſt, negligentia ob[...]

Ouid. 1. Amor 8. *Aeran tient vſu: veſtis bona quærit haberi:*
*Caneſcunt turpi tecta relicta ſitu.*



**Abdita quid prodeſt generoſi vena metalli* — Lucan. ad Piſonem.
*Si cultore caret? quid inerti condita portu,*
*Si ductoris eget, ratis efficit, omnia quamuis*
*Armamenta gerat, teretique fluentia malo*
*Preſſit & excuſſo dimittere vela rudente?*

Vſu conſumuntur & molleſcunt duriſſima quæque.

*Ferreus aſſiduo conſumitur annulus vſu,* — Ouid. 1. Art.
*Interit aſſidua vomer aduncus humo.*
*Quid magis eſt durũ ſaxo? quid mollius vnda?*
*Dura tamen molli ſaxa cauantur aqua.*
**Gutta cauat lapidẽ, conſumitur annulus vſu,* — Ouid. 4. Pont. 10.
*Et teritur preſſa vomer aduncus humo.*
**Quinetiam multum ſolis redeuntibus annis,* — Lucret. 1
*Annulus in digito ſubter tenuatur habendo:*
*Stillicidi caſus lapidem cauat: vncus aratri*
*Ferreus occulte decreſcit vomer in aruis,*
**Nã leuiter quãuis quod crebro tunditur ictu,* — Idem 4.
*Vincitur in longo ſpatio tamen, atque labaſcit.*
*Nonne vides etiam guttas in ſaxa cadentes*
*Humoris longo in ſpatio pertundere ſaxa?*
**Sed tamen obſcura teritur rubigine mucro* — Propert. 2. 25.
*Ferreus, & paruo ſæpe liquore ſilex.*

Vſus potentia quanta ſit.

*Multa renaſcentur, quæ iam cecidere: cadentq;* — Hor. Art.
*Quæ nũc ſunt in honore vocabula, ſi volet vſus*
*Quẽ penes arbitriũ eſt & ius, & norma loquẽdi.*

Vſus nutrit artes ſollertia parit.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Claud. *-Rerumque remotas*
de raptu *Ingenioſa vias paulatim explorat egeſtas,*
Proſerp. *Vtque artes pariat ſollertia, nutriat vſus.*

Magiſter artium eſt vſus.

Ouid. 2. *Adde quod eſt illis operum prudentia maior,*
Art. *Solus & artifices qui facit, vſus adeſt.*

---

VSVRA.

Vſura & fenus vnà cum infidelitate & bel[lo]
ex hominum cupiditate manarunt.

Luc. 1. *Hinc vſura vorax, auidumq; in tempore fen[us]*
*Et concuſſa fides, & multis vtile bellum.*

Vſura & fenus inopes trucidant.

Auſon. *Quod vitæ ſectabor iter, &c.*
Eidyl. 15. *-Si turpia lucra*
*Fenoris, et velox inopes vſura trucidat?*

---

VTILITAS.

Vtile à decoro nunquam recedat.

Periand. *Nunquam diſcedat vtile à decoro.*
per. auſ. Vtilitatem commodumque alicuius rei ha[-]
bens etiam illius incommoda ęquanim[i-]
ter ſuſtinebit.

Ter. *Multa ex quo fuerint commoda, eius incom[-]*
Hec. 3. *moda æquum eſt ferre.*

Vtilitas propria honeſtati & amicitiæ hodi[e]
anteponitur.

Ouid. 2. *Turpe quidem dictu, ſed ſi modò vera fatemur,*
Pont. 3. *Vul-*



*Vulgus amicitias vtilitate probat.*
*Cura qd expediat prior eſt, quã qd ſit honeſtũ.*
*Et cum fortuna ſtatque, caditque fides.*
*[N]ec facilè inuenies multis in millibus vnum.*
*Virtutem pretium qui putet eſſe ſui.*
*[Ip]ſe decor recti, facti ſi præmia deſint,*
*Non mouet: & gratis pœnitet eſſe probum.*
*[N]il, niſi quod prodeſt, carũ eſt. en detrahe mẽtĩ*
*Spem fructus auidæ, nemo petendus erit.*
*At reditus iã quiſq; ſuos amat, &, ſibi quid ſit*
*Vtile, ſollicitis computat articulis.*
*[Ill]ud amicitiæ quondam venerabile nomen*
*Proſtat, & in quæſtu pro meretrice ſedet.*

---

VVLGVS.

[V]ulgus inſtabile eſt, & proſperam fortunam,
vt plurimum ſequitur. Igitur inaniter
ambitioſos extollit, ac denique premit.

*[S]ed quid* Iuue. 10.
*[T]urba tremẽs? ſequitur fortunã, ſemper, & odit*
*[D]amnatos idem populus, ſi Nortia Tuſco*
*[F]auiſſet, ſi oppreſſa foret ſecura ſenectus*
*[P]rincipis, hac ipſa Seianum diceret hora*
*Auguſtum.-*
*Inuidia faſtum, ac ſermo popularis premet.* Se. Her.
*Tradere turpi faſces populus* fur. act. 1
*Gaudet, eoſdem colit, atque odit.* Ide Hip.
*O funeſtus multis populi,* act. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Sen. Oct. act. 4. *Diruſque fauor qui cùm flatu*
*Vela ſecundo rates impleuit,*
*Vexitque procul, languidus idem*
*Deſerit alto, ſæuoque mari.*

Sē. Her. fur. act. 1. **Illum populi fauor attonitum.*
*Fluctuque magis mobile vulgus,*
*Aura tumidum voluit inani.*

Hor. 1. Epiſt. 19. **Non ego ventoſæ plebis ſuffragia venor*
*Impenſis cœnarum, & trita munere veſtis.*

Vulgi furoris ac iræ intimatio notabilis.

Ouid. 5. Met. *Tum verò indomitus ardeſcit vulgus in iras,*
*Telaque coniciunt.-*

Virg. 1. Æn. *- Sæuitque animus ignobile vulgus:*
*Iāq; faces, & ſaxa volāt, furor arma miniſtrat.*

Populi fœdus in vnum mutuus amor nectit.

Boët. 2. 8. *Hic ſancto populos quoque*
*Iunctos fœdere continet.*

---

VVLNERA.

Vulnera ſtatim medico reſecāda ſunt, quod ſi non fiat, ægroto non parum nocet.

Virg. 3. Georg. *Non tamē vlla magis præſens fortuna laborum eſt,*
*Quàm ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum*
*Vlceris os: alitur vitium, viuitq; tegendo, &c.*
*Continuò ferro culpam compeſce prius, quàm*
*Dira per incautum ſerpant contagia vulgus.*





Vulnus obduratum nō leuiter, ſed igni, ferroque ſæpe ſanatur.

*Tunc decuit ſentire nefas, tunc ire recentes*
*Deterſum maculas: veteri poſt obruta morbo* Claud. 2 Eutrop.
*Corpora Pæonias, ne quidquā admoueris herbas.*
*Vlcera poſſeſſis altè ſuffuſa medullis*
*Non leuiore manu ferro ſanantur, & igni,*
*Ne noceat fruſtra mox eruptura cicatrix.*
*Ad viuū penetrāt flāmæ, quò *funditus humor* *queis
*Defluat, & vacuis corrupto ſanguine venis*
*Areſcat fons ille mali: truncantur & artus,*
*Vt liceat reliquis ſecurum viuere membris.*

**Cūcta prius tentāda: ſed immedicabile vulnus* Ouid. 1. Met.
*Enſe recidendū eſt, ne pars ſincera trahatur.*

Vulnus incurabile non tractari arte melius atque tutius eſſe dicitur.

*Vulneris id genus eſt, quod cùm ſanabile nō ſit,*
*Non hoc tractari tutius eſſe puto.*
**Curando fieri quædam maiora videmus* Ouid. 2. Pont. 2.
*Vulnera, quæ melius non tetigiſſe, fuit.* Idem. 3. Pont. 7.

---

VVLTVS.

Vultus virilis deſcriptio elegans.

*Talis ineſt habitus, qualem nec dicere mæſtum,* Lucā. ad Piſonem.
*Nec fluidum, læta ſed tetricitate decorum*
*Poſſumus: ingenita ſtat nobilitatis in illo*
*Pulcer honos, & digna ſuis natalibus ora.*

Vultus animi eſt index.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Se. Thy- -Multa ſed trepidus ſolet
eſt. act. 2. Detegere vultus: magna nolentem quoque
Idem A- Conſilia produnt.
gam. act -Quid tacita verſas? &c.
2. Licet ipſa ſileas, totus in vultu eſt dolor.
Sē. Her. -Licet ipſa neges,
Oet. act. Vultus loquitur quodcunque negas.
2. *Heu quàm difficile eſt crimē nō ꝓdere vultu.
Ouid. 2. *Tacent: & ora pallor albus inficit:
Met. Menteſque perculſæ ſtupent.
Hor. 7. *Enſe velut ſtricto, quoties Lucilius ardens
Epod. Infremuit, rubet auditor, cui frigida mens eſt
Iuuen. 1. Criminibus: tacita ſudant præcordia culpa:
Inde ira, & lacrymæ.
Sē. Oed. *Effare. dubitas? cur genas mutat color?
act. 4. Quid verba quæris?

Vultus hilaritas hoſpitibus haud parum confert.

Ouid. 8. -Super omnia vultus
Met. Acceſſere boni, nec iners, pauperq; voluntas.

---

VXORES.

Vxoris caſtitas amoris vinculum inſolubile eſt.

Sen. Oct. Amor perennis coniugis caſtæ manet.
act. 1.

Vxores debent viros honorare.

Plaut. -Pudicitia eſt pater
Stich. Eos magnificare, qui nos ſocias ſumſerunt ſibi.

Qua-



Quales debeant eſſe vxores.

PI. Scio, vt oportet eſſe, ſi ſint ita, vt ego æquum Plaut.
cenſeo. Ibidem.
AN. Volo ſcire ego, vt æquum cenſes. PI. vt per
vrbem cùm ambulent, (ſibi.
Omnibus os obturent, ne quis merito maledicat

Non vxor, ſed facies, & pulcritudo, vt plurimum amatur.

Si verum excutias, facies, non vxor amatur. Iuuen. 6
Tres rugæ ſubeant, & ſe cutis arida laxet,
Fiant obſcuri dentes, oculique minores:
Collige ſarcinulas, dicet libertus, & exi,
Iam grauis es nobis.

Vxoris virtus, non facies marito placere debet.

Probitas, fideſque, coniugis mores, pudor, Sen. Oct.
Placeant marito.- act. 2.

Vxor bona proprio viro contenta eſt.

Nam vxor contenta eſt, quæ bona eſt, vno viro. Plaut. Merc.

Vxor fidem viro obſeruare debet, & ad hoc admonitio notatu digna.

Nil opus eſt morte pro me, ſed amore, fideque. Ouid. 5.
Non ex difficili fama petenda tibi eſt. Triſt. 15.

Vxor, quæ virum fefellerit, perſæpe laudatur, ſed malé.

Cumq; fefellit amans aliqua nouitate maritū, Ouid. 2,
Plauditur, & magno palma fauore datur. Triſt.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Vxor priore peior inuenitur facilè, melior
autem minimé.

Plaut. *Facile inuenies & peiorē, & pe.⁹ moratā patri*
Stich. *Quàm illa fuit: meliorem neq; tu reperies, neq;*
*Sol videt.*

Vxor, & proles cæca cupiditate ſepoſita, ſe-
cundũ Dei voluntatem petēdi ſunt, nam
ille ſcit quid nobis conducat.

Iuuē. 10. *-Nos animorum*
*Impulſu, & cæca, magnaq; cupidine ducti*
*Coniugiũ petimus, partumq; vxoris: at illis*
*Notum, qui pueri qualisque futura ſit vxor.*

Vxorati quanta ſit miſeria.

Iuuē. 6. *Semper habet lites, alternaq; iurgia lectus,*
*In quo nupta iacet: minimũ dormitur in illo.*
*Tunc grauis illa viro, tũc omnia tigride peior,*
*Cùm ſimulat gemitus occulti conſcia facti.*
*Aut odit pueros, aut ficta pellice plorat*
*Vberibus ſemper lachrymis, ſemperq; paratis*
*In ſtatione ſua, atq; expectantibus illam,*
*Quo iubeat manare modo.-*

Ter. Adelph. 5. 4. **Duxi vxorem: quam ibi miſeriam vidi! nati*
*filii.*
*Alia cura: porrò autem, dũ ſtudeo, illis vt quàm*
*plurimum*
*Facerem, contriui in quærendo vitam, atque (ſe-*
*tatem meam:*
*Nunc exacta ætate hoc fructi pro labore ab his*
*Odium.-*





VINVM.

*Quid non ebrietas deſignat? operta recludit,*
*Spes iubet eſſe ratas, in prælia trudit inermem,*
*Sollicitis animis onus eximit, ac docet artes.* Hor. 1.
*Fœcundi calices, quem non fecere diſertum?* Epiſt. 5.
*Contracta quem nõ in paupertate ſolutum?*
**Vina parant animos Veneri.-*
**Nox & amor, vinũq; nihil moderabile ſuadēt.*
*Illa pudore vacat, Liber, amorque metu.* Ouid. 2.
**Ebrietas vt vera nocet ſic ficta iuuabit.* Remed.
**Aut nulla ebrietas, aut tanta ſit, vt tibi curas* Idem 1.
*Eripiat: ſiqua eſt inter vtrunque, nocet.* Amor 6.
**Vina parant animos, faciuntq; coloribus aptos.* Idem 1.
*Cura fugit, multo diluiturque mero.* Art.
*Tunc veniunt riſus, tunc pauper cornua ſumit,* Idem 2.
*Tunc dolor & curæ, rugaque frontis abit.* Remed.
*Tunc aperit mentes æuo rariſſima noſtro* Idem 1.
*Simplicitas, artes excutiente Deo.* Art.
**Bacchus & agricolæ magno confecta labore*
*Pectora triſtitiæ diſſoluenda dedit.*
*Bacchus & afflictis requiē mortalibus adfert,* Tibul.
*Crura licet dura compede pulſa ſonent.* 1. 7.
**Nimis vinum vile, atque amor*
*Si ebrio atq; amāti impune facere quod lubeat*
*licet* Plaut. Aul.
*-Magnum hoc vitiũ vini eſt. pedes captat pri-*
*mum:* Idem Pſeud.

Universidad de Deusto Biblioteca



Luctator doloſus eſt.
-Mihique ignoſcas,
Idem  Quod animi impos, vini vitio fecerim.-
Truc.  *Nam vinum ſi
Ibidem.  Fabulari poſsit, ſe defẽderet. nõ vinũ moderari
Sed vino ſolent, qui quidem probi ſunt.
Propert.  *Vino forma perit, vino corrumpitur ætas.
2. 33.

## VIA.

Plaut.  Viam qui neſcit, qua deueniat ad mare,
Perſa.  Eum oportet amnem quærere comitem ſibi.
Sẽ. Oed.  *Certiſsima eſt regnare cupienti via,
Plaut.  Laudare modica.-
Curc.  *Nemo ire quenquam prohibet publica via.
Sen.  *Capienda rebus in malis præceps via eſt.
Agam.

## VETVSTAS.

Vetuſtate quædam commendari & inclareſcere.

Propert.  Omnia poſt obitum fingit maiora vetuſtas.
3.1.  Maius ab exſequiis nomen in ora venit.
Ouid. 3  *Scripta placẽt à morte ferè: quia lædere viuos
Pont. 4.  Liuor, & inuiſo carpere dente ſolet.
Mart. 5.  *Eſſe quid hoc dicã, viuis quod fama negatur,
Et ſua quod rarus tempora lector amat?
Hi ſunt inuidiæ nimirum Regule mores,
Præferat antiquos ſemper vt illa nouis.

VARIETAS.



Eſt vt viro vir latius ordinet  Hor. 3.
Arbuſta ſulcis: hic generoſior  Carm. 1.
Deſcendat in campum petitor:
Moribus hic meliorque fama
Contendat: illi turba clientium
Sit maior.-
*Triſtia mæſtum  Hor. Art.
Vultum verba decent: iratũ, plena minarum:
Ludentem, laſciua: ſeuerum, ſeria dictu.
Format enim natura prius nos intus ad omnẽ
Fortunarũ habitũ: iuuat, aut impellit ad iram:
Aut ad humũ mærore grauis deducit, & angit:
Poſt effert animi motus interprete lingua.
*Intererit multum Dauuſne loquatur, Eroſne:  Ibidem.
Maturuſne ſenex, an adhuc florente iuuenta
Feruidus, an matrona potẽs, an ſedula nutrix:
Mercatorne vagus, cultorne virentis agelli:
Colchus, an Aſſyrius: Thebis nutritus, an Argis.
*Quemuis media eripe turba:  (rat.  Hor. 1.
Aut ob auaritiã, aut miſera ambitione labo-  Serm. 4.
Hic nuptarũ inſanit amoribus, hic puerorum:
Hunc capit argenti ſplendor: ſtupet Albius ære:
Hic mutat merces ſurgenti Sole ad eum, quo
Veſpertina tepet regio: quin per mala præceps
Fertur, vti puluis collectus turbine, ne quid
Summa deperdat metuẽs, aut ampliet vt rem.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca



# IOANNIS SVLPICII VERVLANI, DE MORIBVS puerorum præcipuè in menſa ſeruandis, Carmen.

*QVos decet in menſa mores ſeruare docemus,*
*Virtuti vt ſtudeas, litterulisque ſimul.*
*Quæ prius admoneo miti puer indole ſerua,*
*Præque tuis oculis hæc mea iuſſa tene.*
*Sit ſine labe toga, & facies ſit lauta, manusq́;*
*Stiria nec naſo pendeat vlla tuo.*
*Vt nihil emineant, & ſint ſine ſordib. vngues:*
*Sit coma, ſit turpi calceus abſque luto.*
*Linguaque non rigeat, careant rubigine dentes,*
*Atque palam pudeat te fricuiſſe caput:*
*Exprimere & pulices, ſcabiẽq; vrgere nocẽtem,*
*Ne te ſordidulum, qui videt iſta, vocet.*
*Seu ſpuis, aut mungis nares, nutasve, memento*
*Poſt tua concuſſum vertere terga caput.*
*Mucorem haud tãgas digitis, ſputũve reſorbas:*
*Panniculo naſum mungere nempe decet.*
*Et ructare caue, quin ora in terga reflectas:*
*Stringe os, & crepitum coge tenere nates.*
*Munditiæque tibi placeant: medio quoq; cultu*
*Vtere: ne turpis, vel videare leuis.*
*Nec maledicta refer: nec promas turpia dictu:*
*Eſt ſtomachoſa quidem dicere turpe tibi.*
*Mori-*



*Moribus vrbanis curato præditus eſſe:*
*Parce gulæ turpi, luxuriamque fuge.*
*Parce & auaritiæ: bilem frenare memento:*
*Inuidulus, timidus, non odioſus eris.*
*Deſidiam fugies, atque omnia turpia pelle.*
*Et ludi turpes ſint procul, atque viri.*
*Fidus ſis, prudensque bonis: temerarius eſſe,*
*Deſpice: non audax ſis, timidusque nimis.*
*Nec penitus mutum, nec te decet eſſe loquacem.*
*Conuenit ille toro, conuenit iſte foro.*
*Et manſuetus eris: rectum te lectus habebit.*
*Detege nec ſocium, nec tua membra moue.*
*Ne ſis difficilis nimium, nec credulus eſto.*
*Dedecus & metues: & reuerere bonos.*
*Futilis, & mendax nunquã, nimiumq; ſeuerus*
*Eſto: ſed & comem, munificumque velim.*
*Sis pius, atque coelas Superos: venerare parentes.*
*Et noceas nulli, ſurripiasque nihil.*
*Nec ſis vinoſus, quamuis potaſſe Catonem*
*Fama refert: fugias ſumere vina mera.*
*Non ſis deriſor, non ſomniculoſus, iniquus*
*Non iudex, nec tu teſtis iniquus eris.*
*Omnibus in rebus ſtudeas precor eſſe modeſtus.*
*Sis auidus laudis: ſit tibi cura boni.*
*Sic bene moratum laudabimus, atq; colemus:*
*Sic & honorus eris, ſic eris ipſe grauis.*
*Nunc faciles aures, animũ quoq; trade ſerenũ:*
*Morigerare mihi, moſtta iuſſa dabo.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Non ſum qui laudé ſummo te accumbere manu
  Iudice conueniens me dabit hora cibum.
Nec vos ante focũ cœnas producite longas.
  Hoc faciat caupo: qui ſapit, iſta fugit.
Sterne toros nitidè, lautosq; appone quadrãtes
  Atq; ſalé, & Cererem, flumina, vina, dapes.
Te vitare velim, cupidus ne vt lurco ſonoras
  Contractes fauces: mandere ritè decet.
Et licet antiqui cubuiſſent pectore prono,
  Te colla hæc ætas recta tenere iubet.
Et ſinito menſis cubitis hærere potentes:
  Tu tantùm faciles pone, repone manus.
Tuq; puer iubeo ſedeas vel rarò: ſed adſtans,
  Pocula mitte celer, poneve, tolle dapes.
Iuraque conuiuis ſuper importare miniſter
  Effuge: nam turpis ſæpe fit inde toga.
Quodque iubebit herus, facilis, ſemperq; ſubito:
  Quemque tibi dederit, tu tibi ſume, locum.
Quodq; vir egregius pauido tibi porriget, illud
  Sume libens; grates, aptaq; verba refer.
Eſto tribus digitis. magnos nec ſumito morſus,
  Nec duplices offas mandere vtrinq; iuuet.
Dapſilis & largus, ſemper blandeque ſodali
  Impertire tuo, pauperibusque dapes.
Nec vos obſcenos laudabimus, aut comedones.
  Eſſe decet viuas, viuere non vt edas.
Namq; cibus nimi⁹ capiti, ſtomachoq; nocebit,
  Corporis & vires, ingeniumq; rapit.

GAN-



Gauſape nõ macules, aut pectora: nec tibi meũ
  Stillet: ſitq; tibi ne manus vncta, caue.
Sæpe ora, & digitos mappa ſiccabis adapta:
  In quadra faciet non tua palma moram.
Quod tibi vicinum fuerit tu ſume: ſodali
  Cede tuo, referat dum tamen ille manum.
Dumq; in fruſtra ſecat, caueas ſumſiſſe reciſa:
  Lurco legit dulces abſque rubore bolos.
Nõ manib. gremio immiſſis tibi vellicet vnguis
  Quod ſumes: reſidens non agitato pedes.
Incidasq; prius, quam dens contundat, ofellam.
  Tingantur rurſus ne tibi morſa, caue.
Nec lingas digitos, nec rodas turpiter oſſa:
  Aſt ea cultello radere ritè potes.
Siue ſuper menſam cortex cumeletur, & ipſa
  Oſſa vel in pateram, præ pedibusve iace.
Nec vnquam ficus tenta, nec delige fruſta:
  Et quocunq; manus, huc tibi lumen eat.
Nec ſocium toruè inſpicias, quidve ederit ille
  Aduertas: geſtus inſpice ſæpe tuos.
Pocula cum ſumes, terge tibi mappa labella:
  Si tergas manibus non mihi carus eris.
Vna manus ſumat paterã, ni hãc iactet in hoſtẽ
  Theſeus, aut Beli ſint monumenta patris.
Aſt hanc ſi binis manibus captabis, ineptè
  Efficies: digitis pocula ſume tribus.
Et teneas oculos, nec ſupra pocula fare:
  Plena aliquo vita ſit tibi bucca cibo.

*Deme merum cyatho, multum ne fortè ſuperſit,*
*Quod nolit ſocius ſumere rite tuus.*
*Qui ſapit, exſtinguet multo cũ fõte Falernum,*
*Et parco lympham diluet ille mero.*
*Non facies binos hauſtus, nec feſſus anheles:*
*Sibila nec labiis ſtridula prome tuis.*
*Nec citò ſorbebis, velut oui lutea grati:*
*Nec nimium tarda ſume Falerna mora.*
*Vnum, ſiue duo, ad ſummum tria pocula ſumes.*
*Si hunc numerũ excedas, iã mihi potus erit.*
*Fac videas quodcunq; bibis, modicumq; piuſſa:*
*Crater, ſiue calix det tibi vina breuis.*
*Os quoq; tergebis ſemper poſt pocula: palmas*
*Ablue, cùm menſam deſeris, atque labra.*
*Inflectensq; genu, iungens quoq; brachia, proſit*
*Dicito: ſed tolles ordine quaque ſuo.*

## DE POETICA VIRTVTE, ET STVDIO HV- *manitatis impellente ad bonum.*

ANTONIO MANCINELLO *auctore.*

### POETARVM LAVS.

*Cicero pro Archia.*

ATQVI ſic à ſummis, eruditiſſimiſque hominibus accepimus, ceterarũ rerum ſtudia



ſtudia & doctrina, & præceptis, & arte conſtare: Poetam natura ipſa valere, & mentis viribus excitari, & quaſi diuino quodam ſpiritu inflammari. Quare ſuo iure noſter ille Ennius ſanctos appellat Poetas, quòd quaſi Deorum aliquo dono atq; munere cõmendati nobis eſſe videantur. Sit igitur, iudices, ſanctum apud vos humaniſſimos homines hoc Poetæ nomen, quod nulla vnquam Barbaria violauit. Saxa & ſolitudines voci reſpondẽt, &c. Homerũ Colophonii ciuẽ ſuũ eſſe dicunt, Chii ſuum vendicant; Salaminii repetũt, Smyrnęi verò ſuum eſſe confirmãt. Carus fuit Africano ſuperiori noſter Ennius. itaque etiam in ſepulcro Scipionũ putatur eſſe cõſtitutus. Quid noſter hic Magnus, qui cũ virtute fortunã adęquauit: nónne Theophanẽ Mitylenæũ ſcriptorem rerum ſuarum in concione militũ ciuitate donauit, & noſtri illi fortes viri, ſed ruſtici, aut milites dulcedine quadã gloriæ cõmoti, quaſi participes eiuſdem laudis magno illud clamore approbauerunt?

*Plin. lib. 7. nat. hiſt. cap. 29.*

Alexander magnus inter ſpolia Darii Perſarũ regis vnguẽtorum ſcrinio capto, quod erat auro, gemmiſq;, ac margaritis pretioſum, varios eius vſus amicis demonſtrantib. (quando tædebat vnguẽti bellatorẽ, & mi-

Universidad de Deusto Biblioteca



tem oblectant: ſecundas res ornant: aduerſ[is]
profugium, atque ſolatium præbent: dele[ctant]
ctant domi, non impediunt foris: pernoctāt
nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur.

A. Gelli' lib. 12. cap. 15.

Qui verba Latini fecerunt, humanitatem
appellarunt id propemodum, quod Græci
παιδείαν vocant, nos eruditionem, inſtitu-
tionemque in bonas artes dicimus: quas qui
ſinceriter cupiunt, appetuntque, ii ſunt vel
maximè humaniſſimi. Huius enim ſcientiæ
cura, & diſciplina ex vniuerſis animantibus
vni homini data eſt: iccirco humanitas ap-
pellata eſt, vtque Cicero pro Archia inquit,
omnes artes, quæ ad humanitatem perti-
nent, habent quoddam commune vin-
culum, & quaſi cognatione quadā
inter ſe continentur.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca